


PROLOGUS





cce descripsi
eam tibi triplr
p̄biorū 22°.
Sapiam pau
li apostoli pñ
cipalit̄ ↄsistit
in cognitione
dni mei ihu xpi pro redemptione hua
in generis passi. ↄ̄pt quod dicit pma cor°.
2°. Non iudicaui me aliquid scire inter
uos nisi tantū ihm xpm ⁊ hūc crucifixū
um. Hanc aut sapiam descripsit triplr
s. litteris hebraicis grecis et latinis. sicut
prefiguratu fuerat in descriptione tituli
crucis qui scriptus fuit hebraice grece ⁊ la
tine. ut he.² 10. 19. per hoc enim ꝙ in tribꝫ
linguis principalit̄ facta fuit hec descriptio
figuratum fuit fide xᵒ. crucifixi per orbē
fore generaliter publicandam. ꝙ potissime
impletum fuit per doctrinam pauli apli

et scripturam ꝑt quod potuit dicere li
bum passimptium. Ecce descripsi ea. In
quo notatur ꝗ̄tuor cause huiꝰ apli doct'
ne. s. effectiua. subiectiua. finalis et
formalis. Circa prima sciendū ꝙ licꝫ
paulus aplus fuit scriptor huiꝰ doctrine
quod notatur cū dicitur. Ecce descripsi. ꝉ
tū fuit ministerialit̄. xpꝰ aūt principalit̄. ꝑ
quod dicit. ad gala. p°. Notum uobis fa
cio fres euāgeliū qd' euangelizatum est
a me. q꞉ non est scdm hoīem nec enim ego
ab homīe accepi istud nec didici sed per
reuelatione ihu xᵖ. Et io ꝙ xpo reuelate
et dictante hanc doctrinam descripsit co
ueniente potuit dicere verbum baruc 1e.
36. Ex ore suo loquebatur ad me quasi
legens in libro omes sermones istos. et
ego scribam in volumine atramento. Ba
ruc qui interpretatur bñs. figura fuit
apli pauli qui consecutus est uniaꝫ et



bendictionem dei. Jeremias vero qui interpretatur excelsus dni. ihm xpm figuravit quem deus pr exaltavit et dedit illi nomen ut dr phil. 2. Et io bn potuit dicere paulus aplus de xo. Ex ore suo loquebatur ad me quasi legens in libro. i. distincte et aperte michi revelando. Et ego scriba sum eius revelationu in volumine atramento. Eplas enim suas saltem aliquas manu ppa scripsit. unde in fine prime eple. cor. dicit. Salutatio mea manu pauli. suple scripta est. Circa 2m sciend est qd sicut in pha nali corpus mobile subm est sub roe abta et impiicia libris sub roibus determinatis ut corpus mobile ad situm in libo celi et mundi et corpus mobile ad formam in libro de generatione et corruptione. Sic deus sub roe. f. abta est sbm in sac scriptura. In partibus vero eius sub roibus determinatis ut in veteri testo sub roe creatoris in generali. In eplis vero pauli sub ratione magis determinata sub ratione redemptoris per suam passionem. io dicit pma cor. i. Predicamus xpm crucifixum iudeis quidem scandalum gentibus autem stultitiam ipis vocatis iudeis atque grecis xm dei virtutem et dei sapiam. huius ergo sapie. f. doctrine pauli ca subiectiva tangitur cum dicitur. Eam de qua dicit act. 41. Nos vobis anunciamus eam que ad pres nros repromissio facta est. f. de xo pro salute mundi passo. Circa 3m considerandum qd ca finalis huius doctrine est utilitas totius ecclie que no. cum dicitur tibi. i. ad utilitatem tuam. quia per hanc doctrinam intellecta et ope adimpleta habetur vita gre in pnti et glorie in futuro de quo pot accipi qd dicitur pv. 3. precepta mea cor tuum custodiat. longitudinem enim dierum et annos vite et pacem apponet tibi. dicit annos vite quantu ad vita gre et longitudinem dierum qtum ad vitam glorie que eternitatem includit. apte xpm. Et pacem. i. appetitus quiete qd de ratione et gubernatoris et in novo sub roe redemptoris finis ultimi est qd quietem totaliter appetimus. Circa quartu. f. cam formalem sciendum qd duplex est forma doctrine. f. forma tractatus et forma tractandi. Forma tractandi est modus agendi. qui triplex est apud phos. f. diffinitivus. divisivus. probativus. et hoc triplici modo utitur aplus. vnde in epla ad hebreos fidem diffinit dicens. Fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium. Similiter i. cor. 12. gras dividit dicens. Divisiones aut graciarum sunt id aut sps. Et subdit. Alii quidem p spm datur sermo sapie. alii sermo scie etc. Similit. i. cor. 15. arguit ex xpi resurrectione futura et generalem resurrectionem. Et h' formalis ca tangitur cum dicitur triplici de quo p. accipi quod dicitur ec. 4. funiculus triplex difficile rumpitur. Forma tractatus est divisio doctrine. Dividitur aut tota pauli apli doctrina in tres partes. sm qd tribus precipuis gentibus scribit. Primo romanis qui precellebant alias gentes in potencia. Secundo grecis qui precellebant sapientia. Tercio hebreis qui precellebant in divine legis noticia. Romanis aut scripsit tantu vnam eplam que primo exponetur sicut et pma est respectu aliarum.

I

Paulus servus ihu xpi vocatus aplus. Hec epla dividitur in tres partes. f. in salutationem et narrationem. ibi pm gras ago. et conclusionem. ib. ca. ibi. Ei aut qui potens est. Prima ad huc dividitur in tres partes. qd primo describitur salutans psona. Secundo ecclia salutata. ibi. omnibus qui sunt rome. Tercio bona optata. ibi. Gra vobis et pax. Prima ad huc in duas. qd primo ponitur psone salutantis descriptio. Secundo eiusdem dicti declaratio. ibi. Quod aut pmiserat. psona uero salutans primo describitur ex nomine cum dicitur. paulus. primo enim

2o vocato

vocatus fuit saulus act. 8. Sed postea
vocatus est paulus a quodam notabili facto
s. conversione sergii pauli proconsulis act. 13.
Sicut Jacob vocatus fuit israel ex eo quod vidit
dominum. vel potius ex eo quod luctatus est cum angelo
ut dictum fuit plenius gen. 32. Et sy-
mon vocatus est petrus ex confessione divini-
tatis in christo math. 16. Secundo describitur
ex relatione cum dicitur servus ihesu christi. i.
verus christianus. Tertio ex officii dignitate
cum dicitur vocatus apostolus. Et quia apostolatus est
excellentior ecclesie status ad quem nullus
ascendit recte nisi a deo vocatus. ideo bene dicitur
vocatus apostolus. s. a deo secundum illud hebreos 5. ca.
nec quisquam assumit sibi honorem. sed qui
vocatur a deo tanquam aaron. Quarto ex
modo vocationis sue cum dicitur. Segregatus in
evangelium dei. Per verbum enim spiritus sancti
fuit segregatus a cetu apostolorum aliorumque disci-
pulorum ad predicandum per orbem evangelium christi.
et tunc vocatus fuit ad apostolatum prius tamen
vocatus fuerat ad fidem act. 9. Quod autem
premiserat hic consequenter declarat duplex dictum
et primo declaratur primum 2o. 2m ibi per quem
accepimus. Primum autem est quod dixerat
Segregatus in evangelium dei. ideo declarat
quale sit istud evangelium. i. bonum nuntium
a deo patribus testamenti veteris promissum
et hoc est quod dicitur quod ante promiserat
s. deus pater. per prophetas suos in scripturis sanctis.
sicut patet Jere. 31. Ecce dies veniunt dicit
dominus et feriam domui israel et domui iuda fedus
novum non secundum pactum quod pepigi cum patribus
vestris in die qua apprehendi manum eorum
ut educerem eos de terra egypti. sed hoc erit
pactum quod feriam cum domo israel. et sequitur.
Dabo legem meam in visceribus eorum et in
corde eorum scribam eam. Christus enim legem novam
in evangelio contentam non tradidit scriptam
sed verbo suo et spiritu sancto de celo misso im-
pressit illam cordibus apostolorum et aliorum dis-
cipulorum. sed ipsi postea scripserunt ad memo-
riam futurorum. Et ysa. 40. Consolamini
consolamini populus meus dicit dominus deus vester

loquimini ad cor ierusalem quia sicut dictum est
lex nova scripta fuit super hominum corda.
Secundo ostendit quale sit evangelium istud
ex subiecto cum dicitur. de filio suo qui est unus deus
cum patre ab eterno et verus homo ex tempore.
Ideo subditur. Qui factus est ei ex semine
david. secundum carnem. Non enim dei filius vel ipse
christus proprie dicitur factus ab eterno quia suppositum filii
est eternum sicut est suppositum patris. potest tamen dici fac-
tus cum hac determinatione factus homo secundum
carnem quia natura humana christi facta est et
eius unio ad suppositum divinum et hoc in tempore.
Qui predestinatus est filius dei in virtute
i. in equalitate potentie cum deo patre. Ad predestinatio
cuius intellectum sciendum quod predestinatio est
eterna dei ordinatio de agendis in tempore per
gratiam eius. Est enim preparatio gratie in presenti
et glorie in futuro. propter quod importat antecessionem
respectu predestinati. Filius autem in natura
divina est coeternus patri. et sic non potest dici pre-
destinatus sed in natura humana posterior
est patre que unita est deitati in tempore. et hec
unio facta est ex eterna dei preordinatione
alioquin enim menti eius aliquid de novo ac-
cideret quod est impossibile. et ex eius mera
gratia propter quod cadit sub predestinatione divina.
et ideo sic hec propositio homo factus est deus vel filius
dei qui in natura divina equalis est patri in
potentia. Secundum spiritum sanctificationis hoc refertur
ad illud quod premittitur. Qui factus est
ex semine david. secundum carnem. Ne forte ali-
quis crederet quod descendisset de david per
virtutem generativam sicut alii quod est falsum
quia de ipso descendit tantum secundum corpulentiam
substantiam de virgine assumpta et virtute activa
spiritus sancti formata que virginem sanctificavit
et impregnavit. Ex resurrectione
mortuorum hoc refertur ad illud quod predicitur
qui predestinatus est filius dei in virtute. i.
equalitate potentie ut dictum est quod apparuit
in christo ex resurrectione mortuorum ad quam re-
quiritur potentia infinita per quam se et alios
mortuos suscitavit. ihesu christi domini nostri. i. a
ihesu christo domino nostro. ita quod ponitur hic genitivus

et vera ita et hec secundum quod homo predestinatus est esse fi-
lius dei.

pro ablto · p quē accepimus · hic declarat
sm dictum s qualiter acceptus est ad a
postolatum p ihm xpm qui est mediator dei
et hom · et io ista dona sps sci uenīut
ad hoies p xpm · dictum est aut sup q hec
uocatio fuit p xpm scm ex quo sequit q me
diante xpo apostolatus iste concessus fuit
paulo io dicit · Per quem accepimg graz
et apostolatū · et iugit hec duo simul · quia
natura non deficit in necessarijs · sed cu fore
sbali dat ppetates que sut necessarie in oi
bus opibus gguentibus ipi forme & mlto
magis actor nature nō deficit in necessa
rijs ppter quod concedens dignitatem aplica
simul dat gram ad exequed gueienter offi
ciu ptinens ad illam dignitate · ad obediend
fidei · i · patus sū totalitr me expone ob
sequio fidei in omnibus gentibus · fides dila
tetur in omnibus gentibus pro noie eius · i ·
ad gloriam nois xpi · In quibus · i · fidelibz
estis et uos uocati · ad fidem ihu xpi · i · a
ihu xpo a quo e hec uocatio · Omnibus
hic gritter exprimitur psona salutata cum
dicitur omnibus qui sunt rome non gene
raliter sed fidelibus · io subditur dilectis dei
· i · a deo uocatis sanctis · i · xpianis qui sunt
sanctificati p baptm · gra uob · hic exprimi
tur optata bona q sunt bona simplr · pp qd
abtr pont optari alijs et sibi · et hec est
gra in pnti · io dicit · gra uob · et gla in
futuro · io subdr · et pax · appetitus ei hois
nō pot totlr quietari nisi in gloria · a deo
pre nro · qui est dator gre et glorie et dno
nro ihu xpo qui est vnq deus cum ipo · & sic
dator gre sic et ipe · Primu quid hic
gnr ponitur narratio in qua explicatur
intencio apli · q est gmendare gram dei p
quia rome erant uocati ad fidem aliqui
iudei et aliqui gentiles ondendo q utrq ad
salutem indigebant gra dei · q sua acqui
sita non sufficiebat gentilibz ad salutem ·
nec obsuacio legis iudeis · quod patet ex hoc
q isti et illi plapsi fuerat in horribilia
vicia pp qd egebant xpi gra p qua saluare(n)t

et primo hoc ostendit apls · sco instruit
in moribus c° 12° · Prima ad huc in
duas · quia pmo aufert a romanis crede
tibus discordie materiam · 2° inducit eos
ad caritatis gcordia · ca° 5° · Materia uo
discordie erat q concerst de iudaysmo pfe
rebant se gentilibus ex missayce legis sus
ceptione · pp qd p° ont eos sibi egere gra dei
sine aliqua progatiua an gusione ad fide
xpi · 2° post gusione · 2 · incipit · 3 · c° · Quid
igitur · primu aut ostendit per hoc q ant
gusione plapsi sunt in pcta uilia de qbus
ipos arguit sic procedendo · q p° ondit se
ex caritate moueri · 2° reddit cam dicti sui
ibi · desidero · n · pmu aut facit dupliciter ·
primo cum ondit se hre caritatem ad eos
gras agendo de eoz bona inchoatione dicens ·
pmo quid · i · pncipalr gras ago deo meo ·
cui bonu hoius est pncipaliter attribuend
Quia fides ura annuciatur · ciuitas enim
romana tunc toti mundo dnabatur · pp
qd de omnibus mundi ptibz ibi ueniebant
mcij · qui bona gusatione fidelium rome gsi
stentium deferebant in diuersis ptibz orbis
quod ad dilatatione fidei faciebat et ad dei
gliaz qua aplus querebat · Testis enim hic
2° ostendit id pro ipis orando deuote dicens
Testis ei m est deus · frequenter em orabat
pro ipis secrete ppter qd de hoc testem no
habebat n deum · Cui suio in spu meo ·
et non obsuantijs legalibus · q sine int
missione zc · non est p hoc intelligendu
q aplus pro ipis semp oraret gtinue · sed
q qncumq orabat de ipis memoria habebat ·
obsecrans · i · p rem sacram deprecans ut oro
sit magis exaudibilis · sicut dicimq p crucē
et p passione tuam libera nos dne · Si
quomo tandem aliquo prosperu iter ha
beam zc · et hec fuit forsitan vna ca
aplomis sue ad ecsie ac · 2 h° ut sic vi
deret fideles rome existentes · Desidero ·
Hic gnr reddit cam sui dicti · s · quare de
siderabat venire ad romanos et assignat
ad hc triplicē cam · Prima est ad aug

| et econuerso gentiles iudeis de sue acquisitione

mentatione sui merui et eorum per suum
predicationem. et hoc est quod dicit. desidero
enim videre vos ut aliquid impartiar vobis
gratie spiritualis .i. ut per predicationem meam devo
tiores efficiamini et sic in vobis augeatur
gratia dei ad confirmandos vos in fide et bonis
operibus. et simul consolari in vobis etc. quasi dicat
per hoc habebimus ad invicem consolationem per fidem
meam et vobis communem. et de dilatione sui adventus
quem se excusat dicens. Nolo enim vos ignorare
etc. et patet littera ex dictis. grecis ac barbaris. hic
assignatur secunda causa que est redditio debiti di
cens. grecis ac barbaris .i. omnibus ignote lin
gue. sic dicuntur omnes qui sunt preter iudeos grecos et
latinos. Sapientibus .i. instructis in lege
et philosophia. et insipientibus .i. illitteratis hominibus
debitor sum ad predicandum eis evange
lium ex officio apostolatus. Ita quod in me
promptum est ex parte animi licet habu
erim et habeam impedimentum exequendi.
Et vobis qui rome estis evangelizare
.i. evangelium predicare. licet autem red
dere debitum sit necessitatis tamen apostolus
non peccavit in hoc quod omnibus gentibus
non predicavit. quia huius debiti redditio
cadit sub precepto affirmativo quod non obligat
ad semper sed opportunitate habita. quod apostolus
fecit. non enim. hic assignatur tertia causa
ex honorabilitate officii dicens. non enim erube
sco evangelium .i. predicationem evangelii.
quia hoc est honorificum et secundum hoc subditur.
virtus enim dei est .i. evangelium est virtu
tis dei potentium in salutem omni credenti.
quantum enim ad effectum proficit solis credentibus
iudeo primum et greco. per hoc non est intelli
gendum quod apud deum sit personarum acceptio. sed
hoc dicitur quia iudei per notitiam legis et prophetarum
et greci per cognitionem creaturarum que est
quedam similitudo ad ascendendum ad deum per cognitio
nem et amorem ex hoc habebant quandam dispo
sitionem preter alios gentiles ad suscipiendum evan
gelii veritatem quod continet iustitiam perfecta
propter quod subditur. Iustitia enim dei in eo revelatur
.i. in evangelio manifeste traditur ex fide in

fidem .i. ex fide informi procedendo ad fidem
formatam. licet enim sit idem habitus in deo
informis sine caritate et superveniente
caritate formatur. quia per hoc actus eius efficitur
meritorius vite beate et talis fides formata iu
stificat et iustificat perfecte sicut scriptum est.
abacuc .3. Iustus autem etc. Revelatur. postquam
apostolus affectum sue caritatis erga romanos
ostendit. hic consequenter vitia eorum arguit gentilium.
2° iudeorum 2° c. Prima in duas quia primo
arguit vitia eorum. 2° concludit intentum ibi.
Qui cum iustitiam dei. prima adhuc in tres
quia primo arguit eorum vitia contra deum.
2° in se ipsos ibi. quod tradidit. 3° in proximum ibi
et sicut non probaverunt prima in duas. quia
primo ostendit eorum cecitatem. secundo peccatorum inde
sequentium gravitatem ibi. et mutaverunt.
Primum autem ostendit per hoc quod romani vicerant
ratione et industria naturali. Unde dicit vegetius libro
de re militari. quod romani quesierunt dominium
totius orbis non multitudine populi nec fortitu
dine corporali sed sapientia consilii et prudentia
militari. propter quod ex cognitione naturali sine data
poterant cognoscere unum solum verum deum latria
colendum. quod si fecissent magis de bonis naturalibus deo
grati dedisset eis cognitionem sui supernaturalem quantum
necessarium est ad salutem sicut patet de cornelio
actuum 10. sic enim corpore disposito et organizato per
naturam infunditur a deo anima. sic talis super
naturalis notitia homini disposito per modum predictum et
sicut deficiente natura in organizatione predicta
non infunditur anima. sic homini indisposito notitia
fidei denegatur. sic autem fuit de romanis qui
de cognitione naturali deo ingrati superbierunt et ex
consequenti cecitatem incurrerunt et gravia peccata
per que puniendi erant ex iustitia divina. et
hoc est quod dicit. revelabitur enim .i. certitudi
naliter expectatur. ira dei .i. eius iustitia
et vindicta super omnem impietatem contra deum
Est enim pietas cultus deo exhibitus secundum tullium
et per oppositum impietas importat dei contemptum
et iniustitiam hominum contra proximum cum quo
iuste est vivendum. Eorum qui veritatem dei
in iniustitia detinent. veritas enim divina

quantum est in se parata est se manifestare
sed malicia hominum impedit in eis hanc ma
nifestationem et sic quodammodo detinent eam sic
impediens cursum aque dr̃ eam detinere. qd̃
declarat cum dicens. qz qd̃ notum est dei. i. de
condicionibus diuinis p rationem naturalem
cognitis cuius sunt ceteri attributa. ut sapientia
bonitas et similia. manifestum est in illis
.s. in omnibus romanis. deus enim illis mani
festauit. et subdr̃ modus manifestationis cum dr̃.
In uisibilia enim ipsius. i. attributa dei ce͞tia que
sunt nobis inuisibilia in p̃nti sicut et eius
essencia. eo q nos cognoscimus cognitione intuitiua
a creatura mundi. i. ab homine qui sic nominatur
eo q habet quandam similitudinem cum omni crea
tura. habet enim esse cum non uiuentibus. uiuere cum
arboribus. et sentire cum animalibus. et intelligere
cum angelis. et qz omnis alia creatura sensibilis
propter hominem facta est. ut diffuse tractat gregorius
omelia 19. p ea que facta sunt. i. p creaturas.
Intellecta conspiciuntur sic cum p effectum et sic
philosophi cognouerunt deum. Sempiterna quoque uirtus
.i. potentia q est de dictis attributis et diuinitas
.i. essentia diuina de qua p creaturas cognoscitur
quod est unita simplex et infinita. ita ut sint
inexcusabiles de contemptu ipsius. ideo subdit. qz cum
deum cognouissent. uero naturali modo predicto. non sicut
deum glorificauerunt cogitantes q improportionaliter
excedit cognitionem nostram. et p deus sup omnia glo
rificandus. aut gratias egerunt de cognitione na
turali a deo sibi data. Sz euanuerunt in cogi
tationibus suis supbientes de ipsa. Et obscuratum
est insipiens cor eorum. Iusto dei iudicio p sup
biam eorum. Dicentes enim se esse sapientes.
In temporalibus stulti facti sunt in spiritualibus.
Et mutauerunt. hic aut arguit peccati grauit
tatem ex recitatione scripti .s. ydolatrie q maximum
peccatum est ex genere. quia est contra primum precep
tum prime tabule. et non solum unam ydolatri
am incurrerunt. sed multiplicem. Audierat enim
q tempore nabucodonosor regis assiriorum. ipse
intimauerat maliuolentiam et rebellionem subdi
torum eo q omnes deos eorum exterminari iussat
p olofernem Iudith. i. propterea qd̃ ad dilationem

sui imperii statuerunt colere oes deos diuersarum
gentium. et unde dicit leo papa in sermone sanctorum
apostolorum petri et pauli q ciuitas romana cum
omnibus pene dominaretur gentibus omnibus seruiebat
erroribus. et hoc est qd̃ dr̃. Et mutauerunt gloriam
incorruptibilis dei. i. honorem soli deo exhibitum
in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis. quia
cultum latrie soli deo debitum exhibuerunt Ioui. her
culi et pluribus aliis qui fuerunt homines cor
ruptibiles. Et uolucrum. sicut q dr̃ ysay. 13.
q alii adorabant talpas et uespertiliones. et
quadrupedum. sicut egiptii colebant bouem. et
serpentium. sicut babiloni colebant draconem. da
niel. 14. et istas ydolatrias et multas alias
receperant romani ut dictum est. propter quod hic
gnĩe arguit peccata que sunt in sibimet proprium
inter que maxime luxuria inquinat. quia
in corpus redundat et maxime uicium contra
naturam quod est pessimum cuius sunt tres species
in generali. Prima est mollicies qua aliquis
p tactus proprios polluit se ipsum. et hoc tangit
cum dr̃. propter quod. i. propter peccatum ydolatrie iam dictum.
tradidit illos deus. i. tradi permisit in penam
precedentis peccati. in desideria cordis ipsorum. ad
sequendum totalem propriam concupiscentiam. In inmun
diciam. i. usque ad inmundicias maximas. ut con
tumeliis afficiant corpora sua. in hoc etiam
ualde uilipendere naturam. Qui commutauerunt
ueritatem dei in mendacium. i. in ydolum
ipsum colendo sicut deum quasi dicat propter ydola
triam ceciderunt in talem inmundiciam. Et
seruierunt creature in ydol. potius q creatori
qui est benedictus in secula. i. ab omnibus semper glori
ficandus amen. Confirmatio huius dicti est. 2.
species peccati contra naturam est sodomia que transit in
aliam personam in sexu tamen indebito. et hoc
tangit cum dr̃. propterea tradidit illos deus in
passiones ignominie. i. ualde ignominiosas.
Nam femine eorum mutauerunt naturalem usum
una alteram polluendo. Similiter aut et
masculi unus alterum polluendo. exarserunt
in desideriis suis. Ex uehementi enim ar
dore luxurie talis utilitas perdit. et mercedem
.i. punitionem quam oportuit. i. decuit. in se

metipsis recipientes deo permittente iudicio suo iusto. 3. species peccati que nature est quando committitur in specie aliena. s. choitus cum bestijs propter quod notatur bestialitas et est pessimum. et communiter dicitur vicium innominabile. propter quod apostolus tacet de ista specie. licet forsitan eam innueret sicut duas alias precedentes. Et sic hic consequenter arguit peccata eorum in proximum. et primo peccata commissionis. 2°. omissionis. ibi. parentibus non obedientes.

Circa primum tangit primo peccata operis dicens. et sicut non probaverunt deum habere in noticia. i. non curaverunt de dei noticia. tradidit illos. i. tradi permisit. in reprobum sensum. i. in perversum iudicium optima iudicando que secundum veritatem sunt pessima. et hoc fit per malum habitum acquisitum. sicut gustus male dispositus amara iudicat dulcia. et consequenter. ut faciant ea que non conveniunt. rationi recte qua homo debet uti. et que sunt illa primo explicat in generali dicens. Repletos omni iniquitate. propter adversionem a deo que est i. omni peccato. malitia. propter conversionem indebitam ad creaturam. postea magis explicat in speciali dicens. fornicatione. sequendo concupiscentiam oculorum. nequitia. quantum ad superbiam vite. nequicia etiam dicitur a nequeo nequis. superbus enim quod nequid attingere vere sibi indebita assequi intitur ex superbia. plenos invidia. que sequitur ex superbia. est enim tristitia de bono alieno. in quantum extimatur proprij boni diminutivum. homicidio contentione. que ex invidia oritur. sicut patet de chaym. qui fratrem suum post verba iniuriosa occidit. ut dictum fuit gen. 4°. dolo malignitate. et talia procurantes que non audent facere manifeste. 2°. tangit peccata oris dicens. susurrones. qui occulto nituntur per verba sua bonorum amicitiam separare. eccli 28°. susurro et bilinguis maledictus. turbavit enim pacem habentes. detractores. occulte alicuius famam denigrantes. differunt enim susurro et detractor fine. quia unus intendit separare amicitiam. alius denigrare famam. deo odibiles propter hec vitia. contumeliosos dicentes alijs opprobria. superbos. falso de magnis se iactantes. elatos. alios supprimentes. inventores malorum. verbis malis et exemplis alios corrumpentes. parentibus. hic consequenter explicat peccata omissionis cum dicit parentibus non obedientes. Ad quod tamen tenetur parentibus carnalibus eo quod habent ab eis esse et nutrimentum et a parentibus spiritualibus eo quod habent regimen et documentum. et ex consequenti incompositos. in victu habitu et gestu. sine federe. i. sine fidelitate amicitie ad alios. sine misericordia. ad paupers et afflictos. qui cum iusticia dei. hic apostolus concludit intentum ex predictis. ex quo enim erant sic culpabiles sequitur quod erant dampnabiles nisi fuissent adiuti gratia dei. ideo dicit. Qui cum iusticia dei. i. deum esse iustum cognovissent. ratione naturali. hoc enim omnis intellectus et natura clamant. non intellexerunt. propter cecitatem in eis causatam ex peccatis ut predictum est. quoniam qui talia agunt horribilia digni sunt morte. non solum temporali sed eterna. Non solum qui faciunt ea digni sunt hac pena. sed etiam qui consentiunt facientibus. Et isti sunt faventes et prestantes auxilium et illi qui tenentur corrigere et tacent. Et hec correctio duplex est. Una fraterna ad quam omnes tenentur. non tamen ad semper sed tempore debito et loco et alijs circumstantijs debitis concurrentibus. Alia est correctio punitionis ad quam tenentur superiores ex officio suscepto. et hec correctio non solum est propter emendationem peccantis sed magis propter bonum commune. propter quod non debet superior cessare a tali correctione propter obstinationem seu peiorationem peccantis. sicut fit in correctione fraterna. que tantum ordinatur ad emendationem fratris. sed punire debet obstinatum etiam morte si expediat pro bono rei publice. quoniam dictum est in hoc capitulo. quod propter peccatum ydolatrie tradidit deus gentiles in peccata luxurie vilissima. et plura alia detestabilia. propter hoc ad maiorem dictorum evidentiam. queritur utrum unum peccatum esse possit alterius peccati pena. Et arguitur primo quod non. quia pene iuste sunt a deo. ut patet per augustinum li° 83° questionum. peccatum autem non est iustum nec a deo igitur etc. Item pene sunt inducte

correctio 2x.

q.

vid. in ord. xxi.

vt p eas homines reducantur ad bonu virtutis ut pz p phm .10. ethicoru. sed p pctm no reducit homo ad bonu virtutis. sz magis ad oppositum igitur etc. Contrariu vr in lra. in pena em ydolatrie gentiliu inducta sunt alia pcta enormia. Responsio. de pcto possumus loqui dupliciter .s. p se. et p accns. per se no gsideratur pctm sedm q egreditur a uolumtate. sic em habet rocm culpe. pp qd si nullomo est uolumtariu non est pctm et hoc mo vnu pctm non potest esse pena alterius quia de ratione pene est q sit contra uolumtatem. et sic manifestu e q p se loquendo pctm non pot esse pena pcti. Per accns aut pctm potest ee pena pcti tripliciter. p°. quid ex pte cause que remouet prohibens. cause aut inclinantes ad pctm sunt passiones inordinate. temptatio diaboli et alia hmoi que impediuntur p diuinu auxiliu qd iuste subtrahitur pp pctm. et talis subtractio est hmoi pcti pena. et e a deo qui iuste retrahit auxiliu suu ab ingrato. et sic pctm sequens subtractione diuini auxilij p accns dr pena pcti precedentis. et hoc modo loquitur aplus dicens. pp qd tradidit eos dns in desideria cordis eoru etc. q subtrahendo auxiliu permittuntur peccatores vinci a passionibus suis et demonu temptationibus. Alio mo p̄t ee pena ex pte sbe actus pcti q afflictione inducit. et hoc siue sit actus interior. ut pz in ira et inuidia que nobilit affligunt ipm iratum et inuidu. siue sit actus exterior. sic aliqui grauibus laboribus et dampnis opprimuntur aliqn ut expleant actum pcti. sm illud sapie 5°. Lassati sumus in uia iniquitatis. 3° modo ex pte effectus gmentis et hijs duobus modis vltimis vnu pctm non solum est pena pcti precedentis. sed etiam sui. ad pm patet q procedit de pcto sedm se considerato. Ad sm dicendum q hec punitio qua aliqui permittuntur a deo in aa pcta ruere ad bonu virtutis ordinatur et quandoq ad bonu peccantiu .s. cum post pctm humiliores et cautiores resurgunt. semp aut ordinatur ad bonu aliorum qui uidentes tales de pcto in peccatu

sic ruere magis reformidant peccare.

II

Propter quod. postq aplus arguit vitia gentilium. hic gnter arguit vitia iudeorum. et diuiditur in tres ps. quia primo ostendit eos in culpa et pena gentibus similes. 2°. quo ad aliquid peiores ibi. tu aut iudeus. 3°. quo ad aliquid meliores in principio tertij capli. Prima ad huc in duas. q p° circa ppom ondit ueritatem. 2°. remouet quorunda errore ibi. Existimas. primu ondit duplici roe. pa. e q apud gentiles ydolatria reputabatur meritoria. et fornicatio licita. pp q talia publice agebant. Iudei vero p legem a deo sibi specialr data cognoscebant ambo ee prohibita. pp qd in maifesto a talibus abstinebant ne sedm legem punirentur. In occulto tn hoc opabantur. pp qd in pcto erant gentilibus similes. et io ex fine precedentis capituli ubi dicit aplus. qui talia agunt digni sunt morte. gcludit. Propter qd inexcusabilis es o homo .i. tu iudeus gentiliter uiues. qui iudicas temerarie gentiles. et ca subdit. In quo em iudicas etc. et pz lra Scimus enim. hic ponit 2a ro. licet enim inter pcta manifesta et occulta sit distinctio qntu ad humanu iudiciu. p quod tm puniunt manifesta. tn qntum ad iudicium diuinu no est in hoc distinctio. q punit secreta. sicut et manifesta eo q ei nichil est occultu. p°. regu. 16°. homo videt ea que patent. deus aut intuetur cor. et ideo iudei qui similia pcta faciebant in occulto erant similiter sicut et gentiles facientes talia in manifesto et sic habetur ppom .s. q iudei similes gentilibus erant hmoi rois ponit virtutem dicens. Scimus enim q iudiciu dei est sm veritatem .i. sedm equitatem iustitie in eos qui talia agunt publice uel occulte. existimas aut. hic remouet circa dicta duplicem errore. sm remouet ibi ex dilatione punitionis diuine. quasi esset oblita pcta sua hoc remouet tanq erroneu. quia hoc puenit ex dei patientia que gcedit peccatoribus

A no e em aut a pcto. primus aut error e quia aliqui impunitatem attribuebant sibi.

pnie tpꝰ. ut sic si non penitent appat
eorum ꝯdempnatio magis iusta. et similit
punitio pseuerantium in bono. hanc sen
tentiam deducit aplus diffuse dicens. Exis
timas aut hoc errore tu o homo qui iu
dicas ꝛc. i. o tu iudex qui iudicas gētiles
temerarie ut dictum est. q tu effugies
iudicium dei. i. eius punitōem ꝓp pene dilatōem.
qi dicat nō sic erit. s3 magis ꝯuenit quia
tu abuteris tpre mīe tibi datū ad penite
dum. io subditur. an diuitias. i. habūdan
tiam bonitatis eius. q a malis nō sub
trahit bona nature. Et patientie q defert
illatione pene et longanimitatis q diu
expectat ꝯuersione hōim a malo culpe.
Contempnis. qi dicat sic. impunitatem
tibi arrogando ignoras qm benignitas dei
te tolleras ad pniam te adducit. qntu est in
se. q in sanctos suos auxiliū a malis nū
q penitus auferret q diu sunt in uia. s3
ipi repellunt eos. ꝛ sic remanet in sceribus
suis. io scribr. Sm aut duritiā tuā quia nō
cedis diuino instinctui dicitu ei in corpalib3
dr q non cedit tangenti. ꝛ ad similitudinē
hui9 dr. cor tuū durū quod nō obedit in
stiganti ad bonū. thesaurizas tibi irā. i.
accumulas tibi penā in die ire. i. ultiōis
ꝯtrectne. et reuelationis iusti iudicij dei
tunc enim reuelabuntur secreta cordiū
iiii. qui reddet unicuiq3 sedm opa sua. s.
bonis pmia. io subditur. hijs quidē qui sm
patiam dei usi sunt ad bene opand. gloriā
et honorē recipiet ei pmiū pro uirtute in quo
ꝯsistit rō honoris. q sm phm honor pmiū
ē uirtutis. recipient etiam hic honorē corā
multis. i. coram multitudinē angloꝝ in
quo rō glie ꝯsistit. que ē manifestatio honoris
unde glia dicitur a claritate dei. qi quedā
claria. c. tu mutata. m. g. ꝛ in corrupti
onē quia electi resurgēt ad uitam immor
talem et beatam. et quia malis p oppositū
reddentur tormēta. io subdit. hijs aut q
ex ꝯtemptiōe. i. pctōrib3 obduratis quorū
anima semp ꝯtendit. ut dr. 8°. ethicoꝝ.

q sinderesis seu dictamē rōis malo remur
murat. et sensualitas ad ipm inclinat. et
sic est contemptio inter partes aīe. qui nō
acquiescunt ueritati. s. diuine pulsanti ad
hostiū cordis p se ad bonū instigando. et p
suos pdicatores monēdo. credūt aūt iniqtati
. i. diabolo iniquitatem suggerenti p se et mi
nistros suos. ira et indignatio. s. iuīn iudicis.
tribulatio. implatiōe sine. ms. 24°. Ite male
dicti in ignē eternū ꝛc. et in omēz aīam
hōis ꝛc. i. in omnē hōiē malū. notat em
hoc totū ꝯpositū apte digniori. sic ex od. pmo.
omēs aīe que egresse sunt de femore iacob
. i. oēs hōies. Iudei pmū et greci. isti eīn pre
aliis gentilib3 habebant auxilia diuina cōtra
pctā. iudei p legem. greci p sapiam acqsitā
q phia tunc uigebat in grecia. ꝓp qd pctā
istoꝝ erant magis ꝯuia. et p ꝯns grauius
puniēda. glia aut et honor ꝛc. ex dictis
p3 hec lrā. Non est ei. hic ei remouetur er
ror sedꝰ. et pmo ponit hec remotio. 2°. eiusq3
declaratio. i. cum enim gentes. Error aūt
iste erat aliquoꝝ iudeoꝝ impunitatē sibi ar
rogantium eo q legem a deo receperant
pre ceteris gentib3. sm q dr. ps 144°. non
fecit taliter oī nationi et iudicia sua nō
manifestauit eis. hoc igitur remouet dicēs.
Non est enim acceptio psonaꝝ apud deum.
dimittendo pre ceteris impunita iudeorū
pctā. qui que enim sine lege peccauerūt
. i. legem sciptam non hntes. quales fuerūt
gentiles. sine lege. s. scipta pibunt quia
habuerūt legē nālem boni et mali osten
dentem ut postea declarabitur. et quicūq3
in lege peccauerūt. i. legem mosaycā ha
bentes cuiusmodi fuerūt iudei. p lege iudi
cabuntur. i. puenientur. ingitū transgressi
sunt eam. et subicit rō. Non ei auditores
legis iusti sunt apud deum. qi dicat re
ceptio legis nisi sequatur impletio opis nō
iustificat. et ideo de illa acceptione nō debet
aliquis sibi impunitatē arrogare. sed facto
res legis iustificabuntur. qui q3 sint illi ui
dei siue gentiles. Cum eīn hic declarat qōa

vid. 1a 2e q. 91 ar. 2

dictum. s. quod gentiles habuerunt legem naturalem.
ideo facientes quod dictamen illius legis mere
bantur puniri. et invenientes secundum ipsam premiari
. Ex quo obseruatio legis naturalis cum fide et cultu
unius dei ad quod etiam inducit ratio naturalis
aliquo modo sufficit ad salutem gentilium.
Uz in publicatione euangelii, quia non tenebantur
ad legem moysi. dicit igitur. cum enim gentes
que legem non habent. s. mosaycam. naturaliter ea que
legis sunt. i. ex naturali dictamine rationis. eius
modi legem non habentes. s. mosaycam. ipsi sibi sunt
lex. i. ratio naturalis. que est principalior pars hominis.
Ex quo dicitur totus homo ut dictum est supra. ipsa quod
est eius lex. quia lex scripta diuina vel humana
est a lege naturali deriuata quantum ad agibilia. quia
prima principia agibilium sunt impressa intellec
tui practico. ex quibus deriuantur leges quasi
conclusiones sicut intellectui speculatiuo im
pressa sunt prima principia speculabilium ex quibus
deriuantur scientie. tanquam quedam veritates conclusiones.
qui ostendit opus legis scriptum in cordibus suis
quod declarat per effectum dicens. testimonium
reddente illis conscientia illorum. que ex naturali dictamine
rationis recalcitrat malo et consentit bono. Et
inter se inuicem cogitationum accusantium
aut defendentium. dicuntur autem cogitationes
accusantes cogitationes male. et defendentes
bone. que examinantur et declarantur coram naturali
iudicatorio hominis sicut coram iudice per prima
principia operabilium naturaliter inscripta, sicut et illud
hoc facias quod tibi vis fieri. et licet hoc iu
dicium fiat in presenti tamen multo clarius fiet in
die iudicii. ideo sequitur in die cum iudicabit
deus etc. secundum euangelium meum. hoc ei euan
gelium est solius Christi. tanquam actoris. tamen dicitur euan
gelium apostoli tanquam eius predicatoris. per Ihesum Christum
finale ei iudicium exercebitur per eum. Si autem.
Postquam ostendit iudeos et gentiles in culpa
et pena fuisse similes hic consequenter ostendit. s. iu
deos in aliquo peiores. et hoc ex duobus ostendit
secundum ponitur ibi. Circumcisio primum autem est benefi
cium legis accepte. per quam iudei pre ceteris
gentibus fuerunt a deo sublimati secundum quod dicitur
deutro. 4o. quod est ei alia gens sic inclita ut

habeat cerimonias iustaque iudicia et uniuer
sam legem etc. quanto autem status altior
tanto casus grauior. et ideo peccatum iudeorum grauius
erat peccato gentilium in eodem genere peccati. dicit
igitur. Si autem tu iudeus cognominaris.
et dicit cognominaris quia primo nominati sunt hebrei ab
heber. in cuius familia remansit lingua he
braica que prius erat omnibus communis. gen. 11o.
Erat autem terra labii unius etc. postea nominati
sunt israelite a iacob qui nominatus est israel. gen.
32o. et ultimo. iudei a tribu iuda nobiliori.
et requiescis in lege non uagando per uarios
errores sicut gentiles et gloriaris in deo. i.
in noticia unius dei. et nosti uoluntatem
eius per precepta in lege expressa. Et probas
utiliora. i. scis eligere meliora per legem
instructus. que ostendit omnia ista. et non solum
ad regimen proprium sed etiam aliorum. ideo subditur.
confidis. teipsum presumendo de tali instructione.
ducem cecorum. quo ad fidem. lumen eorum qui in
tenebris sunt. quantum ad mores eruditorem insi
pientium. quantum ad maiores magistrum infantium.
quantum ad minores habentem formam scientie in spe
culatiuis et ueritatis in lege et preceptis
Ex quo concludens peccati grauitatem dicit. qui
ergo alium doces teipsum. te ipsum non doces.
et sic peccas in teipsum. qui predicas non fu
randum furaris. et sic peccas in proximum per
concupiscentiam oculorum. qui dicis non mechandum
mecharis. et peccas in proximum per concupiscen
tiam carnis. qui abhominaris ydola. in
dei et post reditum captiuitatis babilonice
non leguntur ydolatrasse nisi aliqui pauci
ci maccabeorum tempore et timore magis mortis
quam amore ydolatrie. saltem pro maiori
parte fuerunt homines cupidi ut testatur etc.
iudei. et maxime circa tempora Christi. Ex quo
aliqua deputata ad cultum diuinum sacerdotes
et ministri templi suis usibus applicabant.
ideo subditur. Sacrilegium facis quod est furtum
rei sacre. Qui gloriaris in lege a deo tibi
data. per preuaricationem legis deum inhonoras.
quoniam est in te et ad hoc inducit apostolus scrip
turas sicut scriptum est. ezechiel. 36o. Nomen

enim dei p vos blasfematur tota die. per
hoc enim q iudei coram gentibus dicebant
se esse ppl̃m dei peculiare per legem sibi data
et transgrediebantur ea male viuedo. Ex
hoc dabant occasione gentibus blasfemandi
deum qui sibi elegerat talem ppl̃m et sic
pctm eorum aggrauabatur. Et ideo pp scanda
lum. Sciend tn q scptã allegata ezechi.
36o accepta est scdm translatione septuagita.
s; trãslatio nrã habet. Ingressi sunt ad ge
tes et polluerunt nome meũ et est eadem
snia. circũcisio. Hic ponitur scdm. ex quo iu
dei erant deterioris conditionis p actus tn
et po ondit ppositũ 2o. infert correlariũ ibi.
non ei. Circa pm sciend q circũcisio erat
protestatio quedam seruande legis. gala. 5o
testificor omni hoĩm circũcidenti se q debitor
sit vniuerse legis. igr sicut pfessio alicuius
religiose regle nichil valet ofitenti. si ea
impleat ope et si non impleat magis est
sibi dampnabilis. sic circũcisio p actus erat
nociua iudeis inquantum erat transgressores
legis. et hoc est quod dicitur. circũcisio tua
ppuciũ facta ẽ. i. facta est abhominabilis
deo. sic gentiles ppuciũ hntes erant iudeis
abhominabiles intantũ q dedignabantur
cum eis comedere. Et p oppositũ concludit aplis
q gentiles incircũcisi opa legis facientes
ex rõis nalis dictamine ut dictũ est supra
erant deo accepti. et hoc est quod dicit. Si
igr ppuciũ. i. gentil incircũcisus. legis iusti
tias custodiat quantũ ad pcepta moralia
q sunt de dictamine rõis. nonne ppuciũ illius
in circũcisione reputabitur. i. tantũ sibi ua
lebit sicut circũcisio. qñ dicat sic. et iudica
bit etc. hec lra est intricata et construenda
sic. et ppuciũ. i. gentil incircũcisus. legem co
summãs. i. opa legis implens quod ex nã ẽ.
. i. q fit in eo ex nal rõis iudicio. iudica
bit te. i. condempnabilem ondet. q p lraz
et circũcisione preuaricator legis es. i. factus
es transgressor legis qui tn habes eam in
scpto et circũcisione in corpe tuo. quasi di
cat. sic te condempnabilem ondet. Non enim.
hic ex dictis infert correlariũ. s. q duplex
est circũcisio vna spũalis q est pcisio cul
pe. alia corpal q ẽ precisio pellicule coope
rientis membrũ virile. et pa. melior ẽ scda.
qto aĩa melior est corpe. et scdm hoc dupl
est iudeus. vnus spũalis qui habet mente circũ
cisam. alius carnalis hns carne circũcisam.
et primus melior ẽ. sicut et de circũcisione
dictum ẽ. et hoc est quod dicitur. Non ei
qui in manifesto. i. circũcisus carne q po
tuit hoĩbus apparere. iudeus est. s. tantũ
et similiter dicit de circũcisione carnis neq
qui in manifesto etc. Sz qui in abscondito
iudeus est. qui circũcisus mente ẽ soli deo
visibili. Et circũcisio cordis in spũ. s. sco q
uitia rescindit. cuius. s. circũcisionis spũalis.
laus non ex hominibus. qui solũ vident exterio
ra. sed ex deo est. qui uidet interiora.

III

Quid ergo. ostenso in quo iudei erant
melioris conditionis q alij. hic ose
quenter ostenditur in quo erat meli
oris oditionis. et diuiditur in duas ptes. q
po ondit ppositũ. 2o. remouetur qda obiectio
ibi. quid enim. Circa pm mouet questione
ex pdictis. d. quid ergo amplius iudeo ẽ. i.
melius q gentili. et que utilitas circũcisiõis
a deo date pribus sanctis cuius opa sunt p
fecta. deut. 32o. Et respondet dicens multum
p omẽ modũ. qd ondit cum dicens. primũ qde
q credita sunt illis. i. spẽaliter tradita eloqa
dei in lege et pphis qui in deũ dirigũt. et ad
susceptione xpi disponunt. gala. 3o. lex pedagogus
nr fuit in xpo. Et de pphetis dic. ra. sa. ebre.
q non sunt locuti nisi ad dies messie. quod
est intelligend de pncipali intentiõe. pnt de
claratu plenius in ueteri testo. Ratio at qre
lex et pphie data sit singulariter pplo iudaico
hec est. q xpus scdm carne iudeus erat nasci
turus. pp q pre alijs pplis decens erat ipm
pollere quadam spũali scitate. ad qua inducit
lex et pphie. Quid enim. hic cum remouetur
qdam obiectio. et po sic ondit ppositũ. 2o.
tollitur quoddam incidens erroneum ibi.

dic q xpus scdm carnem iudeus erat nasciturus.

si aut. Circa primu dicit. Quid enim si quidam
illorum non crediderunt. quasi dicat non ob
stat predictis quod plures iudeorum fuerunt in
creduli. quia eorum incredulitas non abstu
lit fidelitatem dei, de implendo quod promiserat
patribus antiquis, de datione legis, et adventu
xpi. et hoc est quod dicitur. Numquid incredulitas
eorum fidem dei . i . fidelitatem evacuabit. absit
. et subdit ro. Est aut deus verax. implendo
promissum in hijs que promittuntur absolute
huiusmodi sunt predicta. si aut aliquid promit
tatur adeo sub conditione sicut prosperitas te
poralis fuit promissa iudeis si fideliter servirent
ei. non tollitur divina veritas per adversitates
eis immissas quando recesserunt a deo, quia non
stabant in deo. omnis homo mendax. Volu
tas enim humana mutabilis est . et ideo potest
esse mendax in promissis. non sic aut deus
cuius voluntas est immutabilis et ad hoc
inducit exemplum de promissione facta ipsi david absolute
de confirmatione regni sibi et posteris eius. cuius
impletio non fuit impedita propter peccatum david
cum bersabee. et hoc est quod dicitur. sicut scriptum
ps . l . que fecit daniel penitens de dicto peccato
. ut ibidem declaravi . ut iustificeris etc. ibi.
Promittitur tibi soli peccavi et malum coram
te feci et subintelligitur remitte michi. ut
iustificeris in sermonibus tuis . i . ut veri
tas sermonis tui appareat de confirmatione
regni et xpo. nascituro de me sicut promisisti
Et vincas cum iudicaris. faciendo contrarium
quod de te iudicatur a multis. Post enim
adulterium david cum bersabee et occisione
Urie multi dicebant quod propter hoc promissa dei facta
david erant revocata. quod tamen non erat verum
quia facta fuerant absolute. Si aut. hic circa
predicta removet errorem incidentem. ex hoc enim
quod ex peccatis hominum apparet iustitia dei commenda
bilis dixerunt aliqui quod peccata per se faciunt ad
gloriam dei, quod apostolus falsum ostendit ducendo
ex hoc ad triplex inconveniens. primum est quod
deus esset iniquus inferendo penam peccatoribus
cum secundum hoc peccata per se faciant ad gloriam suam
. et hoc est quod dicit. Si aut iniquitas

nostra iustitiam dei commendat . i . commendabilem
facit. quid dicemus inconveniens quod sequitur.
Numquid iniquus est deus qui infert iram
. i . penam peccatoribus, hoc enim sequitur ad dictum
eorum erroneum. ideo subdit. secundum hominem dico . i .
secundum homines errantes dico modo. absit. scilicet deum
esse iniquum. alioquin quomodo iudicabit hunc mundum.
quasi dicat si enim esset iniquus non posset esse iudex
bonus, nam equitas est optima conditio iudicis
Si enim. hic infertur secundum inconveniens si enim
peccata facerent ad gloriam dei sequeretur quod pec
cator non posset dici malus faciendo illud quod ad
gloriam dei ordinatur. et hoc est quod dicitur. Si
enim veritas dei . i . eius iustitia in meo
mendatio . i . per meum peccatum. quia omne peccatum est quoddam
mendacium. habundavit in gloriam ipsius . i . de
claravit iustitiam eius gloriosam. quid ad
huc ego. et loquitur apostolus in persona peccatoris
tamquam peccator. iudicor . scilicet reus et condempnandus
propter peccatum. quasi dicat non esset hoc rationabile si
illud dictum esset verum. et sic ex hoc inconveni
enti concludit esse falsum. Et sic. hic infert
tertium inconveniens quia si peccata per se facerent ad
dei gloriam essent frequentanda. sicut et opera vir
tutum. hoc aut inconveniens infert implicando
dictum pseudo apostolorum qui nitebantur veros apostolos
diffamare ut patet in pluribus locis novi testa
menti et ideo quia paulus commendans gratiam dixit.
Ubi habundavit delictum superhabundavit
et gratia. infra . v . capitulo. et ex similibus verbis
aliorum xpi. discipulorum dicebant pseudo apostoli
quod paulus et alii xpi. discipuli inducebant
populos ad multiplicationem peccati. et sic per multi
plicationem malorum venirent bona. et hoc
est quod dicit. Et sic sicut blasfemamur a
pseudo apostolis. et sicut aiunt nos quidam dicere
falso tamen. faciamus mala ut veniant bona.
imponebant enim veris apostolis quod predicabant
multiplicationem peccatorum. Quorum condempnatio
iusta est. quia falsum crimen apostolis imponebant.
Ex hoc igitur quod peccata non sunt frequentanda
et quod dicere quod sunt frequentanda est erroneum
concluditur falsitas illius dicti scilicet quod peccata
faciunt per se ad gloriam dei. Ad maiorem intellectum

predictorum sciendum quod peccatum sive malum
culpe avertit a deo per se, et ideo non facit ad eius
gloriam, sed deus cuius pietatis tanta est bonitas
quod de malis elicit bona, ut per augustinum in enchi
ridion punitionem peccatorum per malum pene cuius
est actor ordinat ad declarationem sue iustitie.
preter intentionem peccantis. sic preter intentionem
tirannorum declaravit patientia martirum. Quid igitur.
postquam apostolus ostendit iudeos et gentiles similiter
indiguisse gratia dei ante conversionem propter hoc quod utrique
in vitia horribilia sunt prolapsi. hic consequenter
ostendit eos similiter eadem gratia indigere post
conversionem propter hoc quod sine ipsa non poterat consequi
salutem. Et ostendit hoc dupliciter. Primo ex
legis infectione. 2°. ex fidei Christi perfectione. ibi.
Nunc autem. primo autem ostendit per scripturam, et ideo
primo ipsam allegant. 2°. ad propositum applicat
ibi. Scimus. Circa primum dicit continuando se
ad precedentia. Quid igitur dicemus nos iudei
de quibus erat apostolus. precellimus eos. scilicet gentiles
nequaquam et subdit causam. causati enim. sumus
id est rationabiliter ostendimus iudeos et grecos omnes
sub peccato esse. ante conversionem ut patet ex predictis
. etiam idem sequitur post conversionem. nisi assit
gratia dei quia fides informis non sufficit ad
salutem sicut scriptum est. psalmo. 13. secundum translatio-
nem 70. Quia non est iustus quisquam sine
gratia dei loquendo de iustitia perfecta que facit
hominem dignum vita eterna. potest tamen aliquis esse
iustus iustitia pollitica per observationem legis
nature et iustitia legali per observationem legis
mosayce. Non est intelligens vere superne beati
tudinis. non est requirens deum. per opera merito
ria, ad hoc enim requiritur gratia. ideo subdit
omnes declinaverunt a via vere beatitudinis.
simul inutiles facti sunt. deficientes a con-
secutione finis ultimi. sicut medicina dicitur
inutilis que deficit ab introductione sanitatis
. Non est qui faciat bonum. quia nullus potest facere
bonum meritorium sine gratia dei. Et quoniam ipsa
subtracta contere homines labuntur in horribilia
peccata. ideo sequitur. Sepulchrum patens est gut-
tur eorum. ex sepulchro enim patenti fetor ex-
alat. sic tales proferunt verba vilia et

fetida quia ex habundantia cordis os loquitur
Matthei. 12°. linguis suis dolose agebant. proximum
decipiendo. venenum aspidum sub labiis eorum.
occulte detrahendo. quorum os maledictione deum
blaffemando et amaritudine plenum est, aliis
mala persuadendo. veloces pedes eorum ad effundendum
sanguinem innocentem. contritio et infelici-
tas in viis eorum. quia finaliter conterentur et
ad miseriam deducentur. et viam pacis non
cognoverunt. que ducit ad vitam beatam ubi est
pax perfecta. et subditur peccatorum causa. non est
timor dei. qui retrahit a malo ante oculos eorum
propter quod sine retinaculo currunt ad malum. Sci-
mus hic scripturam allegatam applicat ad pro-
positum dicens. Scimus quoniam quecumque lex loquitur
hiis qui sub lege sunt loquitur. Ex hoc dicunt
aliqui expositores quod scriptura allegata loquitur
tantum de iudeis qui sub lege mosayca erant. sed
scriptura immediate precedens dissonat. ubi dicitur.
causati enim sumus iudeos et grecos omnes sub
peccato esse. Similiter subsequens immediate ubi
dicitur. ut omne os obstruatur. et subditus fiat
omnis mundus deo. Ex quibus patet quod loquitur
de iudeis et gentilibus. nec obstat quod dicit. hiis
qui sub lege sunt loquitur, quia tamen dicitur
hic sub lege indiffinite sicut iudei erant sub lege
moysi, ita gentiles sub lege naturali, indiffi-
nita vero iuteris equipollet universali. tamen quia
non dicitur hic de hiis qui sunt lege. Sed hiis qui
sub lege sunt licet autem liber psalmorum de
quo accepta est scriptura preallegata data sit
iudeis sicut et alii libri veteris testamenti. non tamen
loquitur solum de iudeis sed etiam de multis
aliis gentibus sicut declaratum fuit ibi et per
singulos libros veteris testamenti. Sciendum
igitur quod psalmo 13°. de quo assumpta est scriptura
predicta secundum sensum litteralem loquitur de na-
buchodonosor rege babilonis et eius exercitu ut
dictum fuit ibidem. tamen secundum sensum tropo-
logicum convenienter allegatur de omnibus pecca-
toribus generaliter. et hoc modo allegat eam hic
apostolus. prima corinthiorum 10°. scripturam exodi allegat in
sensu allegorico. petra autem erat Christus. Certum
est enim quod petra unde fluxerunt aque in deserto

non erat xpus ystorice sed tantum allego
rice quod ipsum significabat dicit igitur apostolus. Sci
mus autem quod quecumque lex scilicet mosaica simpliciter vel quantum ad quid
continetur liber psalmorum accipiendo legem generaliter
pro omnibus libris veteris testamenti sicut frequenter
accipiunt iudei. hijs qui sub lege sunt loquitur
i. iudeis. non tamen solum de illis sed etiam
de gentibus alijs ut dictum est vel aliter hijs
qui sub lege sunt loquitur indiffinite i. gen
tiles qui erant sub lege naturali et iudei qui
erant sub lege moysi. Ut omne os scilicet
gentiles et iudei obstruatur ita quod non ha
beat audaciam contra deum loquendi. Et subditur
fiat omnis mundus deo tamquam eius gratia in
digens ad consequendum salutem quia ex operibus legis
mosaice vel naturalis. non iustificabit omnis
caro i. omnis homo coram illo i. ut sit
acceptus deo pro beatitudine consequenda. per
legem enim cognitio peccati simpliciter fit non tamen eius
remissio sed per gratiam dei. Sed contra hoc videtur quod
in leuitico frequenter dicitur in oblatione sacri
ficij pro peccato orabit pro eo sacerdos et dimit
tetur ei. Ad quod dicendum quod virtute istius
sacrificij secundum se non dimittebatur peccatum secundum
quod dicitur hebreorum 10. impossibile est sanguine tau
rorum auferri peccata. sed inquantum illud sacri
ficium erat quedam protestatio christi passuri quam
protestationem cognoscebant maiores ma
gis explicite minores vero implicite. et sic
virtute fidei christi gratiam conferentis eo quod eadem
fides fuit antiquorum et modernorum remit
tebatur peccatum et non virtute sacrificij. et
hoc satis ostenditur ex modo loquendi cum dicitur
orabit pro eo sacerdos et dimittetur ei. quod
ex fide et deuotione offerentium remittebatur
peccatum. Nunc autem ostenso quod consecutio sa
lutis non erat nisi per fidem christi. et hoc ex
legis imperfectione. hic consequenter idem ostenditur ex
fidei christi perfectione et diuiditur in duas quod
hic primo ostenditur vero secundo ex ad ebre capitulo 4. prima
in duas quia primo ostenditur propositum secundo infertur
correlarium ibi ubi est gloriatio. prima adhuc
in duas. quod primo ostenditur homines iustificari per
fidem christi. secundo ponitur modus iustificandi ibi.

omnes enim. Circa primum sic tales 20. Illos
proprie iustificat quod facit dignos vita eterna
et sine lege mosayca sicut est de fide christi
quod gentilibus eam recipientibus dabatur in signo
visibili spiritus sanctus. ut patet act. 10. de cornelio
et alijs cum eo credentibus hic. huius conclusionis ponit
minorem dicens. Nunc autem sine lege iusti
cia dei i. que facit deo acceptum et vita eterna
dignum. manifestata est in gentibus spiritum sanctum
recipientibus. non dico quin tamen legem moysi
non servabant testificata a lege i. a libris
moysi que proprie dicitur lex apud ebreos genesis 49.
dicitur de christo. Non auferetur sceptrum de iuda et
dux de femore eius donec veniat qui mit
tendus est. et in translatione caldayca que
apud ebreos est autentica habetur donec veniat
messias et ipse erit expectatio gentium qui
indifferenter iudeis et gentilibus dedit spiritum
sanctum et prophetis. ioel. 2. capitulo. Effundam de
spiritu meo super omnem carnem i. super hominem
iudeum siue gentilem. conclusio concluditur. Iusticia
autem dei i. faciens deo acceptum est per fidem
ihesu christi In omnes et in omnes qui credunt
in eum. et dicitur super omnes quantum ad apostolos et
alios primo credentes. Et in omnes quantum
ad alios qui fidem receperunt et recipient
per predicationem apostolorum et succedentium doctorum.
Non est distinctio inter iudeos et gentiles
quantum ad iustificationem per christi fidem et loquitur
apostolus de fide formata caritate que iustificat.
omnes enim. Consequenter ostenditur modus huius iustifi
cationis per causam formalem efficientem
et finalem et temporis congruentiam pre
mittitur tamen huius iustificationis necessita
tem dicens. omnes enim peccauerunt tam iudei quam gen
tiles et egent gloria dei i. gratia sua per quam
apparet gloriosus et subditur huius iustifi
cationis modus cum dicitur. Iustificati igitur gratis
i. sine meritis nostris per gratiam ipsius formaliter
et per redemptionem que est in christo ihesu i. per pas
sionem eius efficienter meritorie tamen. quem
proposuit deus. qui est causa efficiens nostre iusti
ficationis principalis per fidem nos deo con
iungentem in sanguine ipsius ad ostensionem

iustitie sue etc. s. finaliter per hoc enim
declarauit se iustum quia peccatum ade tota natura
humana inficiens non relinquit impunitum
Et sustentatione dei sustentauit eos patres
in lymbo sine pena sensibili. Ad ostensionem
iustitie eius in hoc tempore s. gratie in quo ostendi-
tur iustitia que facit dignum uita eterna ut
sit ipse iustus .i. manifeste appareat iustus
et iustificans eum qui ex fide est ihesu christi .i. quem-
cumque credentem in christo. Ubi est ergo etc. hic infert
quoddam correlarium et 2º soluit obiectionem
in contrarium ibi legem ergo. declaratum est quod ius-
titia dei equaliter dabatur conuersis ad fidem
christi de iudaysmo et gentilitate et ideo concludit
apostolus quod iudei non debebant gentiles despicere
gloriando se inaniter de legis obseruatione quod
tamen faciebant in primitiua ecclesia secundum quod dicitur
act. 6º. factum est murmur grecorum aduersus
hebreos eo quod despicerentur in ministerium
cotidiano uidue eorum. Ad hoc igitur reprimendum
dicit apostolus ubi est gloria tua. o iudee qui in-
aniter gloriaris de lege. Exclusa est scilicet quantum
ad ceremonialia que tempore legis noue non
sunt obseruanda quia erant mere figuralia.
adueniente uero ueritate tempore christi cessat figura.
iudicialia uero exclusa sunt inquantum habebant uim
obligandi in lege illa possunt tamen de nouo
institui in lege noua quantum ad illa in re-
spublice per amorem uidentur accomoda moralia
uero manent quia sunt de lege nature que est
inmutabilis et subdit modus dicte exclu-
sionis cum queritur per quam legem factorum.
est dicta conclusio factorum .i. per legem ueterem
que in obseruationibus carnalibus consistebat. quasi
dicat non. sed per legem fidei .i. per legem euan-
gelicam spiritualis est quod confirmat dicens An
iudeorum deus tantum quasi dicat non. ymo est et
deus gentium. finis enim correspondens prin-
cipio et ideo sicut iudei et gentiles processerunt
a deo sicut ab uno principio ita reducuntur
ad ipsum sicut ad finem unum que reductio fit
per mediatorem ihesum christum et ideo subditur. Quoniam quidem
unus est deus s. gentilium et iudeorum qui
iustificat circumcisionem .i. iudeos circumcisos

ex fide .i. per fidem christi et non per circumcisionem.
et preputium .i. gentiles habentes preputium per fidem
s. eiusdem mediatoris ihesu christi. legem ergo.
hic autem respondet apostolus cuidam obiectioni. quia
per hec uerba et similia imponebant sibi iudei quod
destruebat legem moysi per predicationem fidei christi.
ut habetur act. 21º. hoc igitur remouet dicens.
legem ergo. scilicet moysi. destruimus per fidem .i. per
predicationem fidei christi. absit. sed legem statuimus
.i. confirmamus. quando enim aliquid est uia et
dispositio ad aliud ad quod ordinatur sicut ad finem
si cesset. fine habito non propter hoc dicitur destrui sed
magis statui quia uirtualiter manet in alio
meliori sicut est de motu ad formam que cessat
forma introducta et uirtualiter manet in ipsa.
Lex autem uetus fuit quedam dispositio ad nouam
et ordinata ad ipsam sicut quid inpositum
ad rem perfectiorem. unde dicitur iere. 31º. Ecce dies
ueniunt dicit dominus et feriam domui israhel
fedus nouum non secundum pactum quod pepigi cum
patribus uestris etc. et subdit et ero ipsis in deum
et ipsi erunt mihi in populum et ideo lex uetus non
destruitur sed magis statuitur quantum ad illud
in quo cessat simpliciter cuiusmodi sunt ceri-
monialia. alia uero non cessant ut dictum est
Ad maiorem dictorum et dicendorum intelligentiam
queritur hic utrum lex uetus suo tempore iustificaret
Et arguitur primo quod sic. leuit. 18. custodiens leges
meas atque iudicia que faciens homo uiuet in
eis. sed uita spiritualis hominis est per iustitiam. ergo.
Item per circumcisionem tollebatur culpa origi-
nalis sicut modo per baptismum. sed culpa non aufertur
nisi per gratiam sicut nec tenebra nisi per lu-
men. ergo circumcisio iustificat simpliciter. Item
omnes moderni doctores tenent quod in circumcisione
dabatur gratia. ergo. Contra gala. 2º. si data esset
lex que posset iustificare christus gratis mortuus
est .i. sine causa sed hoc est inconueniens
ergo et illud ex quo sequitur s. quod lex uetus
iustificaret. Respondeo hic premittende sunt quedam
distinctiones prima est de iustificatione que potest
accipi dupliciter uno modo proprie. Et sic iustificatio
est factio iustitie. Alio modo magis large pro sig-
nificatione iustitie. sicut urina dicitur sana eo quod

est sanitatis significatiua. 2a distinctio est
de iustitia q potest accipi dupl. Uno mo pfte
sm q iustificatur ho apud deu. Alio mo im
pfecte. et sic iustitia est uirtus pollitica. Tia
distinctio e de lege ueteri q distiguit sm prec
epta moralia iudicialia et cerimonialia.
Si igitur loquamur de iustitia pfecta sic
solus deus iustificat efficient p hitu gre que
solus infundit. ps. 83. gram et gliam dabit
dns ipa vero gra iustificat formalr. Si uo
accipiatur iustificatio large sic tota lex ve
tus iustificat qz gram iustificante p xpm
dandam significabat. Totus ei status illius le
gis fuit noue figuratiuus. p. cor. 10. Omia
eni in figura ptingebat illis. Si aut accipi
atur iustitia imperfecta et lex vetus quantu
ad moralia et etia iudicialia sic iustificabat
effectiue in qntu p opa legis q iusta erant
acquirebantur hitus iustitie. et ille hitus acq
situs iustificabat formal. iustitia tn polli
tica q non facit dignu uita etna. qz opera
talis iustitie sunt simplr opa huana et p
ons ad psecutione vite eterne improportiona
ta q excedit facultate hois nalem. sm 1
ysa. 64. oculus non vidit etc. pp quod opz
q talis pportio veniat a deo p habitu ad hoc
splr infusum. Sciend tn q moralia aliter
iustificabant pol. q iudicialia qz moralia
pcepta erant de opibus uirtutu gnalr ut iusti
ficarent iustitia p om uirtute accipi. iudi
cialia erat de contractibus iustis inter homines
et sic iustificabant iustitia magis coi. Si uo
accipiatur lex qntu ad cerimonialia pure
q non ptinebant aliquid iustum sm se. s
tantu ex legis determinatione. sic lex no iustifi
cabat nisi executiue. Et pp hoc de ceri
monialibus dr a doctoribus q non iustifica
bant nisi in qntu fiebant ex obedietia faci
entiu. Ad pm dicend q pro tanto dicebatur
pcepta legis custodiens viuere qz p hoc euade
bat pena mortis corpalis q p lege transgres
soribus inferebat in casibus multis ut patz
ex decursu illius legis. Ad 2m dicend q licz
in circuncisione deretur gra hec tn no erat
ex circuncisione. s. ex fide xi. venturi qua
habuit abraham cuius fidei signu fuit cir
cumcisio sicut dicitur sequeti ca. Et signu
accepit circucisionis signaculu fidei et iustic
quia fidem protestabatur se recipere suscipiens
circucisione p se si erat adultus. et p aliu
si erat paruulus. eadem eni fides fuit antiqrz
et modnorz sic dictu est sup. licet sit modo
magis explicata et hoc mo dicunt doctores
gram fuisse datam in circucisione. Aliter
aut datur mo in baptismo qui ht efficatia
a passione xi iam completa in affectu. pp qd
no solum est signu gre in eo date. sed et ca
efficiens instrumentalis. cum qz sacra
noue legis efficiunt quod figurat et sic patet
ad pone et ad argua.

IIII

Quid ergo dicemus. cnsd p roem q lex
vetus non sufficiebat ad salutem.
hic pmr ide ondr p exm abrahe
patriarche. Circa quod ondr po. quid psecutus
sit p fidem xpi. 2o. magnitudo sue fidei. ibi.
qui cont spez. Prima diuiditur in tres ptes
qz p. ondr q ex fide consecutus sit gram iustifi
cante. 2o. credentiu paternitate ibi. Et signu.
3o. hereditatis pmissione. ibi. no eni p legem.
Primu aut ondit dupr. p scptura. 2o. per
roez. ibi. Ei aut. Circa pm dicitur. quid g
dicemus inuenisse apud deu. Abraham patrem
nrm scdm carne. scdm eni carne aplus des
cenderat ab abraham sic et ceteri iudei. sm
eni aiam q est p infusionem dei immediate
sunt a deo Et ondet ad pone dicens. Si
enim abraham ex opibus legis. s. veteris.
iustificatus e habet gliam. sed no apud deu.
qz iustitia talis e acquisita et pollitica et
sic reddit hntem honorabile inter homines
sed non apud deum quia no facit eu dignum
uita eterna ut s. dictu est. Et ad hoc pro
band inducit scptura dicens. Quid enim
scptura dicit de abrahe iustificatione. cre
didit abraham deo et reputatu est illi ad
iustitia. ex fide igr iustificatus est. et no ex
opibus legis. hec aut scptura habetur. gen.
15o. ei aut. hoc idem ondit p ronem. et

diuiditur in duas ptes. quia p°. ponitur ro. 2°. ronis declaratio. ibi. sicut et dauid. ro talis e. illud quod conceditur alicui sicut merces opanti non traditur ei p uiam gre sed p uiam de biti. iusticia uo de qua est sermo conceditur p uiam gre. ergo non p legis opa. Maior huius rois ponitur cum dr. Ei aut qui opatur mercs non imputatur scdm gram sed scdm de bitum et subdr minor. Ei uero qui no opatr. legis opa tn credenti in eu qui iustificat impium. Qualis est gentilis ueniens ad fidem xpi. reputatur fides eius ad iusticiam que facit dignu uita eterna. Scdm positu gre dei .i. scdm ordinem gre et non scdm ordine debiti. et ex hoc subintelligitur oclusio scpe .s. quod dca iusticia non est ex opibus legis. Sic dauid. hic oma ponitur huius rois declaratio maior aut manifesta est io declaratione no indiget. sz minor declaratur p scptura et p°. scptura allegatur. 2°. ad positu applicatur ibi. beatitudo ergo. Circa p^m sciend quod btitudo dupliciter accipitur. Uno mo in re. et sic habetr in pria. Alio mo in spe. put habetur in uia. et sic accipitur hic cum dr. Sicut dauid. dicit btitudine hois. s. ipsle ec. cui deus accep to fert iusticiam .i. acceptat eum ad uitam beatam. sine opibus. quia opa huana ad hec sunt improportionata ut pdictu est. et subdit auctoritas dauid ad hoc. ps. 31°. Beati quorum remisse sunt iniquitates ec. qd non pt fieri p opa huana. quia homo non potest resurgere a pcto ad hoc enim quod tollatur pctm requirit illustracio diuine gre. sicut corporalis lux ad motone tenebre. Beatitudo ergo. hic oma scptura allegata ad positum applicatur p modu qonis. cu dr. beatitudo gl°. hec q het in spe. in circumcisione tm manet .i. datur ne tm iudeis circumcisis. An et in prepucio .i. gentibus in circumcisis. et rndet ad hanc qone dicens. Dicimus enim quia reputata e abrahe fides ad iusticiam. sic hr. gen. 15°. ut supra allegatu est. Quo mo ergo reputatu est et rndz. non in circumcisione. s in pucio. quia abraham nodum erat circu cisus quo hoc dictum fuit ant natiuitatem

ysmael. gen. 15°. et abraham fuit circumcisus ysmaele iam 13. annorum existente. ut pz gen. 17°. Et signu. hic oma ondit quod abraham p fidem obtinuit omn credentiu pritate. Circa quod sciendu quod simul abraham habuit preptu circu cisionis q fuit signu uel caracter sue fidei in se et insequentibus. Unde sic diffinitur cir cumcisio. quod e signu distinguens isrl agentibus. Ex hoc igitur formatur talis ro quotiens in aliquo duo concurrunt. unu ut signu tm. Aliud ut res signata principalior est ibi res signata quam signu quod non eet ibi pter rem signata. ut patet de circulo pendente ante taberna qd non e ibi nisi pter uinu uenale. In pritate uero habrae respectu omn credentium circumcisio fuit sicut signu tm. fides aut ut res signata. ergo p fidem obtinuit dcaz pritate. Et hoc e quod dicit. et signu acce pit .s. abraham. circumcisionis in carne signaculu iusticie fidei. ut hec circumcisio eet sigillu fidei latentis in mente q est in pre pucio .i. q iusticia erat in abraham ante circumcisione. ut sit pr omn credentiu per prepuciu .i. omn gentiliu ad fidem xpi uenientiu absq circumcisione. ut reputetur illis ad iusti ciam sicut et abrahe fuit fides ad iusticia anq circumcideretur. et sit pr circumcisionis .s. spualis que est circumcisio uiciorum. Non hijs tantu qui sunt ex circumcisione .s. carnali cuiusmodi sunt iudei. sz et hijs qui sectantr eius uestigia fidei, que e in prepucio patris nri abrahe .i. quia iusticia p fidem habuit habraham ante circumcisione. Non eni. hic oma ondit quod p fidem obtinuit hereditatis pro missione et non p opa legis. ut pote per circumcisione et huiusmodi. et ad hoc inducitur duplex ratio. sa ibi. lex eni. Ratio prima talis e quod aliqd pmissum redditur alicui non habito respectu ad pmissione. sed ad opa sequentia promissio illa frustratur et eua cuatur quia non p illam sz pter aliud pro missum reddit. pmissio uero hereditatis facta fuit abrahe ante circumcisione. ut patet. gen. 13°. ergo si reddita e ei propter

| circu[m]cisio.

circumcisionem vel opera sequentia frustratoria et fides abrahe de data promissione fuit evacuata / hoc autem inconveniens est dicere de deo in quo non potest esse falsitas nec deceptio. igitur et cetera. illud unde sequitur scilicet quod promissio hereditatis sit impleta per legis opera / et hoc est quod dicit. Non enim per legem promissio abrahe supple facta est aut semini eius ut heres esset mundi. Non enim solum facta est abrahe et semini eius promissio non solum de terra iudee sed etiam de toto mundo / quod patet impletum esse in christo descendente de abraham secundum carnem qui dicit math. ultimo. Data est michi omnis potestas in celo et in terra. sed per iustitiam fidei facta est dicta promissio ideo concludit. Si enim qui ex lege id est ex operibus legis heredes sunt id est consequuntur hereditatem exinanita est fides qua abraham credidit deo promittenti / abolita est promissio scilicet dei quia hereditas non est reddita isto respectu ad promissionem sed ad aliud / hoc autem est inconveniens et cetera. lex enim hic ponitur secundo. eo quod talis est promissio cum sit de bono non innititur rei que est provocativa ire / quia non habet firmitatem aliquam cum frequenter propter iram promissio facta prius retractetur. lex autem fuit provocativa ire divine dupliciter. uno modo quia homines nituntur in vetitum. propter quod per prohibitionem legis venit libido peccandi. Alio modo quia lex dabat cognitionem peccandi clariorem quam ante et ex hoc aggravabatur peccatum secundum dictum salvatoris luce 12. servus qui voluntatem domini sui cognovit et non fecit vapulabit multis plagis. ergo promissio divina non innitebatur legi / cum esset ire dei provocativa. et hoc est quod dicit. lex enim iram operatur id est provocat modis dictis. Ubi enim non est lex nec prevaricatio legis. et hoc est verum absolute de hiis que erant indifferentia ante legem quia talia non sunt mala nisi quia prohibita. cuiusmodi erant ceremonialia saltem pro magna parte. de hiis que prohibita sunt per legem eo quod erant secundum se mala non est intelligendum simpliciter verbum apostoli sed secundum quid. quia non erat tam gravis prevaricatio ante legem sicut etiam post propter maiorem cognitionem que aggravat peccatum. et propter prohibitionem que excitat libidinem in contrarium / istud tamen non provenit ex lege secundum se que fuit sancta et bona. sed ex humana malitia / ideo ex fide habuit firmitatem divina promissio omni semini scilicet abrahe. et quale sit illud semen subdit. Non enim qui ex lege est solum id est ipsis iudeis. sed qui ex fide abrahe id est gentilibus in christo credentibus fidem habrahe imitantibus. qui est pater omnium nostrum in christum credentium. sicut scriptum est gen. 17. quia patrem multarum gentium posui te. et non solum iudeorum ante deum per iustitiam. unde dictum est abrahe gen. 17. Ambula coram me et esto perfectus. qui vivificat mortuos id est gentiles vivificans per gratiam qui mortui erant per ydolatriam. et vocat ea que non sunt id est gentiles qui non erant alicuius reputationis coram iudeis tamquam ea que sunt id est iudei qui dicebantur apud deum reputari pre ceteris populis propter acceptionem divine legis ps. 147. non fecit taliter omni nationi et cetera. qui contra spem. postquam ostendit apostolus quanta abraham per fidem obtinuit hic commendat magnitudinem sue fidei ostendit et dividitur in duas partes quia primo declarat propositum. secundo infert corellarium ibi ideo. Circa primum sciendum quod quando promissum fuit semen abrahe de sarra ipse iam erat 90 annorum et sarra 90 gen. 17 et cum hoc ipse erat debilis et tamen ipse credidit promissioni divine et non hesitavit. ideo dicit. qui contra spem scilicet naturalem in spem divine promissionis credidit ut fieret pater multarum gentium. fidem eius imitantium secundum quod dictum est ei gen. 15. sic erit semen tuum sicut stelle celi et cetera id est in multitudine incognita sicut patet impletum in multitudine credentium / quorum aliqui credunt fide formata caritate et illi comparantur stellis. alii vero fide informi et illi comparantur arene maris. et non infirmatus est in fide cum tamen senes sint parve spei ut dicit philosophus 2. rethorice. Nec consideravit corpus suum iam mortuum id est ineptum ad generandum pre senectute. Sed contra hoc videtur quod dicitur gen. 25. quod abraham

postea duxit aliam uxorem nomine cethuram
que peperit ei plures filios. Ad quod dicendum
quod hec impotentia ad generandum intelligitur
de sarra que erat sterilis et nonagenaria
sed non de iuvencula que ad concipiendum est
magis apta quia ex bona dispositione virtu
tis passiue facilius fit conceptio etiam a debili
agente. et emortuam uuluam sarre quod desierat
muliebria in ea ut dicitur gen. 18°. In repromissi
one etiam dei non hesitauit diffidentia. Sed vi
detur quod abraham dixit gen. 17. putas ne ex cente
nario nascetur puer. quasi dicat non. Ad hoc
dicendum quod illud verbum non fuit dubitationis
sed admirationis de re tam insolita. sicut
luce p°. Quomodo fiet istud quoniam virum non
cognosco. propter quod abraham non fuit punitus
sicut zacharias pater Johannis eo quod dubitauit de pro
missione dei. luce. i°. Sed confortatus est fide
dans gloriam deo .i. attribuens promissum
diuine bonitati non suis meritis. plenissime
sciens etc. Per rationem naturalem propter quia cog
nouit omnia deo fore possibilia. ideo hic conclu
ditur correlarium. scilicet quod fides abrahe non solum
sibi ualuit sed etiam nobis qui sumus imita
tores fidei eius. et hoc est quod dicitur. ideo et re
putatum est ei etc. et subditur. non autem scriptum
est propter ipsum. sed etiam propter nos. ex quo patet quod
facta singularia patrum ponuntur in sacra
scriptura ut quedam universalia non per predicati
onem sed per exemplare. hoc enim duplici modo
dicitur universale sicut sol dicitur causa universalis
cum aliis. Cetera patet

Iustificati igitur etc. Superius apostolus
abstulit a romanis credentibus dis
cordie materiam ostendens quod non illa
haberent ad inuicem precellentia. hic autem
inducit eos ad unitatis concordiam ostendendo
quod utrique iustificati essent per fidem et gratiam
christi eis communem. et diuiditur in duas partes. quia
primo ostendit virtutem fidei in credentium iusti
ficatione. 2° eius perfectione in veteris legis
cessatione. c. 7. Prima in duas. quia primo ostendit
propositum. 2° remouet erroneum dictum. c. 6°. prima
adhuc diuiditur in tres partes. quia primo
ostendit virtutem fidei in iustificatione creden
tium. 2°. huius iustificationis motiuum ibi.
Ut quid enim. et tertio modum ibi propter eam. prima
adhuc in duas. quia primo propositum ostendit ex consecu
tione boni. 2°. ex tollerantia mali. ibi. non
solum autem. Circa primum sciendum quod iustificatio
est motus ad iustitiam. sicut albatio est motus
ad albedinem. et iste motus ad iustitiam potest
dupliciter accipi. Uno modo per modum simplicis
generationis absque recessu a termino incipi
entis sicut adam fuit iustificatus in statu
innocentie. Alio modo per modum mutationis
vel motus qui includit recessum a termino
culpe sicut iustificatur homo tempore lapse nature
et hoc modo accipitur hic iustificatio. verum ta
men quod mutatio denominatur a termino ad
quem: et non a termino a quo. sicut de
albatio ad albedinem ad quem terminatur
et non a nigredine seu medio colore unde
incipit. sic iustificatio non denominatur
a culpa. vel in peccato a qua incipit. sed a
gratia ad quam terminatur. ita quod magis dicitur
iustificatio quam peccati remissio. licet utrumque
includatur. iste vero accessus ad gratiam est
per deum sicut per agens instrumentale con
iunctum. Per sacramenta vere fidei. sicut
hedificatio domus est ab artifice principali
a manu eius sicut ab instrumento coniuncto
et a securi sicut ab instrumento separato. et
hec tanguntur hic in iustificatione cum dicitur.
Iustificati igitur ex fide sicut ex instrumento
separato cordis iudeis et gentilibus pacem habeamus.
.i. concordiam quasi dicat unitas fidei et
sacramentorum debet esse causa concordie fide
lium ad deum. que est causa principalis nostre iusti
ficationis per dominum nostrum ihesum christum qui secundum
humanitatem est nostre iustificationis instru
mentum coniunctum. per quem accessum habemus
scilicet ad deum tamquam per mediatorem dei et hominum
et gratiam istam que iustificat formaliter
in qua stamus in presenti et quia est causa
glorie ideo subditur. ut gloriemur in spe glorie
filiorum dei .i. sanctorum qui modo speciali dicuntur
filii dei. quia non solum sunt filii dei per

similitudinem nature que est in omnibus hominibus sed etiam per similitudinem gratie que est in solis iustis. Sed etiam per similitudinem glorie que est assimilatio perfecta. p. io. 3. Erimus quia cum apparuerit similes ei erimus. Non solum autem. Hic consequenter apostolus ostendit iustificationis effectum quantum ad tollerantiam mali pene et quia nullius malum appetit nisi per bonum coniunctum sicut potio amara appetitur propter sanitatem. ideo apostolus ostendit bona coniuncta malo pene si pacienter tollerentur. quam tollerantiam facit iustificatio que est per gratiam ideo dicit. Non solum autem scilicet gloriamur in adoptione boni. sed etiam gloriamur in tribulationibus que sunt mala penalia et subdit causam. Scientes quia tribulatio patientiam operatur. i. facit sicut artem cithari zandi facit frequens cithariçatio. patientia vero probationem. i. purgationem peccatorum. sicut enim macula peccati aufertur per cordis contritionem. sic reatus pene per tribulationem pacienter tolleratam. probatio uero spem. i. certam expectationem beatitudinis quia remota culpa et pena patet liber accessus ad gloriam. spes autem non confundit. i. tollit erubescentiam in quantum homo non frustratur eo quod expectabat. quia caritas que est causa glorie diffusa est in cordibus nostris sicut liquor preciosus in uasis. per spiritum sanctum. qui caritatem infundit. qui datus est nobis non solum in dono sed etiam in se ipso inquantum per caritatem habetur in nobis nouo modo. Ut quid enim. Hic consequenter tangit apostolus nostre iustificationis motiuum et primo hoc motiuum excludit a nobis dicens. Ut quid enim christus cum adhuc infirmi essemus. scilicet infirmitate peccati secundum tempus pro nobis mortuus est. i. per tempus trium dierum qui fuerunt inter eius mortem et resurrectionem. et tamen per synodochem conceditur mors christi. nos iustificatos ex meis meritis non processit. quod probat consequenter dicens. Vix enim pro iusto quis moritur. i. opus hominis quantumcumque iusti uix meretur ut pro eo uelit quis mori et multo minus peccator hoc potest mereri ideo concludit quod processit ex caritate dei dicens commendat autem. i. commendabilem ostendit suam

caritatem deus in nobis per ipsum iustificatis. Quoniam si cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est. ex sua libera caritate. multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius. i. per passionem eius meritorie et per gratiam formaliter salui erimus ab ira. i. inferni pena per ipsum quia magis est peccatorem a pena liberare. et quia non solum per mortem christi sumus a pena liberati. sed etiam consequimur gloriam. et ideo subdit. Si enim cum inimici essemus per preuaricationem. reconciliati sumus deo patri per mortem filii eius. multo magis reconciliati deo patri salui erimus in uita eius. i. in uita christi gloriosa ad talem enim uitam resurrexit. et quia uite beate est in nobis quedam inclinatio per gratiam christi mediatoris. ideo subdit non solum autem salui erimus in futuro sed etiam gloriamur in deo. etiam in presenti per dominum nostrum ihesum christum per quem nunc reconciliationem accepimus. et per consequens certam spem beatitudinis future. Quoniam apostolus facit hoc argumentum a maiori quod si iustificati sumus per mortem christi multo magis sic iustificati salui erimus per consecutionem beatitudinis ex hoc patet secundum intentionem apostoli quod magis est impium iustificare quam iustificatum glorificare. cuius ratio est quia impius non potest mereri de condigno suam iustificationem quia non operatur nisi secundum uirtutem nature que est improporcionata respectu doni gratie. sed iustificatus per gratiam mereri potest de condigno uitam beatam secundum illud apostoli. 2. ad thimo. 4. in reliquo reposita est in corona iustitie quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex non solum autem mihi sed et hiis qui diligunt aduentum eius etc. Illud autem meretur de condigno aliquis quod ei secundum uiam iustitie est reddendum. ratio autem huius est quia ualor operis meritorii non solum attenditur secundum quod procedit ex libero arbitrio quia sic non est meritorium uite beate. secundum quod dicit apostolus. ro. 8. non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. sed etiam attenditur secundum quod procedit a spiritu sancto habitante in homine iustificante per gratiam et mouente ipsum ad actum meritorium quia spiritus sanctus se habet ad liberum arbitrium sicut sessor ad equum et secundum

hoc opus meritoriu inquantu est a spu sco
qui est infiniti valoris meretur de condigno
bonu infinitum quod in btitudine redditur
obiective. Propterea hic qnr ondit mre iusti
ficationis mod et qm opposita iuxta se posita
magis illucescunt. Et medicina p operatione
ad morbum est disponeda. io donu xo iusti
ficantis tractat aplus p operatione ad pcm
ade cui e medicina ei opposita et dividitur
in duas partes. qr pmo operat utruq qntu
ad differentia 2o. quatu ad convenientia. ibi
sic et. Prima adhuc in duas partes. quia
pmo describit pcti ade gnalitatem. 2o. doni
xo maioritate ibi. sed non sicut delictu. pma
adhuc in duas quia pmo facit ppositu. 2o.
removet obiectione in contrariu ibi. usq ad
legem. Circa pmu dicit. sic p unu hominem
s. adam intravit pctm in hunc mundum
qr pctm eius imputatur omibus ab eo des
cendentibus omnes descendentes ab adam per
viam generativa contraxerunt pctm originale
sm vim generativa quia sic sunt membra
eius. ppter quod vocatur pctm originale. Et
p pctm mors in pena huius pcti. quamvis enim
corpus ade fuerit compositum ex contrariis et
sic naliter corruptibile tamen p donu ori
ginalis iustitie sibi datum a deo in sua con
ditione poterat non mori. qr si permansisset
mortem non incurrisset. Sz quia ipo peccante
subtracta est originalis iustitia in pena
sui pcti. p quis incurrit necessitatem mo
riendi. q lz considerato corpe huano in se eet
nalis. tn considerato statu hois in sua pa
conditione facta est sibi penalis. et ita in oes
hoies mors ptransiit. quia qualis factus est
p pctm tales descendunt ab eo p gnationem.
in quo. s. adam pecante. omnes peccaverunt
q futura erant membra ipius usq ad lege.
Hic removet quandam obiectione in con
trarium. qr pt aliquis dicere q pctm non fuit
ante legem moysi. eo q pctm sic diffinitur
quod est transgressio legis divine. et no po
tuit eius ee transgressio ante dationem
legis. g et. sed hoc non valet. qr a pmo

fuit lex naturalis inserta mentibus huma
nis. ut ostensum est. s. ca. 2o. ppter quod eius
transgressio fuit pctm. tamen p multipli
catione pctorum lex nalis fuit obfuscata in
tantum q transgressione illius legis no re
putabant pcta. erant tn sedm veritatem. qr
erant contra recte ronis dictamen. Et hoc
est quia dr. usq ad legem enim pctm erat in
mundo. i. toto tpre ante datione legis mo
saice. nec p legem desiit ee. ppter quod hic usq
non facit hic conclusione tpris futuri. sz
solum excludit carentia pcti. ante legem
datam. licet non reputaretur. io subdit.
pctm aut non imputabatur cum lex non
esset. i. reputabatur ppter obfuscatione legis
nalis. io una ca dandi legem mosaycam
assignatur a sanctis fuisse ppter legis nalis
obfuscatione. q aut pctm fuerit ante dati
onem legis ondit p eius pena que est mors
ut dictum est. Sed regnavit mors ab ada
usq ad moysen. tn hic usq non excludit
futurum tpus. sz tm carentiam mortis an
dationem legis. sicut dictu est de pcto. e.
in eos qui non peccaverunt. i. in parvulos
qui non peccaverunt pcto actuali. qui tamen
sunt mortui. in similitudine prevaricationis ade.
i. quia generati sunt ei similes. i. destituti
originali iustitia cum debito habendi ea. Qui
s. adam est forma futuri. i. figura xpi. q
futurus erat tpre adam no aut tpre apli.
Sciend aut q ada no fuit figura xpi inquantum
peccator. sz inquantu principiu hominum in ee na
ture. sic et xpus principiu est eorum in esse
gratie. et qr formatus fuit de terra virtute
divina sicut et corpus xpi virtute spus sci
de virgine maria. Item qr de latere eius for
mata est eva. sicut de latere xpi ecclia. ex
quibus regenerami in ee gre. sic ex adam
et eva generatum est genus huanu in ee nae.
Sz nunc sicut delictum. hic qnr ondit ma
ioritatem doni xpi. et hoc in duobus. 1o. quia
pctm ade fuit pmi hois puri. Sz donu xpi
est donu hois dei. et hoc est quod dicit. Sz
nunc sicut delictum ita et donu ratione dicta



io ꝯcludit ultra Si em̄ vnius delicto .s. ade
.et accipitur hic si pro quia . mortui sunt
multi . oms eius posteri . multo magis gra
dei et donū in gra vnius hominis ihu xpi .i. p
gram singularem hois deitati vniti in psona
filij ex qua vnione habet quandam efficacia
meriti infiniti . In plures habundauit .i.
magis excedit in bono q̄ pc̄m ade in malo
Scdo ondit maioritas in effectu . quia in
fectio nāe p pc̄m ade ex vno eius pc̄o processit
et vnū solum pc̄m in posteros trāsmisit .s.
pc̄m originale quod non p̄ mltiri in vna
psona . sz donū xpi iustificat a mltis pc̄is .s.
pc̄o originali et actuali qd̄ qd̄ actuale mlti
plicat uarijs modis in eodem homine et hoc ē
quod dicitur . et nō sic p vnū pc̄m .s. ade in
iusti facti sunt alij . ita et p donū .s. xpi iusti
ꝯstituti sunt mlti . sz mlto plenius quod pbatur
cum subdit Nam iudiciū quidem .i. sn̄ia . in co
dempnatione .s. aliorum ex vno .s. pc̄o ade transit
in alios et causauit in singulis vnicum pc̄m .
gra aut ihu xpi ex multis delictis in iustifi
catione habet effectum sicut dictum est . et
q2 gra ihu xpi nō solum iustificat a multis
delictis sz etiam inducit ad gloriā io concludit
ultra . Si enim in vnius delicto .s. ade . mors
regnauit .i. ptatem habuit sup posteros . mul
to magis habundantiam gre et donationis et iusti
cie accipientes a ihu xpo . in baptismo . in uita
.s. bta regnabit p vnum ihm xpm . p quem
hemus introitu ad celeste regnū . dr̄ aut hic
gra baptismalis habundans gra . quia tollit penā
et culpam et dāpnationis . q2 gratis datur . et
iusticie quia facit dignū uita etnā Sequitur hic
ꝯtra aplus ondit ꝯuenientia pc̄i et doni xpi .
et p̄o quantu ad pc̄m ade . 2º . q̄tu ad pc̄m
supadditu in lege ibi . lex aut . p̄m aut ondit
in duobus primū est . q2 sicut p delictum ade
alij sunt ꝯdempnati sic p iusticiam xpi . oēs
sunt iustificati p gram xpi . et hoc est quod
dicit . igitur ut et pz ex dictis lra . Nec valz
contra dicta si dicatur q non omnes sunt
iustificati p gram xpi quia hoc non pro
uenit ex defectu gre sed ex defectu hoim eam
repellentiū . 2m est q2 sicut p inobedientiam
ade comedentis lignū vetitum posteri facti
sunt iniusti sic p obedientiā xpi in ligno
crucis passi omes sunt iustificati q̄tum
ad sufficientiam et hoc ē quod dr̄ . Sicut
enim p inobedientiā vnius ut . et pz ex dic
tis lra . lex aut . ꝯtr ondit ꝯuenientia doni
xpi et pc̄i tempore legis supadditi ad dāp
natione eni legis secuta ē mltiplicō puarica
tionis ut dictum ē sup non tn̄ ex pte legis
sed ex hominu malicia que nititur in vetitū .
Et q2 cognitio pc̄i que fit p legem aggrauat
pc̄m ipm et sic sub lege habundauit delictu
ita ex lege habundat gratia q2 xpus sub lege
natus est . scdm q dic aplus . gala 4º . At ubi
venit plenitudo temporis misit deus filium
suu natu ex muliere factum sub lege ut .
attulit nobis plenitudine gre et hoc est
qd dr̄ . Lex subintrauit post obfuscationem
legis naturalis ut habundaret delictū . hoc
ut tenetur ꝯsecutiue tn̄ p modū pdictum .
et nō causaliter Ubi aut habundauit delictū .
sub lege . suphabundat et gra . p xpm sub lege
factum . io dr̄ . Johis . 4º . q2 salus ex iudeis
est . Et sic regnat pc̄m in morte .i. potentia
habuit ducendi ad mortem eternā ita et gra
regnet p iusticiā potenter nos inducendo in
vitam eternam . p ihm xpm dei et hominum
mediatore . Ad maiore intelligentia dictorum
de pc̄o originali hic aliqua breuiter sunt
notanda . pm est quid sit originale pc̄m .
et q2 puatio cognoscit p habitum io primo
videndum quid sit originales iusticia cuius puatio
ē originalis culpa . Est aut originalis iusticia
quedam humane nature rectitudo p quia corpus
erat aīe subditum et inferiores vires rōi
ipa aīa subdita erat suo creatori . hec aut
rectitudo non erat ex principijs nature humane
cum corpus humanū sit nāle corruptibile
sed a deo data in p̄ hoīs conditione . scdm q
dr̄ . eccl̄es 7º . hoc scio q a principio fecit deus
hominē rectu et quia iusticia ē quedā recti
tudo . ppt hoc ista rectitudo nāe humane inde
iusticia vocatur et originalis q2 data est

iusti . orig

humane nae. in sua pa conditione alias ori
ginem et qz p originem fuiss in posteros transfu
sa si ab adam fuiss suata. ipo vero peccante
iuste fuit ab eo subtracta. et qz carentia pfec
tionis q dz in esse culpabilis e in hoie, cuius
modi fuit rectitudo dicta seu originalis ius
titia. io eius carentia cum debito eam hndi
de pctm originale ita q debitu hndi est ibi
formale. 2m est quale pctm ade posteris
imputatur et satis faciliter vr q imputatur
eis ad pena. filij enim frequenter et iuste puni
untur pro pctis parentum. s difficilius e vide
qlr imputatur eis ad culpam de cuius roe e
q sit voluntaria volutate posteriore. pp qd
sciendu q adam no osideratur ut singularis
psona. s etiam ut tocius huane nae pricipium aq
alij descendunt tamq a movente p virtutem gene
rativa et efficiunt eius mebra. et io sicut hoi
cidiu factu manu dr voluntariu a volutate
q e in mete. sic suo mo carentia originalis iusti
cie in posteris dr. volutaria volutate ade et
quia non accepit eam solu pro se sed p tota
posterioritate. io omes posteri p virtutem genera
tiva ab eo descendentes in eo fuerunt obligati
ad debitu hndi eam. cum igr carentia origi
nalis iusticie cum debito hndi eam sit cul
pabilis ut dcm est, io merito posteris impu
tatur ad culpa. Tertiu e qlr ghr, qz pctm
e solum i aia que no e ex duce, sed est a deo
p creatione qui non peccat eam infundendo
nec etiam parentes generando, nec possunt
pctm originale traduce ut videtur, maxime
qndo sunt baptizati. qz nullus dat qd no hz
alteri. pp qd dicend q generatio competit
hoibus sedm ee qd hnt ab adam qd est ee nae
corrupte, non aut sm ee gre qd hnt per re
generatione baptismalem, generans aut
inquantum hmoi generat sibi similem. io adam
generavit sibi siles in ee nae destitute ori
ginalis iusticie cum debito hndi eam. et eade
roe omes posteri generant sibi siles cu tali
defectu. qz descendunt ab adam sedm carne
et non sm aiaz, q est a deo immediate. ideo
originalis culpa a carne provenit in anima
sibi iuncta sicut liquor bonus inficitur ex
corruptione vasis in quo ponitur. et sic pctm
originale provenit ex carne causaliter. sed in
aia est subiective et formaliter. sicut infre
mitas in cibo corrupto. causaliter tn qz non
e infremitatis susceptivus in corpore vero ci
bato formaliter e et subiective. ex dictis patz
q obiectio de parentibus baptizatis non valet
qz sicut dcm est non generant sm ee gre put sut
membra xpi. s sedm ee nature corrupte in
qua sunt membra ade. Quartu e qlr pctm
originale p gram baptism tollitur. Circa qd
sciend q non est p hoc q rectitudo que fuit
in adam p baptm reddatur. qz baptizati re
bellione corporis ad aiaz et sensualitatis ad ro
ne in seipis experiuntur, s p hoc q p gram
xpi tollitur delictum hndi rectitudine dictam
et sic carentia dicte rectitudinis non remanet
ut est culpa, quam formaliter facit debitu
hndi illam rectitudine ut dictu e supra. sed
remanet tm ut e pena, et virtutis exercende
materia contra passiones sensualitatis for
titer pugnando et infirmitatis corporis
patienter tollerando in quibus adiuvat xpus
gra inpmis ad augmentu meriti electorum.
In resurrectione vero finali reparabitur nra
quia resurrectio illa erit ad vitam immortale
p xpm non imortalitate que fuit in statu
innocentie q ho poterat non mori. sed ad i
mortalitate glorie qua non poterimus mori
sed cum xpo vivere imeternum.

VI

Quid ergo dicemus. Hic circa pcta
aplus removet erroneum dictu
et primo removet errore 2o dcm
suu confirmat p roem ibi. qui enim mortui
sumus. Circa pmum sciend q ex hoc qd dixerat
co. precedenti. ubi habundavit delictum sup
habundavit et gra. Imponebant enim pseudo
apli q dicebat pmanend ee in pctis. sicut
dictu e c. 3. co. hoc aut removet dicens.
Quid ergo dicemus pmanebimus in pcto
ut gra habundet. sicut pseudo apli asserunt
nos dicere. absit. qz pctm ad gram per se

non disponit sed magis avertit / quod autem habundantia gratie sequitur post peccatum aliquando hoc provenit ex bonitate dei qui elicit bona ex malis. non tamen hoc elicit semper ad bonum peccantis. sicut patet in dampnatione malorum ex qua deus eliciat augmentum glorie electorum. Qui enim. hic probat dictum suum per rationem ostendens primo quod in peccato non sit permanendum. 2° quod virtuose sit operandum et hee sunt due partes iustitie. scilicet declinare a malo et facere bonum. 2a pars incipit ibi liberati autem. prima adhuc in duas. quia primo probat peccatum esse dimittendum 2°. docet dimittendi modum ibi. Non ergo regnet. Circa primum ponit duas rationes conexas ideo eas simul ponit et declarat / Ad cuius evidentiam sciendum quod vita frequenter accipitur pro operatione vite sicut intelligere et sentire dicitur vite. et ex hoc genere vita uniuscuiusque dicitur operatio in qua principaliter occupatur. sicut potare dicitur vita ebriosi. et peccare vita peccatoris / et agere iuste vita virtuosi hominis. Item generatio unius contrarii est corruptio alterius et econverso. Ex hiis format duas rationes ad dimittendum peccatum totaliter nos amonentes. Prima est quod per baptismum mortui sumus peccato et sic de vita peccati nichil amplius in nobis debet apparere / et hoc est quod dicitur. qui enim mortui sumus peccato quomodo adhuc vivemus in illo. opera peccandi exercendo. quasi dicat non decet. consequenter ostendit nos mortuos esse peccato dicens. An ignoratis. quasi dicat non debetis ignorare quia quicumque baptizati sumus in christo ihesu. id est in fide christi. in morte ipsius baptizati sumus. id est per virtutem mortis eius a qua baptismus habet efficaciam. Consepulti enim sumus cum illo. id est assimulati christo sepulto. quia sicut christus fuit sepultus in terra sic baptizatus immergitur in aqua. in mortem. id est in similitudine mortis respectu peccatricis vite. 2a ratio est quia mori peccato est nove vite inchoatio in qua assimilamur christo resurgenti et ideo sicut christus resurrexit ad vitam immortalem. ita hec vita gratie non debet amplius in nobis interrumpi per culpam. et hoc est quod dicitur. Ut quomodo surrexit christus a mortuis per gloriam patris. id est per potentiam eius gloriosam. ita et nos in novitate vite ambulemus sine interruptione

mortis culpe. Si enim complantati etc. quasi dicat per mortem christi. sumus evulsi de peccato tamquam de terra mala. et plantati in terra gratie bona cum christo. Scientes quod vetus homo noster. id est congeries peccati. simul crucifixus est ut ultra non vivat tali vita sicut nec christus vixit ultra passibili vita. ut destruatur corpus peccati. id est congeries peccatorum. sicut matthei 6. dicitur. si oculus tuus fuerit nequam totum corpus tuum tenebrosum erit. id est tota congeries operum tuorum ut ibidem dicit glossa. ut ultra non serviamus peccato. nos ei subiciendo. Qui enim mortuus est. id est configuratus morti christi per baptismum. Iustificatus est a peccato. quia baptismus delet penam et culpam. Si autem mortui sumus cum christo. id est eius morti configurati. credimus quod sic etiam vivemus cum eo vita gratie quia corruptio vite veteris est inchoatio nove. scientes quod christus resurgens a mortuis iam non moritur. quia surrexit ad vitam immortalem. mors illi ultra non dominabitur. Sicut dominabitur dampnatis mors gehenne licet non moriantur corpore. quod autem mortuus christus peccato. id est pro peccato tollendo. mortuus est semel. Unica enim mors christi sufficit ad tollendum omnia peccata preterita et presentia et futura. quod autem vivit. scilicet christus vivit deo. id est vita divina maxime enim deus vita divina est sibi naturalis maxime homo est sibi coniuncta. Igitur ex predictis concludit. itaque et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato. per totalem dimissionem culpe. viventes autem deo. id est vita gratie. in christo ihesu domino nostro. id est per ihesum christum tamquam per mediatorem nostrum. et ideo etc. Postquam nos induxit ad dimittendum peccatum hic consequenter docet dimittendi modum et dividitur in duas partes. quia primo describitur modus huius dimissionis. 2°. ostendit nobis possibile. ibi. peccatum enim. modus autem vitandi peccatum est per reprehensionem fomitis ideo dicit. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore Ita quod ad eius impulsum statim moveamini ad opus perficiendum. ut obediatis concupiscenciis eius. illud enim est ordo perversus quod appetitus sensitivus debet obedire rationi Sed neque exhibeatis membra vestra. id est non adaptetis ea ad malum. sicut enim per frequentem actum carpentandi fit quedam impressio artis in manu artificis aptans ea

meritu sic p fine et opus meritoriu pp gliam
et gra est principium opis meritorij. et opus me-
ritoriu facit gloria digni. tn totius pdestina-
tionis non est alia causa nisi voluntas diuina
io concludit aplus. igr no e volentis nec curre-
tis. s. hois qntum ad affectu uel effectu facere
bonu meritoriu quod excedit hois facultate.
s miserentis e dei qui sua mera liberalitate
eternaliter eligit ad gliam/ et temporalr electis
dat gram. Dicit enim qui gra ut ondit ex ma-
lorum punitione. Circa quod sciendu e q reprobatio
aliq accipr largie. et sic dr simplr negatioe
ad gloria/ et sic non habet cam in re nec in
dei scia. sic nec electio nec pdestinatio ei op-
posita. Alio mo accipitur pprie et sic e ordi-
natio alicuius ad pena q no est iusta nec a deo
volita nisi pper culpam et io reprobatione sic
dicta qua deus aliquos reprobat pdit in deo
sm roem tn scia prioz/ sic igr no electi a deo
in pctm ceciderunt. non pp dei defectum no desi-
ciant eis instinctus diuini ad bonu. ut dictu
e s. sed p defectum liberi arbitrij no recipi-
entis illos instinctus et sic eis iuste gra dene-
gatur/ et sic ulterius in pctis indurantur ex
malicia sua p se. s p accns tn a deo. quia
remouet prohibens subtrahendo gram q nata
est cor humanu mollificare retrahit tn eam
iuste ut dictum est. et sic indurati ordinatr
ad pena/ et sic patet q in punitione maloz
nulla e iniusticia apud deu et ad hanc sniam
inducit aplus scriptura. d. dic enim scriptura
pharaoni. exo. 9. loquens in psona dei quia
in hoc ipm. i. p flagella sup te et ppim tuu

miraculose induta· coruscauit te· qr nata erat te ad penitentiam inducere· Sz qr illis abusus est pharao cor suum indurando io non valuerunt ei· fuerunt tamen ad gloriam dei annunciand' p orbem sicut videmus adimpletum & hoc est quod dicit· vt ostendam in te virtutem meam· p facta mirabilia et vt annunciet(ur) &c· concludit· Ergo cuius vult miseretur dando ei gratiam finalem & gloriam et hoc conuenit ei p se Et quem vult indurat hoc tamen conuenit ei tamen p accidens et iuste ut predictum est· Dicis itaque· soluta dubitatione hic arguit in contrarium Et primo argumentum ponit· 2o soluitur ibi· o ho· argumentum tale est· Ex quo ex voluntate dei dependet induratio peccatoris & vocatio iusti videtur alicui qr iniustitia et peccatum non essent imputanda homini ad meritum uel demeritum qr voluntas dei non potest superari et hoc est quod dicit· Dicis itaque michi· i· arguis ex dictis meis contra me· quid adhuc queritur de premio iustorum et punitione iniustorum· voluntati enim eius quis resistit q· d· nullus· et sic totum videtur deo imputand' et p consequens iniustitiam peccatorum uel irronabilitas in punitione ipsorum eorum· O homo· hic soluitur argumentum & 2o declaratur quoddam dictum· ibi· sicut in osee· prima in duas secundum duplicem solutionem· 2a ibi· Annon habet· prima igitur soluit ostendendo argumentum irrationabile ex parte hominis arguentis· qui enim arguit factum alterius debet illud intelligere aliter arguit irrationabiliter sed minimum opus dei non potest homo ad plenum intelligere· ut patet de folio arboris quare sit tante quantitatis & talis figure et sic de aliis conditionibus et multo magis non potest intelligere maxima opera dei de quibus sunt electio & reprobatio ergo &c· et hoc est quod dicit· O homo tu quis es qui respondeas deo facta eius arguendo Nunquid dicit figmentum &c· q· d· non· qr non intelligit modum nec rationem sui factoris & sic est in proposito· An non habet· hic ponit 2am solutionem p quam ostendit argumentum non valere quia non concludit dei voluntatem irronabilem esse uel iniustam vult enim deus primo· et p se suam gloriam quam sicut manifestatur p viam misericordie in electis qui vocantur ad gloriam Ita p viam iustitie in reprobis qui refutantur ad penam sicut gloria regis relucet

non solum relucet in palatio ubi honorantur milites· sed etiam in patibulo vbi puniuntur malefactores· sic igitur voluntas diuina ronabiliter eligit aliquos ad beatitudinem in quibus maxime relucet sua misericordia & aliquos dimittit non eligendo qui ex stirpis viuunt in peccatum & finaliter obdurantur & sic iuste a deo puniuntur quorum punitio redit ad gloriam dei et electorum et hanc sententiam inducit apostolus exemplum de figulo qui ronabiliter ex eadem massa format quoddam vas ad officia honorabilia et quoddam ad contemptibilia dicens· An non habet potestatem &c· q· d· ymo & multo fortius deus in natura humana quam plus habet a deo a quo est p creationem quam lutum a figulo qui non est creatum ab ipso sed supponit ipsum in opere suo· io subdit· Quod si deus volens ostendere iram i· vindictam iustitie sue & notam facere potentiam suam· in peccatorum punitione· sustinuit in multa patientia vasa ire· i· peccatores qui dicuntur vasa ire quia continent dei offensas· sustinet autem eos deus patienter qr non statim infert penam sed expectat eorum penitentiam qua tamen expectatione finaliter abutuntur et sic iuste puniuntur io subdit· apta in interitum & qr ut dictum est redit ad dei gloriam & electorum io subdit· ut ostenderet diuicias glorie sue i· habundantiam eius in vasa misericordie i· electos quos et vocauit· primo ad fidem postea ad gloriam non solum ex iudeis sed etiam ex gentilibus qr fides xpi predicata est omnibus nationibus· Sicut in osee· hic quoque declarat vltimum dictum· s· qr ex iudeis et gentilibus vocati sunt electi· plures tamen ex gentilibus Et diuiditur in duas partes quia primo declarat apostolus hanc vocationem· 2o assignat huius rationem ibi· Quid igitur primum autem declarat p scripturam d· sic in osee dicit· primo & vocabo non plebem meam p conuersionem eius deuotam ad fidem catholicam· & non dilectam meam· i· gentilitatem prius ydolatrie deditam quam deo est odiosa· dilectam meam prelatam successione & non magis conceptam tempore veteris testamenti magis conceptam tempore noui & ad idem facit quod subdit· & erit &c· et patet littera quam loquitur de vocatione gentium qua plures nunc sunt vocati io subdit· Si fuerit numerus filiorum

isrl' tamq̄ arena maris .i. in magno numero
valde. reliquie salui fient ex eo .i. pauci ɔpa
tiue sic in aplis pʒ ⁊ alijs credentibꝫ ex iudeis
.sciend' tn̄ ꝙ ysayas loquitur de filijs isrl' eua
dentibus manū regis assirior̄ regno isrl' sub
osee captiuato qui postea venerūt ad regnum
iudee tpr̄e ezechie vere ɔũsi ad deū audito mi
raculo de pcussiōe exercitus senacherib. ſʒ quia
illa ɔũsio paucor̄ fuit figura ɔũsionis aplor̄
⁊ alior̄ paucorū de iudeis in aduentu xp̄i. io hic
allegatur ab aplo sicut supͣ dictū est de electōe
iacob ⁊ reprobatione esau tpali, q̄ fuit signū
eterne ⁊ subdit̄ de vocatiōe iudeor̄ ⁊ gentium
ad fidem xp̄i. verbū em̄ ɔsumās .s. euuangelium
quod ē legis pfectiuū. ⁊ abreuiās qꝛ rescindit
legalia que non seruant̄ in lege noua. in equita
te qꝛ retinet̄ moralia pcepta equitate iuris
naturalis ɔtinētia / ad istud verbum euuange
liū vocati sunt ɔñr iudei ⁊ gentiles / ſʒ qꝛ
pauci ɔpatiue de iudeis crediderūt ut dictum
est ideo ad hoc iterū inducit̄ auctoritas ysay.
p̄. ñ dñs sabaoth .i. exercituū p qd' angeli desig
nantur. reliquisset nobis semen .i. aliquos vocatos
ad fidem de iudeis. q̄si sodoma fuissemꝰ ⁊c̄. .i.
totaliter a veritate subuisi. Quid ergo. hic ɔn̄r
aplus reddit cām q̄re plures sunt vocati de
gentibꝫ qd' tñ videtur mirabile eo ꝙ erant
ydolatrie ⁊ hoc ē quod dicit. Quid ergo dicemus.
p admiratione huiꝰ. ꝙ gentes q̄ nō sectabant̄
iusticiā eo ꝙ colebant ydola apprehenderūt .i.
ɔsecute sunt iusticiā p celerē ɔũsionē ad fidē
xp̄i. videntes p aplos aliosqꝫ discipulos in nomine
ipiꝰ miracula fieri sicut pʒ in actibꝫ aplor̄
in pluribꝫ locis. iusticia aūt q̄ ex fide est. q̄
facit dignū vita eterna q̄ dr̄ hic iusticia ex
fide ad distinctionē iusticie q̄ erat ex opibus
legis mosayce q̄ hoc non faciebat ut dictū est
supͣ .4.° c°. Si em̄ abraham ex opibꝫ legis
iustificatus hʒ gloriā ſʒ non apud deū. isrl'
vero sectando legem iusticie p cultum vnius
dei. in legem iusticie nō puenit .i. in lege
fidei catholice q̄ iustificat iusticiā infusā fa
ciente dignū vita eterna quare suple contigit
hoc. Quia non ex fide .s. xp̄i. querebat iusticiā

sine qua tñ nunq̄ fuit salus. sed q̄i ex opibus
.s. legis mosayce q̄rebant iustificari quod tamē
facere non poterant opa illa. ſʒ fides ut declara
tum est s̄. 3.° c°. et ex hoc repulerūt xp̄m. io subdit̄
offenderūt em̄ .i. causam ruine acceperūt. in la
pidem offensionis .i. in xp̄m qui sic nōiatus est
in scriptura. ysay. 28.° Ecce pono in syon lapidē
offensionis ⁊c̄. et sicut pbatū fuit. ysay. 28.°
hec auctoritas ad litteram intelligitur de xp̄o.
in quē offenderūt pncipes iudeor̄ p̄mo blasphe
mantes eius hūanitatem dicendo. Ecce homo
vorax ⁊ potator vini ⁊c̄. luc̄. 7.° et hoc dicebat
ex inuidia. 2.° dicendo blasphemias ɔ̄ eius di
uinitatē. mat̄. 12.° in belzebut principe demonior̄
eicit demonia / sic em̄ opa diuinitatis demonibꝫ
attribuebant. Et omnis qui credit in eum per
fidem caritate formata non ɔfundetur. finali
ſʒ magis honorabit̄ in gloria hec auctoritas
⁊ alie allegantur ab aplo sc̄m tn̄slationē septua
ginta. in tn̄slatione vero nr̄a ysay. 28.° sic
habetur qui crediderit non festinet qd' dupli
r̄ pt̄ intelligi ut dictū fuit ibi. vno mō referēdo
ad tpus ysaye ut sit sensus qui crediderit mee
pphie non festinet credens ꝙ vo'. sit statī ven
turꝰ quia inter ysayam et aduentū xp̄i. p'ʼ
fuit longū tpus. alio mō referendo ad tpus
xp̄i loquentis de aduentu suo ad iudiciū et sic
est sensus. qui crediderit xp̄o. pdicanti nō festinet
credens ꝙ cito sit venturus ad iudiciū / ⁊ sc̄dm
vtrūqꝫ modū credens ⁊ non festinans nō repor
tat ɔfusionē. io hec. tn̄stulerūt hoc modo
et non semp tn̄stulerūt verbū ex vbo. ſʒ aliud
sensum ex sensu.

X

Fratres voluntas. hic ɔn̄r aplus
ondit affectum suū erga iudeos
orando pro salute eor̄. et diuidit̄
in duas partes. qꝛ p̄mo ponit orōnē suē mod'
2.° motiuū ibi. testimoniū. Circa p̄m dic̄. frēs
voluntas quid' cordis mei .q. d. oro pro ipis
nō solum ore ſʒ etiam corde. ⁊ obsecratio ad
deum .i. depcatio eius p rem sacram et hic
modꝰ orandi est magis efficax ad impetrād'
qui innititur merito rei sacre q̄ interponit̄
vt cum dr̄. p passionē tuam libera eos ⁊ hmōi

et sic orabat paulus pro iudeis. io subdr. sic pro illis. s. a me. ur salutem ɔsequat. Testimonium. hic ɔnr ponit orōnis sue motiuum et diuiditur in duas ptes. qz pº dictū motiuū ponitur. 2º. dictū suū declaratur ibi. finis eī. motiuū aūt apli erat q iudei psequēdo fide xpī. habebant zelum dei indiscretū tn̄. et in talibus est compatiend' vnd' et apls qui pmo psecutus ē ecclīam ex tali zelo dic' de se ipo pma. thi. pº. miam consecutus sum quia ignorans feci dic' igit'. Testimonium em̄ prohibeo illis. quia fuerat socius eoꝝ in facto. q emulatione. i. zelum quid' dei hnt sz nō scdm sciām quod declarat dicens ignorantes enim dei iustitiam q̄ facit dignum vita eterna. et habetur ex fide xpī. formata. ista tn̄ ignorancia non excusat qz iuris est. ⁊ sua querentes statuere quod exponit aliqui de sacerdotibꝫ et legis ptis qui irritū faciebāt mandatum dei pp tradiciones suas ac. 15º. Sz hoc non vidr' verum qz immediate pmitti q ex zelo dei mouebant'. licet indiscrete irritantes vero dei mandata pp tradiciones suas non mouebantur zelo dei sed ex zelo sui. s. pp questum uel gloriā temporalē ut ōnditur ibidē ⁊ io cum dr'. et suam qrentes statuere intelligitur de iustitia legis q̄ dr' hic. sua. tū quia illa lex fuerat eis data tū qz legalia iam erant mortua et sic nō erant amplius iusticia dei, sz iudeoꝝ ea ptinaciter defendencium. iusticie dei non sunt subiecti. i. iusticie q̄ habetur p fide xpī cui repugnabāt ɔdicendo. ffinis em̄. hic ɔnr aplus declarat intentum. s. q iusticia faciens dignū vita etna non erat ex lege sz ex fide xpī. Et diuidit' in tres partes. quia pmo ondit huiꝫ fidei vtilitatē. 2º. facilitatē. ibi. Sz quid dic'. 3º. ex hoc arguit non credencium infidelitatē. ibi quomō ergo. Circa pᵐ scīd'. q pfectio nō consistit in dispositione materie. sed in introductione forme ad quā dispō finalr' ordinatur ut pꝫ in nālibꝫ et artificialibꝫ. lex aūt vetꝫ ordinabat ad xpᵐ sicut impfectū ad pfectum. vnde dicit aplus ad gala. 3º. Lex pedagogus

ir fuit in xº. ⁊ rabi salomon hebreus ⁊ alii plures doctores hebrei dicūt q vniuersi pfete non sunt locuti nisi ad dies messie. i. pp xpī tpris finale et io iusticia q̄ facit dignū vita eterna non erat in lege que fuit impfecta sed ex fide xpī cui pfectio debetur et hoc ē qd' dr'. Finis em̄ legis. s. mosayce xpīd simple est quia ad ipm ordinabatur ut dictum est. ad iusticiā. iusticia infusa. omi credenti. vnde et pres veteris testamēti non fuerūt iustificati ex opibus legis sz ex fide xpī. ut dictū est s. cº. 3º. et 4º. et act. 15º. dr' p grām dn̄i nrī ihū xpī credimꝰ saluari sicut et illi. s. pres veteris testī. et ad hanc sniam inducit' sc̄ptura. moyses em̄ scripsit. leuitici. 18º. qm iusticiā q̄ ex lege est qui fecerit homo uiuet in ea. quia p impletione operū legis euadebatur mors corpalis que transgressoribꝫ inferebatur in casibus multis, sz non uiuificabat spūaliter ut dictum ē s. cº. 3º. que aūt ex fide iusticia est. i. de iusticia que p xpī. fidem habetur. dic' sic moyses. deutro. 30º. Ne dixeris in corde tuo quis ascendet in celum. negatiue accipitur. i. xpm deducere. s. de superioribꝫ ad inferiora qd' est negare xpᵐ ascendisse ad celestia, aut q̄s descendet in abissum negatiue similiter. hoc ē xpᵐ a mortuis reuocare quod est negare xpᵐ descendisse in lymbum ad aīas patrum liberandas sic exponit glo. passum istum quā sequūt expositores nrī ɔmr'. sz qz expositio ista nō vr' ɔcordare in aliquo cum sniā. deutro. 30º. vnd' accipitur scriptura hec nec etiā cū lrā sequenti ut patet intuenti. io aliē pt exponi. tn̄ sine pindicio sit. Ne dicas in corde tuo quis ascendet in celum negatiue. i. xpm deducere. i. dicere q nōdum venit in mundū adductus p obedienciam pris. aut quis descendet in abissum similiter negatiue. i. xpᵐ a mortuis reuocare. i. dicere q non fuit mortuꝰ nec p ɔns resurrexit a mortuis vitam imortalē inchoando. vtrumqz enim dicebāt iudei tpre apostoli. ⁊ adhuc dicūt negando xpᵐ venisse ⁊ p ɔns amortuis resurrexisse hec aūt expositio ɔsonat lre sequēti cum dr'. qz si confitearis in ore tuo dnm̄ ihm̄ venisse

tamquam christum promissum in lege. et in corde tuo credideris quod deus suscitauit illum a mortuis saluus eris. Sibi consonat fine deut. 30. unde scriptura hec accipit. Ne dixeris in corde tuo etc. hoc enim dicitur ibi. ut patet manifeste ad concludendum excusationem que posset fieri de mosayce legis obseruatione ut ibi dicitur. non oportet ascendere in celum uel mare transfretare ut inde apportetur et sic seruetur quia iam erat data illi populo et scripta digito dei quantum ad precepta decalogi et per moysen quantum ad alia. propter quod ibidem subdit iuxta te est sermo in ore tuo etc. deutero. hoc figura fuit noue legis ut dicit ier. ad puluinum. propter quod scriptura predicta allegata figuratiue dicitur hic de noua lege/ad cuius obseruantiam tenentur omnes/et maxime iudei quibus christus spaliter promissus fuit et personaliter predicauit/et sic cum dicitur hic. ne dixeris in corde tuo etc. tollitur excusatio de noue legis obseruantia que per christum iam est dicta et per spiritum sanctum in cordibus hominum credentium descripta/ideo subditur. prope est verbum etc. quia per christum resurgentem vita spiritualis et immortalis inchoata. que lex facere non poterat. Sed quid dicit. hic ponitur ostendere iusticie que est per fidem christi facilitas cum dicitur. Sed quid dicit scriptura. de ista iusticia. prope est verbum in ore tuo et in corde. hoc ex dictu non exigitur nisi credere et confiteri. scilicet in casu mortis in quo tollitur facultas operandi. hoc est verbum fidei. scilicet christi. quod predicamus. quia si confitearis in ore tuo dominum ihesum esse verum saluatorem nostrum. et in corde tuo credideris quod deus suscitauit illum a mortuis ad vitam immortalem. saluus eris. salute eterna/incredulitate enim istorum duorum articulorum fidei includitur et intelligitur credulitas aliorum et adducitur scripture testimonium cum cum dicitur. Omnis enim qui credit in eum non confundetur. ysay. 28. quod ad litteram intelligitur de christo. ut dictum est in fine capituli precedentis. Non enim est distinctio iudei et greci. quantum ad iusticiam que est per fidem christi. nam idem dominus omnium. scilicet iudeorum et gentilium ut dictum est. 3. capitulo. Diues in omnes etc. i. potens omnes exaudire et ad hoc inducitur autoritas iohelis. 2. cum dicitur. Omnis enim etc. Quomodo ergo. hic ostendit quomodo

arguitur infidelitas non credentium. et primo qualiter omnium. 2o. specialiter iudeorum ibi Sed dico. Circa primum arguitur infidelitas omnium per hoc quod fides catholica publicata fuit per orbem a tempore apostolorum et quod immediate preexperat apostolus. Omnis quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit. sinaz dicit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt. quasi dicat nullo modo/quod oratio presupponit fidem orantis. aut quomodo credunt ei quem non audierunt. quoniam fides presupponit auditum a deo per reuelationem uel ab homine per predicationem ideo subditur. quomodo audient sine predicante. Actus vero predicandi presupponit auctoritatem officii. ideo subditur Quomodo vero predicabunt nisi mittantur a deo sicut prophete uel ab eius locum tenente sicut predicatores alii/ad hoc inducitur scriptura. ysay. 52. quam speciosi pedes etc. quod intelligitur de predicatoribus euangelii ut declaratum fuit ibidem. ideo subditur. sed non omnes obediunt euangelio. predicatorem eius recipiendo ad quod inducitur autoritas ysay. 53. ubi ad litteram loquitur de christo. ut ibi fuit declaratum. Domine quis credidit auditui nostro. quia ysayas et alii prophete audierunt a deo misterium christi. quod crediderunt pauci de iudeis specialiter. concludit apostolus. ergo fides ex auditu etc. et patet ex dictis sententia. Sed dico non audierunt. i. hinc in excusatione sue infidelitatis propter defectum publicationis q. d. non/ad quod inducit auctoritatem ps. 18. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum. et in fines orbis terre uerba eorum. a tempore enim apostolorum publicatum fuit euangelium per orbem vniuersum. sic plenius ostendi scribendo super ps. 18. Pot tamen hic breuiter repeti. apostoli namque ad publicandum euangelium per orbem exierunt de iherusalem que est in medio climate terre habitabilis et vincente beato petro apostolo fuit predicatum euangelium procedendo versus occidentem usque ad mare occeanum ubi est terminus terre habitabilis secundum astrologos. Sanctus enim fabianus in ciuitate senonensi que tunc erat metropolis francie hedificauit ecclesiam in honore beati petri quem audierat iam passum sed cognito postea quod adhuc viuebat nominauit illam ecclesiam beati petri viui in qua pluries ego fui et alii qui cum sancto fabiniano venerunt in francia in aliis locis predicauerunt usque ad

occeanum et eadem ratione euuangelium fuit publicatum ad orientem meridiem aquilonem et cetera. ut iam dictum quia discipuli exierunt circumquaque ad predicandum. Sed dico. hic consequenter arguit specialiter incredulitatem iudeorum quia Christi predicationem audierunt et miracula eius viderunt unde dicit nichodemus in lege peritus. ioh. 3°. Scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit deus cum eo et hoc est quod dicitur. Sed dico numquid israel non cognovit q. d. ymo cognovit magis quam alii. sed illa cognitio fuit in legis peritis excecata ex invidia quia Christum eo quod cepit predicare contra vitia eorum et sic quantum potuerunt averterunt populum ab ipso ex quo secuta est ipsi excecatio et gentilium illuminatio ad quos convertendos transierunt apostoli relictis iudeis act. 13. vobis oportebat primum loqui verbum dei. sed quia repellitis illud et indignos vos iudicatis vite eterne. Ecce convertimur ad gentes et hoc predixit moyses deut°. 32°. Ego ad emulationem i. ad invidiam vos adducam i. adduci permittam quod intelligitur ex deceptione dyaboli et non gente i. dimittendo vos in incredulitate loco illius gentis que apud vos erat nullius reputationis iudei enim non repugnabant gentiles et gentes sed vocabant eos canes ut dictum fuit super illud. exo. 22°. Sed punietis ea canibus. In iram vos mittam i. in punitione per vindictam meam quod per romanos fuit impletum. occidendo captivando populum iudaicum inducitur autem ad hoc auctoritas ysay. 64°. de illuminatione gentium cum dicitur. Invenerunt sum a non querentibus me i. a gentibus ydola servientibus qui predicationem apostolorum receperunt devote et sic fuerunt illuminati et subdit de iudeorum excecatione. Ad israel autem dicit in persona domini. tota die expandi manus meas ostendendo beneficia toto tempore legis moysi ad populum non credentem prophetis primo et postea Christo. et contradicentem michi primo repellendo verbum prophetarum meorum et eos occidendo et postea me ipsum in persona propria.

XI

Dico ergo. hic apostolus ostendit affectum suum erga iudeos compescendo gentiles de eorum consultatione per hoc enim causabatur discordia ex parte gentium quia incredulitate iudaicam etiam quibus de iudaismo insuperabat quod reprimit apostolus primo rationibus sumptis ex casu iudeorum. 2°. ex incursione gentium ibi. quod si aliquibus ex ramis. 3°. ex consideratione divinorum iudiciorum ibi. nolo autem vos ignorare. Circa primum ponit tres rationes primo est quia casus iudeorum non est universalis. 2°. quia non est inutilis ibi. dico ergo. 3°. quia est reparabilis. ibi vobis enim dico. prima adhuc in duas quia primo declarat propositum et 2°. concludit intentum ibi. quid ergo. primo ergo declarat exemplo duplici et primum est sui ipsius. dicit ergo. Numquid deus repulit scilicet generaliter populum suum scilicet iudaicum qui dicebatur populus peculiaris dei absit nam et ego israelita sum qui tamen sum vocatus non solum ad fidem Christi sed etiam ad eius apostolatum ideo concludit Non repulit deus plebem suam quam prescivit i. predestinavit de iudeis ut patet in paulo et aliis apostolis. 2m exemplum est de elia qui credebat totum populum ad ydolatriam conversum et omnes alios prophetas occisos et tamen non erat ita et hoc est quod dicitur. An nescitis quid dicit scriptura in helia. q. scire debetis quemadmodum interpellat deum adversus israel non zelo vindicte sed amore iustitie. 3. reg. 19°. Domine prophetas tuos occiderunt ut non remaneat cultores dei. Altaria tua suffoderunt ut non inveniatur locus colendi. Et ego relictus sum solus. sic enim credebat quia spiritus prophetie non semper tangit corda prophetarum nec de omnibus unde dicit heliseus. 4. reg. 4°. de sunamite anima eius in amaritudine est et dominus celavit a me. Et querunt animam meam ut nichil remaneat de cultu divino. Sed quid dicit illi divinum responsum ad repellendum eius dictum. reliqui michi i. conservavi septem milia virorum colentium deum et ideo non est solus. Consequenter applicat ad propositum Sic ergo et in hoc tempore scilicet legis nove reliquie secundum electionem gratie dei salve facte sunt i. aliqui de iudeis ad hoc specialiter electi ex gratia dei salvi facti sunt per fidem Christi sicut patet de apostolis et de aliis primis credentibus qui fuerunt fere omnes de iudeis. Si autem gratia salvi facti sunt. dico iam non ex operibus scilicet legis quia hec facere non poterat ut supra dictum est. alioquin gratia non est gratia quia quod redditur ex operibus debitum est et non gratia. Quid ergo. hic concludit intentum scilicet quod casus iudeorum non est generalis. d.

quid ergo simplex sequitur ex dictis quod querebat israel i. maior pars populi hoc non est consecutus. s. iusticiam per christi fidem cuius adventum expectabant iudei. Electio autem consecuta est i. apostoli et alii ad hoc electi. ceteri vero excecati sunt manentes in infidelitate sicut scriptum est ysaye 6. Dedit illis deus spiritum compunctionis i. invidie pungentis corda eorum ex odio christi et furore fidelium ex quo consecuta est eorum excecatio et obduratio Unde subditur oculos ut non videant etc. et david dicit de eo. psalmo 68. fiat mensa eorum i. sacra scriptura in qua nutriti fuerunt iudei coram ipsis in laqueum. ex odio enim christi moti fuerunt legis periti ad depravandum scripturas de christo loquentes sicut plenius ostendi in pluribus locis veteris testamenti et sic ipsi et sequentes eos erroribus sunt illaqueati. Et in captionem patitur et vaspasianum et in scandalum quia nobiles eorum fuerunt ducti ad tormenta eo quod informaverunt populum de rebellione et infidelitate erga romanos. et retributionem illis. hec enim vindicta mortis christi contingerunt eis luce 19. Et quia ex predicta consecuta est excecatio illorum et obduratio Unde subditur. Obscurentur oculi eorum quantum ad excecationem intellectus. et dorsum eorum i. voluntas sit incurvata eo quod debet supportare omnia. semper incurva. que per obdurationem efficitur tortuosa. Dico ergo. hic consequenter ostendit quod casus iudeorum non fuit inutilis ex hoc enim occasionaliter factum est quod apostoli relinquentes iudeam transierunt ad convertendos gentiles per orbem. act. 13. sic iam allegatum est 8. et hoc est quod dicitur. Numquid sic offenderunt. s. iudei ut caderent. s. tantum et nulla sequeretur utilitas. absit quia secundum quod dicit augustinus in enchiridio deus adeo est optimus et bonus quod non permitteret mala fieri nisi ex eis eliceret maiora bona Unde subditur. Sed illorum delicto salus est gentibus occasionaliter modo predicto ut illos emulentur i. imitentur. Iudei enim qui modo convertuntur et multo magis circa finem mundi detecta falsitate antichristi convertentur et imitabuntur gentiles prius conversos ad fidem christi. Quod si delictum eorum s. iudeorum divitie sunt mundi occasionaliter modo dicto

et diminutio eorum i. pauci vocati simplices et illitterati et qui nullius reputationis quales fuerunt apostoli divitie sunt gentium quia fundaverunt ecclesiam inter gentes. quanto magis plenitudo eorum simplex erit magnum bonum in finali conversione ipsorum. Vobis n. hic consequenter reprimit insultationem gentium per hoc quod casus iudeorum non est irreparabilis quod ostendit ex duplici s. patriarcharum et apostolorum qui fuerunt iudei propter quod apostolus dicit se laboraturum ad conversionem eorum d. vobis enim dico gentibus. ne insultetis iudeis quamdiu ego quidem sum apostolus gentium. gala. 2. c. Creditum est mihi evangelium prepucii sicut et petro circumcisionis. ministerium meum honorificabo addendo ultra debitum s. laborando pro conversione iudeorum cum tamen ex officio tenear solis gentibus predicare. si quomodo ad emulandum i. ad imitandum me. carnem meam i. iudeos de quibus carnaliter descendit ut dicit in principio huius capituli et salvos faciam aliquos ex illis. Sciebat enim apostolus quod nondum erat tempus conversionis eorum ad plenum. et quod istud sit bonum et utile ostendit dicens. si enim amissio eorum per infidelitatem reconciliatio est mundi occasionaliter ut dictum est. que assumptio eorum ad fidem. nisi vita ex mortuis quia iudei scientes scripturas conversi ad fidem magis poterant proficere quam alii ut patet de paulo et pluribus aliis. et ad hoc inducit exemplum de apostolis d. quod si delibatio est sancta i. apostoli qui fuerunt quasi quedam delibatio de massa iudayca et radix sancta i. patriarche qui fuerunt quasi radices plebis iudaice per hoc intendit apostolus ostendere quod iudei sunt habiles ad bonum. et exemplum ad hoc tenet similitudo et sic eorum casus non est irreparabilis. Quod si aliqui hic consequenter apostolus reprimit gentiles ab insultatione iudeorum ratione sumpta ex conversione gentium et primo facit propositum. 2o. removet obiectionem in contrarium ibi. dicis ergo. Ratio autem consistit in hoc quod licet multitudo iudeorum ceciderit per infidelitatem. tamen per aliquos eorum stantes in fide s. apostolos et alios discipulos gentiles conversi sunt et insiti arbori pertinenti per fidem imitatione patriarcharum et hoc est quod dicitur. quod si aliqui ex ramis i. ex iudeis precedentibus secundum carnem ex patriarchis qui fuerunt radix arboris

fracti sunt per infidelitatem. tu autem cum
oleaster esses .i. oliva silvestris ad bonum fructum
inhabilis quia gentiles non habebant legem et pro-
phetas nec etiam cultum dei. sed erant ydolatrie
dediti insertus es in illis .i. in ramis stanti-
bus qui sunt apostoli et alii fideles iudei. et socius
radicis .i. fidei patriarcharum. pinguedinis olive
.i. Christi doctrine et gratie. noli gloriari adversus
ramos .i. iudeos per infidelitatem fractos quia
si gloriaris hoc superbie est inaniter. ideo subdit.
non tu radicem portas etc. quia gentiles bonum sue
conversionis habuerunt ex iudeis et non econverso
Dicis ergo. hic consequenter removet obiectionem et secundo
aufert conclusionem. ibi vide ergo. Circa primum
ponit obiectionem primo dicens. dicis ergo .i. tu gen-
tilis insertus dicto modo arguens sic. fracti sunt
rami ut ego insererer. et sic possum gloriari
contra ramos fractos licet non contra radicem
Contra hoc removet dicens. bene propter incre-
dulitatem etc. .i. bene dicis si tu dicas eos
esse fractos propter suam incredulitatem non autem
propter tuam insertionem nisi occasionaliter tantum et
non per se. tu autem fide stas. que non est a te
sed est donum dei. propter quod non debes inde superbire
sed humiliari. ideo subdit. noli altum sapere sed time.
si enim deus naturalibus ramis .i. iudeis super-
bientibus non pepercit eos condempnando. for-
te nec tibi parcat si superbieris. nec dicit hic
forte. ut est nota dubii. sed vertibilitatis liberi
arbitrii. Vide hic ex dictis concludit quod gentilis
conversus habet materiam ex predictis considerandi et in
se divinam bonitatem per quam stat in fide et gratia
Christi et severitatem in facie eius in iudeis excae-
catis a fide Christi. et hoc est quod dicit. Vide ergo
etc. et patet littera ex dictis usque ibi. sed et illi si non
permanserint in incredulitate inserentur quia ra-
mus naturalis habet maiorem aptitudinem ut inseratur
ceteris paribus quam extraneus a radice cetera patent
ex dictis. Nolo autem hic apostolus reprimit gen-
tiles ab insultatione iudeorum rone sumpta
ex consideratione divinorum iudiciorum presentem excae-
cationem et futuram illuminationem. Secundo declarat
utrumque tamen. ibi secundum evangelium. Tertio ex dictis
^ et dividitur in tres partes quia primo ostendit iudeorum

concludit divine sapientie profunditatem ibi. O al-
titudo. Circa primum dicit. nolo autem vos ignorare
fratres .i. vos gentiles conversi ad fidem Christi et sic
per fidem facti fratres mei. misterium hoc .i. se-
cretum divinum. ut non vobis ipsis sapientes sitis
.i. secundum estimationem vestram et hoc dicit apostolus
ad reprimendum eorum presumptionem et quid sit illud
secretum ostendit dicens quia cecitas ex parte et non
ex toto contigit in israel. quia apostoli et credentes pri-
mi de iudeis valde fuerunt illuminati. donec
plenitudo gentium intraret. fidem Christi recipiendo
Sciendum tamen quod istud. donec. non tenet hic taliter
sed tamen consecutive et occasionaliter. quia iudeis
excecatis apostoli transierunt ad gentes convertendas. et sic omnis israel salvus fieret in fine
mundi detecta falsitate antichristi. quia tunc iudei
constanter mortem suscipient pro fide Christi. sicut
scriptum est. ysaie. 49. veniet ex syon. ibi enim
primo fuit fides Christi predicata et inde ad omnes
alios derivata de preterito et derivanda de fu-
turo. sicut dicit plenius ysaie. 49. et hoc
illis a me testamentum .i. fides catholica in
novo testamento publicata et in iudeis per tunc
complenda. Cum abstulero peccata eorum per fidem
iustificantem. secundum evangelium hic consequenter ostendit
utrumque tamen. et primo excecationis causam ponit
dicens. causa. una est repulsio doctrine Christi. que tangitur
cum dicitur. secundum evangelium quidem inimici. alia
est invidia de gratia gentibus data que tangitur ibi.
propter vos. consequenter ponit causam illuminationis future
cum dicit secundum electionem autem propter patres .i.
propter merita patrum. aliqui sunt nunc ad fidem
electi et plures eligentur in fine mundi. ad
quod inducit rationem dicens. sine penitentia enim .i.
sine mutabilitate. quia apud deum non est trans-
mutatio. Jacobi .1. c. Sunt dona et vo-
catio dei .i. promissa facta patribus de donis
eorum seminum fiendis. et ideo implebuntur tempore
suo. et consequenter inducit ad hoc convenientiam. quia
sicut gentiles ante adventum Christi fuerunt sub peccato
ydolatrie. ita et post adventum iudei dimissi
sunt sub infidelitatis peccato pro maiori
parte. et sic in utrisque et in aliis ostendit humana

fragilitas in eorum peccatis et divina bonitas in
beneficio vocationis / iudei enim nunc dimissi fina
liter vocabuntur ut dictum est et hoc est quod
dicitur. sic et alii non etc. et patet lectura ex dictis. o
altitudo. hic ultimo concludit profunditatis divine
sapientie in iudiciis et hoc dupliciter. quia primo concludit
hoc ex rei eminentia. 2° ex humana defici
entia ibi quis enim. Circa primum dicit. O altitudo
divitiarum sapientie et scientie dei .i. profunditas ut
usque. sic dicitur io 4°. puteus altus est .i. profundus
et dicit. sapientie quantum ad divina. et scientie quantum ad
facienda circa homines quorum rationes non possunt a
nobis attingi. ideo subdit. quam incomprehensibi
lia etc. quia capacitate nature intellectualis sunt
excessiva. Quis enim. hic consequenter ostendit idem ex
nostre cognitionis deficientia cum dicit. quis enim
cognovit sensum domini etc. q. dicat nullus. quia
oculus noster se habet ad divina sicut oculus noctue
ad lucem solis 2° methaphisice. aut quis prior
dedit illi etc. q. d. nullus. quia hoc est impossibile
quia omnem virtutem non solum operandi sed
etiam cogitandi et essendi ab ipso habemus. quod
declarat dicens. quoniam ex ipso. quantum ad potentiam pro
ductivam que patri appropriatur. et per ipsum quantum ad sa
pientiam exemplarem que appropriatur filio. et in ipso
sicut in fine et conservante per bonitatem que spiritui sancto
appropriatur. ideo subdit. ipsi gloria in secula amen.
Aliqui libri habent interpositas duas dictiones
honor et gloria. sed non sunt de textu ut
habetur in libris correctis.

XII

Obsecro vos. postquam apostolus romanos
ad concordiam duxit. hic consequenter
in moribus eos instruit et di
vidit in duas partes. quia primo facit hoc verbo predi
cationis. 2° exemplo imitationis rememorando
quasdam personas eis imitabiles. c. 16. prima
in duas. quia primo instruit omnes communiter. 2°
existentes in aliquibus statibus specialiter. c. 13. prima
ad huc in duas. quia primo instruit omnes communiter in
hiis que ad deum. 2° in hiis que ad proximum. ibi sic
enim in uno. prima ad huc in duas. quia primo
instruit omnes esse in ordine ad deum ex parte

corporis. 2° ex parte anime. ibi. et nolite conformari.
Circa primum dicit. obsecro vos etc. secundum quod dicit sene
ca. generosus est hominis animus et facilius ducitur
quam trahatur. propter quod apostolus magis utitur obse
crationis verbo quam precepti per misericordiam dei. penitentia relaxo
antis. ut exhibeatis corpora vestra etc. hic consequenter
per ordinem tangit apostolus septem conditiones que
maceratione carnis faciunt deo accepta. prima
est quod sit voluntaria quod notatur cum dicitur. ut exhibe
atis. 2a. quod sit in carne propria. ideo dicit corpora
vestra et non aliena. contra illos qui salvari credunt
per penitentiam aliorum. 3. quod sit concupiscentie morti
ficativa. ideo dicit. hostiam viventem alias enim esset
vana sicut medicina que non curat morbum.
4. quod sit bonorum operum productiva. ideo dicit. viventem.
vivens enim dicitur quod habet in se principium sui motus. 5.
quod sit continua sicut vitia carnis continue pullu
lant. ideo dicit sanctam .i. firmam. secundum enim in una signi
ficatione idem est quod firmum. 6. quod sit bene ordinata
scilicet ad dei gloriam et non ad propriam laudem. ideo
dicit deo placentem. 7. quod sit discreta. ideo dicit rationa
bile obsequium vestrum quod fit quando caro sic maceratur
quod natura servetur et vitia excludantur. sicut enim
potest ibi esse defectus scilicet quando caro lasciviere permittitur
ita et superhabundantia scilicet quando corpus redditur
ineptum ad debita opera et officia exequenda.
Unde dicit ieronymus de rapina holocaustum offert
qui abstinentia affligit nimia corpus suum
immoderate. Advertendum tamen quod non omnia opera
conveniunt omnibus. Et ideo aliqua abstinentia lau
dabilis est in uno que tamen non est laudabilis in altero
Si enim coniugatus tantam faciat abstinentiam
quod non possit reddere debitum uxori tempore eo
petenti non est laudabilis in religioso tamen qui non
habet hoc debitum reddere laudabilis esset. Et
similiter aliqua abstinentia est in iuvenibus in quibus
viget concupiscentia carnalis que in senibus non sic est
laudabilis quia sic non in eis viget carnalis
concupiscentia. Et potest esse alicuius boni impeditiva et
de similibus simile iudicium habeatur. Et nolite
hic consequenter instruit omnes communiter quantum ad animam
et primo quantum ad effectum. 2° quantum ad intellec
tum ibi. Dico autem. Circa primum sciendum quod amor

trāsformat amantem in amatū. ut dicit aug*
si terrā diligis terra es. si aurū diligis aurū
es. et si deū diligis deus es participatiue. sm
illud ps. 81. Ego dixi dij estis et filij excelsi
omnes. io dicit. Et nolite conformari huic sclo
.i. delectationibus huius mundi. sz reformamini.
ymago enim dei ad quam sumus formati deformat
in nobis p pctm. sz p dei gram reformatur.
in nouitate sensus vri. Sic enim p pctm ob
fuscatur cognitio. sic p gram renouatur et
quia hns affectum bene ordinatum recte iu
dicat io subdit. ut probetis .i. experiri possitis
p spm sanctū habitantem in vobis q sit
voluntas dei bona quantū ad bona nature
ipsa dando et bene placens quantum ad bona gre.
et pfecta quantū ad dona glorie. potest etiā
aliter hoc exponi sic que sit voluntas dei bo
quantum ad incipientes et bene placens quantū
ad proficientes et pfecta quantū ad puenie
entes. Dico enim hic consequenter instruit omnes
generaliter quantum ad intellectū ut .s. de ptine
tibus ad fidem non inquirant curiose .d.
dico enim p gram que data e m .i. p officiū
apostolatus iniunctū in principio omnibus qui
sunt inter vos. cuiuscumque conditionis aut
status. non plus sapere q oportet sapere.
qr qui pscrutator e maiestatis opprimetur
a gloria puerbiorum 25°. Et vnicuique sicut deus
diuisit mensuram fidei. non enim est in
hoc eadem omnibus mensura. qr illi qui hnt
fidem predicare et contra infideles defendere
debent. circa ptinentia ad fidem profundius
inquirere et studere. Sicut enim hic consequenter
instruit omnes in ordine ad proximū et
primo in promotione boni. 2° in euitatione ma
li ibi. non alta sapientes. prima ad huc in
duas. qr primo facit propositum in bono spali. 2°.
in coi ibi. dilectio sine simulatione. Circa
primum sciendum q aliqua bona dantur aliquibus
specialiter. prima corinthiorum 12°. alij quidem p spm datur
sermo sapie. alij sermo scie etc. dantur tn
pro coi vtilitate. sicut in corpe humano ocu
lus videt pro toto corpe et pes ambulat

et sic de alijs et hoc est quod dicit sicut in
vno corpe etc. et pz ex dictis lrā usque ibi.
singuli aut alter alterius membra .i. comunica
tes alijs dona data nobis. sicut membra
corpis ad inuicem comunicant officia mo dicto.
Et res hntes donationes consequenter magis
applicant in spali .d. siue prophiā. quantum ad no
ticiam oculorum ptinentiū ad salutem. ideo
subdit scdm rationem fidei q dirigit in salute
siue ministeriū in administratione sacramentorum
quod ptinet ad sacerdotes. siue qui docet.
quod ptinet ad lectores. qui exortantur quantum ad
predicatores in exortando. non tn verbo sed
etiā facto. q tribuit hnis habundantiā facultatū.
in simplicitate .i. ppter deū debet tribuere. qui
preest in spiritualibus uel temporalibus quod ptinet
ad prelatos et principes. in solicitudine de adim
plendo regimine sibi comisso. qui miseretur.
misericiam alterius releuando. quod ptinet ad
potentes. in hylaritate. supple hoc faciat contra
illos qui austeritatem in vultu et verbis osten
dunt miseris antequam eos releuet in aliquo.
Dilectio hic consequenter apostolus instruit omnes de
concitatione bonorum communium et diuiditur in
tres ptes quia primo instruit de concitatione
in affectum. 2° in effectu ibi honore. 3° in
signo ibi benefacite. Circa primum sciendum
q amor est desideriū boni alterius quod debet
esse consequenter in omnibus et amor iste primo debet esse verus
qr scdm phm 8° ethi. Illi qui falsificant
amicitiam sunt magis digni morte q illi qui fal
sificant pecuniā. io dicit dilectio sine si
mulatione. 2°. debet esse discretus ut sic
ametur natura ut vitiū odio habeatur io dicit
odientes malum. 3°. debet esse amor puerilis ^
io dicit adherentes bono. adherensio enim
firmitatem importat. 4°. debet esse cois absque
acceptione. io dicit. caritate fraternitatis etc.
honore hic consequenter instruit de concitatione bonorum
in effectu et primo quantū ad bonū reuerē
tie .d. honore inuicem puenientes. quilibet
enim deficit in aliquo bono quod e in al
tero et sic primo eū considerare ut meliorem

^ firmus ita q non debet esse

se et sic honorando preuenire. secundo instruit quomodo ad bonum obsequium dicens. sollicitudine non pigri prestando humanitatem proximis in effectu. spiritu feruentes ut hoc fiat ex bono affectu domino seruientes ut hoc fiat principaliter propter deum. et sic ei exhibetur obsequium et propter quod ab eo expectatur premium. unde subdit. spe gaudentes. et quod spes mercedis unde facit patienter sustinere unde subdit. in tribulatione patientes. et quia hoc per orationem impetratur et seruatur. unde subdit orationi instantes. tertio instruit apostolus de communicatione beneficij. et primo ad suum commorantes dicens. necessitatibus sanctorum communicantes. secundo ad extraneos transeuntes dicens. hospitalitatem sectantes. benedicite. hic apostolus instruit de communicatione bonorum in signo. principale uero signum inter homines est locutio que indicat mentis conceptum. quantum ad hoc dicit. benedicite persequentibus uos. et multo magis bene facientibus uobis. signum autem secundarium est gestus exterior et maxime faciei in qua precipue magis relucet dispositio animi et sic dicit. gaudere cum gaudentibus etc. idipsum inuicem sentientes. aliter esset mendacium quod est falsa significatio in uoce uel alio signo quod tenet uicem uocis. Non alta sapientes. postquam apostolus instruxit de conseruatione boni. hic consequenter instruit de uitatione mali. et hoc dupliciter. primo ut malum alteri non inferatur. secundo ut illatum ab altero equanimiter toleretur. ibi. Non uos metipsos. Circa primum aduertendum quod primum nocumentum infert proximo mens superbia que est principium omnis peccati ideo hic prohibet dicens non alta sapientes proximum contemnendo. sed humilibus consentientes cum eis humiliter conuersando. Secundo nocumentum infert astutia mentis proximo malum machinando quod prohibet dicens. nolite esse prudentes etc. et accipitur hic prudentia similitudinarie quod uera prudentia non est nisi in bonis. sed astutia est in malis. Quia prudentia dicitur de eo quod caute scit quere uias nocendi. Nam bonum ad mala transferimus sicut dicimus prudens uel bonus latro. v. methaphisice et sic dicitur prudentia in proposito. tertio nocumentum

proximis mala mens manifesta ipsos scandalizando quod prohibet dicens. prouidentes bona etc. quarto nocumenta infert persecutio aperta quod prohibet dicens. quod ex uobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uos metipsos. hic consequenter instruit de malo illato ut patienter tolleret dicens. Non uos metipsos defendentes et ad hoc inducit scripturam deutronomii. 32. Michi uindictam etc. ubi translatio nostra habet. mea est ultio etc. et non solum instruit ut malum ab aduersarijs illatum tolleret sed etiam bonum eis impendat. dicens. sed si esurierit inimicus tuus etc. et subdit ro. hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. id est occasiones attendendi ignem dilectionis in eo erga te. si tamen in malicia sua non perseuerauerit. Nolli uinci a malo. id est incidere in odium eius sed uince in bono malum scilicet temptationis impellentis te ad odium eius. Sciendum autem quod illa que dicuntur hic. Non uos metipsos etc. non sunt precepta sed consilia nisi in casu scilicet si ex defensione probabiliter malum magnum insurgere quod est contra honorem dei. Sciendum etiam quod in aliquo casu non expedit sic sustinere. scilicet quando propter hoc datur malis audacia male faciendi. unde dicit gregorius in moralibus. quedam cum temporalia a nobis rapiunt sunt tolleranda quedam uero seruata caritate prohibendi non sola cura ne nostra subtrahant sed ne rapientes non sua seipsos perdant.

XIII

Omnis anima. Postquam apostolus de moribus instruxit bonos generaliter hic facit specialiter. Et primo instruit minores. secundo maiores capitulo 14. primo diuidit in tres partes quia primo ostendit quod minores debent maioribus subiectionem. secundo subuentionem. tertio dilectionem ibi. nemini quicquam. primo probat dupliciter. primo ex diuina ordinatione cui bonum est obedire et malum resistere. Ex ordinatione uero diuina est quod superiores regant inferiores. et inferiores eis obediant sicut patet in natura corporali in elementis que reguntur ex influentia corporis celestis unde dicit philosophus primo methaphysice quod tota religio elementaris gubernatur lacione astrorum ut omnis eius uirtus

gubernet inde. Sic hoc pz in natura spirituali quia
angeli inferiores illuminantur et regunt per superi
ores et ita debet esse in hominibus et hoc est quod dicit.
omnis anima .i. omnis homo totum a parte digniori deno
minando potestatibus sublimioribus subdita sit.
prelatis in spiritualibus et principibus terrenis in tem
poralibus et subdit racionem. Non est enim potestas nisi a deo
concessa et ordinata cetera patent ex dictis usque
ibi. Qui autem resistunt sibi dampnacionem acqui
runt eternam. Unde dicit salvator luc. 10. c. Qui
vos spernit me spernit et alio modo temporalem
qui puniuntur in corpore vel in rebus. 2° probat per
positum ex officio superiorum per que reprimuntur mala
iniquitatum ex punicione malorum alii terrentur et sic
a malis arcentur et hoc est quod dicit. Nam principes
non sunt timori boni operis .i. recte boni operis
quia sicut per eorum officia reprimuntur mala ita pro
moventur bona. intentio eorum debet esse ut sub
iectos faciat bonos cetera patent ex dictis usque
ibi. Non enim sine causa gladium portat potestas enim
secularis portat gladium materialem. potestas ecclesiastica
spiritualem et subdit causam. Dei enim minister est vindex in
iram .i. punicionem ei qui malum agit. Ideoque. Hic
consequenter ondit quod inferiores debent superioribus subiec
tionem ad negotia secundum statum sui conditionem quia nemo
militat suis stipendiis et hoc est quod dicit. Ideo
ergo necessitati .s. superiorum parendo subditi
estote. solvendo cuncta omnium debita non solum
propter iram .i. punitionem vitandam. sed etiam propter conscientiam
quia quilibet tenetur reddere debitum et explicat
magis in speciali dicens. Ideo enim et tributa prestatis
ad hoc enim sunt principatus instituta. ministri
enim dei sunt. quia sunt executores sue iustitie
in hoc ipsum servientes .s. deo et etiam hominibus
rem publicam conservantes. ideo concludit. Reddite
ergo omnibus debita cui tributum .s. principibus
est duplex tributum quod redditur pro tota
patria. Cui vectigal pro defensione rerum
huiusmodi sunt pedagia. et hoc solvitur pro
a singulari persona. quia non omnes habent talia sol
vere que reddenda sunt pedagiariis. huic consequenter
hoc accipitur ad formam. cui timorem .s. dominis
Cui honorem .s. virtuosis et in dignitate

constitutis qui sunt custodes virtutis. Nemini
hic consequenter ondit quod inferiores debent superioribus
dilectionem. et primo ondit propositum. 2° quod tempore nove
legis hoc debitum est maxime reddendum ibi. et
hoc scientes. Circa primum dicit. Nemini quidquam de
beatis nisi ut invicem diligatis. hoc enim habet
speciale hoc debitum quod quantumcumque reddatur de pre
terito vel presenti adhuc debetur reddendum in fu
turo. qui enim diligit proximum legem implevit. Omnia
enim mandata decalogi ordinantur ad actum diligendi
quia precepta prime tabule ordinantur ad diligendum deum.
et precepta secunde ad diligendum proximum. per primum enim quod
est honora patrem tuum etc. precipitur reddi debitum omni
proximo. per alia que sunt negativa precipitur ca
veri ab eius nocumento. ideo subdit. dilectio proximi
malum non operatur .i. cavet inferre malum
proximo et sic concludit. Plenitudo ergo legis
.i. plena eius observatio est dilectio qua diligitur
deus super omnia et proximus sicut semetipsum diligens.
et hoc scientes. Hic consequenter ondit quod hoc debitum
est maxime reddendum tempore nove legis que est lex
amoris sicut lex vetus fuit lex timoris. ideo dicit.
Et hoc scientes tempus .i. conditionem temporis nove
legis. quia hora est iam nos de somno surgere
.i. de otio ad opera caritatis quia sicut dicit gregorius operatur
magna si est amor. si autem renuit operari amor
non est. Nunc autem .i. tempore gratie propior est nostra
salus. quia per christum ianua salutis est aperta quam tempore legis
erat clausa. ideo subdit. quam cum credidimus .s. prius
quia ante christi adventum fiebant precepta sed descendebant
ad inferos in limbum. unde dixit iacob patriarcha
gen. 37. descendam ad filium meum lugens in infer
num et similiter iob 17. in profundum infernum descendet
omnia bona mea. Nox precessit .i. obscuritas
figurarum veteris legis. dies autem appropinquavit
.i. claritas veritatis revelate in nova lege. ab
iciamus ergo opera tenebrarum .i. peccata que dicuntur tene
brarum opera eo quod in tenebris fiunt. Ioh. 3°. Qui
male agit odit lucem et quia obtenebrat animam. secundum
quod dicit philosophus 3° ethicorum. ignorat omnis malus
et quia ducunt ad tenebras exteriores .s. gehenne.
et induamur arma lucis .i. virtutes que dicuntur
arma lucis quia contra peccati tenebras muniunt et quia

luce fuit. Ioh. 3°. qui facit veritatem venit ad lucem
et que illuminat animam et finaliter ducit ad vitam
eternam ideo subdit. sic ut in die. scilicet iudicii honeste
ambulemus. id est ad gloriam. non in comessationibus
et ebrietatibus vitando peccata gule. non in cubili
bus et impudicitiis vitando peccata luxurie. non in
contentione et emulatione quantum ad peccata spiritualia
que sunt graviores culpe. sed induimini dominum
ihesum christum imitando sanctitatem conversationis sue. et
carnis curam ne feceritis in desideriis. scilicet superfluis
ita quod per hoc non excluditur necessitas sed tantum super-
fluitas.

XIIII

Infirmum autem etc. Postquam apostolus ondit
qualiter minores habere se debeant.
hic maiores quomodo instruit ut bene
se habeant ad minores. et primo in evitatione
mali. 2°. in operatione boni c. 15. Prima in du
as. quia primo hortatur superiores ne inferiores
contempnant. 2°. ne eos scandalizent. ibi. non
ergo amplius. Prima adhuc in duas quia primo po
nit intentum. 2°. inducit rationes ad hoc persua
dendum ibi. tu quis es. Circa primum dicit infirmum
autem in fide. id est de novo conversum et de lege catho
lica nondum sufficienter instructum. assumite
vos maiores. id est ad vos sumite eum instruendo
dulciter et caritative. non in disceptationibus co
gitationum. id est non iudicantes male de ipsis
donec apareat manifestum. Alius enim credit se
manducare omnia licite et iste est qui est instruc
tus in nova lege quod sunt ceremonialia mor
tificata in christi passione. et sic licite comedit
cibaria prohibita in veteri lege. qui autem infirmus
est. id est conversus de iudaysmo et non perfecte in
structus de isto et sic dubitat adhuc an hoc
sibi liceat. Olus manducet propter scrupulum sue
conscientie quia certus est quod olera manducare fuit licitum
omni tempore. Circa quod sciendum quod legalia maxime
quantum ad ceremonialia observanda fuerunt usque ad
passionem christi. unde et christus ea observavit. et imme
diate ante passionem agnum paschalem cum discipulis
suis comedit. post publicationem vero evangelii
observatio eorum est mortifera quia hoc est
significare quod veritas per ipsam significata nondum

per christum est impleta. tempore vero intermedio
scilicet a passione christi videlicet ad publicationem evan
gelii licitum fuit ea observare maxime conversis de
iudaysmo dum tamen non ponerent ibi fidem credendo
firmiter quod sine tali observatione fides christi
non sufficeret ad salutem et hoc modo leguntur
apostoli in actibus apostolorum ea observasse secundum quod decla
rat augustinus in epistola ad ieronimum diffuse et
secundum istum intellectum subditur. is qui manducat
cibaria lege prohibita instructus quod ista sunt
sibi licita. non manducantem non spernat reputans
eum rudem et stolidum et melancolicum. et qui non
manducat abstinendo ex conscientia dubia mandu
cantem non iudicet tamquam mandati divini trans
gressorem. deus enim illum. scilicet de novo conversum et
ad huc infirmum assumpsit. scilicet ad fidem suam
potens illum perficere et solidare propter quod non est con
tempnendus. Tu quis es. hic consequenter addit qua
druplicem rationem ad propositum persuadendum. prima accipitur
ex parte illius qui iudicatur tamquam stolidus. nullus enim
iudicari debet nisi ab eo qui est dominus eius qui
est solus deus in proposito et hoc est quod dicit. tu quis
es qui iudicas alienum servum. quasi dicat. ad te non ex
pectat de latentibus in corde cuiusmodi sunt ista
et ideo iudicium est usurpatum quod ad solum deum
pertinet qui corda intuetur ideo subdit. domino suo stat
aut cadit. id est ad eum pertinet iudicare de casu eius
et statione. stabit autem per dei gratiam. potens est enim
statuere illum. id est perficere et confirmare. Nam
alius hic ponitur secunda ratio que accipitur ex parte rei
de qua fit iudicium. scilicet de ceremonialium observatione
que tunc erat indifferens conversis de iudaysmo modo
supradicto et ideo de talibus non debet aliquis iudicari
transgressor vel stolidus faciendo vel dimittendo
et quia utrumque poterat fieri ut predictum est tamen ex causa
rationabili et hoc est quod dicit. Nam alius iudi
cat diem inter diem. id est ita instructus est in fide
catholica quod scit discernere tempus in quo
ceremonialia non obligant. Alius iudicat
omnem diem. id est quod similiter obligat tempore post
passionem sicut et ante. et sic dicitur abstinendum
a cibis lege vetitis. Unusquisque in suo sensu
habundet. id est in hoc dimittatur proprie conscientie

videlicet ad publicationem euuangelii pertinet.
Qui sapit diem non pecto domino sapit .i. ad ho
nore diuinum quia utrumque potest fieri bene ex causa ra
tionabili ideo subdit. Et qui manducat sciens
hoc sibi esse licitum. domino manducat cuius ratio subdit.
gratias enim agit deo deliberatione sua ab honere
legis et de concessione sui uirtus et qui non ma
ducat .i. abstinet a lege prohibitis ex conscientia
dubia uel ut infirmum non scandalizet ut
habetur infra. domino non manducat .i. bene ab
stinet et gratias agit deo qui sibi dedit gratiam
abstinendi. Nemo enim hic ponitur .3. ratio que accipitur
ex parte eius ad quem pertinet uere de talibus iudi
care .s. xpistus qui est dominus uite et mortis et per
consequens iudex et hoc est quod dicit. nemo enim uestrum
sibi uiuit .i. ad propriam gloriam quia tota uita ho
minis est ad xpisti gloriam ordinanda et nemo
sibi moritur .i. non debet se morti exponere pro
laude propria sed pro gloria xpisti mors est patienter
tolleranda. ideo sequitur. Siue enim uiuimus et cetera. patet
ex dictis littera usque ibi. In hoc enim xpistus mortuus
est .i. ex morte sua hec secutum est .s. potestatem super
omnem creaturam. mathei ultimo. Data est
est mihi omnis potestas in celo et in terra et per consequens
iudiciariam potestatem. ideo non est ab aliis usurpanda
tu autem. hic ponitur .4. ratio que accipitur ex parte
eius qui iudicat temere quia nullus meum habet
officium iudicandi actiue sed tantum passiue et hoc
est quod dicit. tu autem qui iudicas fratrem tuum .i.
tu qui abstines a cibis lege prohibitis quare
iudicas nullum qui non abstinet transgressorem.
aut tu qui non abstines quare spernis fratrem tuum.
reputando eum stolidum eo quod abstinet ut dictum est
supra. Omnes enim stabimus ante tribunal xpisti .s.
iudicandi ab eo. et ad hoc inducit scripturam
que habetur ysaie .45. uiuo ego dicit dominus quoniam in
flectetur omne genu tamquam subditum iudicio meo
propter quod concludit. Itaque unusquisque nostrum pro se
rationem reddit in finali iudicio propter quod nullus iudi
care debet temere de alio. Contra predicta uidetur
esse dictum saluatoris Joh. 3. omnis qui credit
in eum non iudicatur ergo soli infideles stabunt
ante tribunal xpisti iudicandi passiue ad quod

dicendum quod ibi accipitur iudicium condempnationis
quo soli mali iudicabuntur qui dicuntur infideles
uel quia non habuerunt in morte mortifi
cata sunt ex carentia caritatis et gratie. hic
autem accipitur iudicium retributionis per quem modum
omnes generaliter iudicabuntur mali ad penam iusti
uero ad gloriam. Non ergo amplius. postquam in
struxit superiores qualiter se habeant ad inferi
ores monendo ne ipsos contempnant hic consequenter idem
facit monendo ne ipsos scandalizent. Et diuiditur
in duas partes quia primo prohibet eos ab scandaliza
tione. 2o. per oppositum monet eos de inferiorum
hedificatione ibi itaque. Ad maiorem intelligen
tiam dicendorum. hic uidendum est breuiter que sunt
dimittenda propter scandalum pusillorum et arguitur
primo quod bona spiritualia sunt dimittenda. dicit
.n. augustinus in libro contra epistolam parmenianum quod ubi
scismatis periculum timetur a punitione peccatorum
cessandum est sed punitio talis est bonum spirituale.
quia est actus iustitie ergo et cetera. per hoc arguitur quod
bona temporalia sunt dimittenda quia minora
bona sunt quam spiritualia. Contrarium arguitur
quia beatus thomas cantuariensis episcopus reprehendit reges eccle
sie cum scandalo regis anglie. et ex hoc arguitur
quod bona spiritualia non sunt dimittenda cum sunt
corporalibus meliora. ad hoc questio ista non est de
scandalo actiuo quod est dictum uel factum minus
rectum prebens alteri occasionem ruine illud
autem quod deficit a debita rectitudine non est
agendum. et ideo nichil agendum est cum scandalo ac
tiuo. sed questio intelligitur de scandalo passiuo
.s. quod sit dimittendum ne alius inde scandalizetur
Circa quod sciendum quod quedam sunt bona spi
ritualia quedam uero temporalia. spiritualia uero quedam
sunt de necessitate salutis que sine mortali
peccato pretermitti non possunt. nullus autem debet
peccare mortaliter ut peccatum alterius impediat
quia secundum ordinem caritatis magis debet eligere
propriam salutem quam alienam propter quod talia non sunt
dimittenda ad uitandum alterius scandalum. Alia
uero sunt bona spiritualia que non sunt necessaria
ad salutem ut dare elemosinam extra casum necessitatis
et in talibus distinguendum est de scandalo. quia

fidem. ut quia si fuerit

si oriatur ex malicia sicut cum aliqui volunt impedire bona spiritualia suscitat ad hoc scandala et tale scandalum est contempnendum sicut docet dominus Mt. 15. de scandalo phariseorum. Si autem oriatur ex infirmitate uel ignorancia vocatur scandalum pusillorum propter quod huiusmodi bona sunt occultanda uel interdum differenda quousque reddita ratione huiusmodi scandalum cesset. Si autem post redditam huiusmodi rationem scandalum duret iam videtur ex malicia procedere et sic propter ipsum non sunt huiusmodi spiritualia opera dimittenda. Circa vero temporalia bona distinguendum est quia si non sint nostra sed pro aliis ad conseruandum nobis commissa sicut bona ecclesie committuntur prelatis quibus conseruatio talium incumbit ex necessitate salutis et sic non propter scandalum sunt dimittenda sicut nec alia que sunt de necessitate salutis. si vero sint nostra sic dimittenda sunt propter scandalum vitandum si oriatur ex infirmitate uel ignorancia quousque per amonitionem racionabilem cesset scandalum quod si per hoc non cessat tunc iam procedit ex malicia et sic est contempnendum maxime si per hoc detur aliis audacia malefaciendi ut dictum est supra. Ad primum patet responsio quia correctio ordinatur ad emendationem et ideo si propter ipsam probabiliter appareat maius malum consequi est dimittenda quo vero piculum illud transierit ad aliud patet ex dictis in questione. Non ergo amplius hic apostolus mouet superiores ad euitandum scandalum pusillorum et diuiditur in duas quia primo facit propositum 2o remouet dubium ibi non est regnum dei. Circa primum sciendum quod quando caritate et fraternitate videtur esse quod aliquis non dimittat ad tempus de hiis que possit licite dimittere ad vitandum scandalum simplicium quousque opinatur illa illicita quo usque super hoc plenius informetur. de talibus autem erat esus ciborum lege prohibitorum a tempore passionis christi usque ad publicationem sufficientem euangelii ut dictum est supra. et secundum hoc dicit apostolus non ergo amplius inuicem iudicemus id est superiores non iudicent minores stolidos si abstineant a talibus cibis. nec minores illos qui vtuntur talibus. Sed hoc iudicate magis. supple sciendo. ne ponatis offendiculum fratribus infirmis vel ignorantibus. sicio et confido in domino quia nichil commune id est nullus cibus inmundus per ipsum quia omnia bona creauit. Gen. i. vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. quod autem post per legem aliqui cibi prohibiti sunt et sic facti illiciti hoc fuit ad tempus ad significandum aliquid implendum per christum a qua prohibitione absoluit christus act. 10. c. quod deus purificauit tu ne commune dixeris nisi ei qui existimat quid commune esse illi commune est id est inmundum quia facit contra conscientiam de tali comestione sicut leuare festucam de terra contra conscientiam peccatum est durante tali conscientia. ideo subditur. Si enim propter cibum scilicet tuum frater tuus contristatur id est in fide infirmatur ex hoc dubitans de veritate fidei catholice ut habetur infra. uel de te scandalizatur existimans te transgressorem. iam non secundum caritatem non ambulas. comprehendo eius scandalum. noli cibo tuo perdere illum. dando ei occasionem ruine preponendo modicam delectationem tibi eius saluti. Non ergo blasphemetur bonum nostrum id est fama nostra ut non demus occasionem simplicibus reputandi nos transgressores. Non est regnum dei. hic consequenter remouet dubium. quia posset aliquis credere quod abstinere a cibis propter christum sanctificatis esset ei dampnabile ideo dicit apostolus quod nichil deperit ei qui abstinet ex causa racionabili cuiusmodi est vitatio scandali fratris. ideo dicit. Non est regnum dei esca et potus id est in comedendo dicta cibaria uel abstinendo. sed iusticia. per fidem formatam que peccata remittit. et pax. quantum ad quietem passionum mentem perturbancium et gaudium. in spiritu sancto quantum ad expectationem premiorum qui enim in hoc seruit christo interius in mente. placet deo id est hoc sufficit ad salutem. itaque. hic consequenter apostolus mouet superiores ut hedificent inferiores pacifice et sancte cum eis conuersando. dicens itaque que pacis sunt sectemur etc. Noli propter escam destruere opus dei id est fidem infirmi que est donum dei. omnia quidem scilicet cibaria. munda sunt. ut predictum est. sed malum est homini qui per offendiculum manducat scandalizando infirmum propter quod abstinere sic est meritorium ideo subditur. bonum est non manducare carnem etc. in quo frater tuus offendit scilicet quo infirmus contra conscientiam comedit ex societate alterius aut scandalizatur cum non comedente iudicat transgressorem aut infirmatur dubitando de veritate fidei catholice ex hoc quod

uidet maiores sic comede qd credit illicitum. Tu fidem habes penes temetipsm habe .i. sufficiat tibi ad salutem fides interior qua tenes omnia p s^m purificata et non opz q ondas exterius cum scandalo. btus qui no iudicat semetipsm .i. dampnabile reddit in eo q pbat .i. scit esse sibi licitu tn dimittit ex caritate sua pp standalum vitandu. Qui aut discernit tale cibu no ee licitu si manducauerit dapnatus e q no ex fide .i. osciencia facit hoc s contra osciam. et oe tale est pctm sicut leuan festuca credenti q hoc sit pctm mortale

XV

Debemus aut. Postq aplus ondit qualr maiores se debent hre ad minores in euitatione mali. hic qm idem ondit in pmotione boni. Circa qd p^m ponit suam instructoez. 2°. sua excusationem ibi. Certus sum. p^a in duas quia p^mo ortatur maiores ut infirmos sustineant. 2°. ut eos ad bonu pmoueant ibi. pp qd suscipite. p^ma adhuc in duas. quia p^mo pmittit instructoez 2°. subdit oroem ibi. deus aut patiencie. p^ma ad huc in duas q p^o ponit instructione suaz. 2°. ex dictis ocludit quanda oclusione ibi. quecuq scripta. P^mu aut psuadet dupl^r. p^mo roe. d. Debemus aut nos firmiores imbecillitates infirmoz sustine. sic in corpe nali mebra firmiora ut neruj et ossa sustinet alia debiliora et no placere nobis .i. ppria voluntate querere. s magis bonu coe. ideo subdit Vnusquisq vrm suo pximo placeat in bonu ad hedificatione in malis aut no debe querere pximis placere. 2°. inducit ad hoc exem^m xpi. d. Etenim xps sibi no placuit .i. ppriam voluntate no quesiuit Joh. 6. descendit de celo. no ut faciã voluntate meam et c. s sicut scriptu est ps. 68. impropria imperantiu tibi ceciderunt sup me verba sunt xpi loquetis ad prem qui ut faceret voluntate p̄ris impropria sustinuit iudeoru dicentiu sibi samaritanus es tu et demoniu habes Joh. 8. et ipi in cruce pendenti Vach qui destruis templu dei et c. Mt. 27. et hec impperia redudabant in deum prem. et io sic dicit xps. impppia imppe rantiu tibi ceciderunt sup me pp illa ei inppia

intendebant inder p^m ofunde. quecuq hic ex pdict infert quada oclusione s. q ea que sunt in scriptura sacra potissime de xpo sunt ad nram utilitate. Cuius actio nra e instructio et ponitur ibi quadruplex utilitas nobis puenies ex scriptura Prima est claritas intelligencie que notat cu dr. quecuq scripta sunt ad nram doctrina scripta sut. Scda e soliditas tollerancie ibi ut p paciam. Tercia e suauitas iocude leticie ibi. et osolatione scripturaz. Quarta e securitas obtinende spei ibi spem habeamus. Est ei spes certa spectacio future beatitudinis ex gra et meritis pueniens. deus aut. hic qm adiungit sua oroem ad pductore opletioez. d. deus aut patiencie et solatij .i. dator patientie in aduersis et osolationis post tribulatione. thobie. 3. post lacrimatioez et fletu gaudiu et exultatioez infundis. det uobis idipm sape .i. idem metum desiderantes mutuu pfectum. scdm ihm xpm .i. scdm doctrina eius. ut vnam mes qntu ad identitate credulitatis. vno ore q^m ad identitate ofessionis q sic dicm e R. 10. c. Corde credi ad iusticia. ore aut ofessio fit ad salute. honorificetis deum qntu ad bonitate opis quia fides sine opibus mortua e. pp qd. hic qm monet supiores ut inferiores ad bo^m pmoueat. Circa quod p^o ponit sua exortatoez 2°. subiungit sua oroez. ibi deus aut spei. pp qd suscipite inuice. Circa p^m dic pcurando caritatiue alterius bonu. Sic et xps suscepit vos in curam accipiendo huanitate vram coem oibs s. iudeis et gentilibz membra eni debent conformari capiti. et io quilibz xpianus debz pcurare bo^m fris sui. licet aut xpus accepit huanitatem iudeis et gentilibz comune tn aliq mo diuisimode pcurauit iudeoz et gentiliu salute quia iudeis pdicauit in psona ppria quoda modo ex debito et hoc est quod dicit. Dico eni ihm xpm ministru fuisse circucisionis pdicado iudeis circucisis. non sicut aut gentilibz no dic mt. 15. Non sum missus nisi ad oues q perierunt domus isrl. pp veritate dei ad ofirmandas pmissiones patru. licet eni salus iudeoz et gentiliu sit p vnam gre simplr, tamen qntu

ad iudeos e ibi ro debiti aliquale, inquantu ad veritate dei ptinet implere pmissa patribus iudeorum facta in lege et pphis que data fuerunt solis iudeis ps. 147. non fecit taliter omni nationi et iudicia sua non manifestauit eis. et sic salus gentium magis est p viam mie quia licet lex et pphete loquantur de eorum vocatione ad fidem xpi. tamen lex non fuit data patribus eorum nec pphie ut dictum est propter quod subdit. gentes aut super misericordia diuinitus eis concessa. honorare deum. s. debent verbis et factis sicut scriptu est ps. 17. propterea confitebor tibi in gentibus. i. faciam confiteri ab illis credentibus et sunt verba filii ad patrem de vocatione gentium accipiendo tamen misticie inquantu dauid in tuus est hoc verbum ut ibidem dictu fuit. fuit figura xpi. et pfectius fuit impletu in xpo quam in dauid. alie vero auctoritates hic allegate de vocatione gentium ad fidem xpi sm litteralem sensum simpliciter intelliguntur. et iterum dicit ysay. 35. letamini gentes etc. ubi translatio nra habet letabitur deserta et inuia etc. et iteru ps. 116. Laudate dnm omnes gentes etc. s. de vocatione vra et rursum ysay. 11. Erit radix yesse. i. xpus sm carne oriens de yesse qui exurget a mortuis regere gentes. Quia ei data e ei ptas in celo et in terra. mt. vltio. in eu gentes sperabunt quia vocate ad fidem habent spem consequendi p ipm vita eterna. Deus aut. hic ponit suam orone ad dictorum completione dicens spei. i. dator spei. repleat vos omni gaudio spuali et pacem. p quiete passionu q turbant animum in credendo. hoc dicit q fides formata ista facit vt habundetis in spe p cumulu meritorum et virtute spus sci. cuius sunt principaliter opa meritoria q se hnt ad liberu arbitriu sicut sessor ad equu. Certus sum. hic aplus ponit sua excusationem. et primo de hoc q romanis scripsit. 2o. de hoc q eos ad huc corpaliter non visitauit ibi propter quod. Circa pmu excludit primo falsam causa quia posset aliquis opinari de sua scriptura q reputaret eos illitteratos et simplices et sic sua scriptura nimio indigentes q remouet dicens. Certus sum aut fres et ego ipse de vobis. qm

et ipi pleni estis dilectione. Et hoc sciebat per beneficencia q est eius effectus. repleti omni scia ptinenti ad salute ut possitis alterutru monere. i. non solum propriam vitam regere sed etia aliorum duodatius. hic ostendit veram cam sue scripture. s. debitum officii sui q erat aplus gentiu et diuidit in duas quia primo ondit huiusmodi officium 2o. eius effectu ibi. habeo. Circa pmu dicit audacius scripsi vobis ex parte. i. breuiter et succincte tamquam in memoria vos reducens. de hiis que scitis in habitu. et non aliquid vobis ignotu docens propterea exposuit 6. 7. c. scientibus enim legem loquor. propter gram que data e mihi. s. apostolatus in gentibus. scificans euuangeliu dei. i. sem ondens et predicans. vt fiat oblatio gentium accepta. i. oblatio qua offeruntur gentes p fidem xpi. sit accepta deo patri in spu sco. i. p gram spus sci non p legales obseruantias. habeo igitur. hic ostendit efficacia officii sibi impositi. primo quia sua pdicatio erat ex auctoritate xpi. et hoc est quod dicit. habeo igitur gloriam in xpo ihu. i. auctoritate officii a xpo habeo ad deum. i. ordinata ad diuinu honore. Secundo quia executio huius officii non solu p verba erat sicut pdicatio pseudo aplorum. sed etia p miracula virtute xpi. facta ad confirmatione pdicationis apli. io dicit. Non ei audeo loqui etc. sicut faciebat pseudo apli a xpo non missi in verbo et factis. q a xpo habeo verbu predicationis et factum miraculosum verbi confirmatiuu. io subdit. Et pro idest. in virtute signorum quantum ad miracula minora. et pdigiorum quantum ad maiora. qm ondit efficacia sue pdicationis in effectum. et primo extensiue dicens. Ita ut a ihrlm per circuitu usque ad illiricu locus est in fine grecie vn nominatur illiricum mare et scdo intensiue. quia pdicauit ubi alii non pdicauerat et sic fuit ibi maior labor quia materia non fuit disposita p pdicatione aliorum et hoc e quod dicit. Sic aut pdicaui etc. Et patet ex dictis lra. qm adducit ad propositum auctoritatem ysay. 52. Quibus annunciatu non est de eo videbunt. s. gentiles q p pdicatione pauli fuerunt illuminati p fidem xpi. q de xpo non audierant p pphas sic iudei

net p alios aplos sicut alii gentiles quibus pre
dicauerant sicut math egiptiis pdicauit et aliis
gentibus pluribus iam ant pdicauerat. pp qd hic
gnr excusat se aplus de hoc q romanos ad huc
corpaliter no uisitauit. p. declarās sui aduētus
impedimētū. 2o. amoto impedimēto pmittit
suū aduentum ibi ubi vero. 2o ad hec opleda pet.
ordinis suffragiu ibi obsecro vos. Circa pm
dicit pp q impediebar plurimu venire ad vos
q2 plurimo tpre fuit aplus occupatus in pdi
cando gentibus in ptibus grecie que pro magna
pte erant seducte a pphis et falsis pphis an pre
dicationē apli uel post sicut ptebit infra dno
comedentem aliis aplis. Nunc vero hic gnr
pmittit suū aduentū. d. Nunc vero ulterius
locum non hns in hiis regionibus. i. necessi
tatem sibi manendi amplius q2 lz no omnes
eet gusi. tn p ciuitates et loca erat p aplm
epi et psbri ordinati qui ad guertend residuos
et instruend guersos sufficiebant absq pntia
apli. pp q festinabat ad alia loca in quibus
maior necessitas incūbebat. Cupiditate aūt
hns veniendi ad vos etc. q ciuitas romana
totius orbis erat capitanea. Cum in ispania
pficisci cepero. sicut em pdicauerat in oriente
ita desiderabat hoc fac in occidente ubi est
yspania. Spero q pteriens videā vos. p hoc
innuit q non intendebat ibi diu morari. eo
q petrus aplus cum suis discipulis erat rome
et sic pdicatio pauli non erat ibi sic necia
sicut in yspania. Et a vobis deducar illuc.
Quia ei yspania erat romanis subiecta
ut pz p. machabeorum 8. Si vobis pm ex parte
fruitus fuero. i. delectatus de guisione et fide vra
et sic accipe hic frui large. Nunc aūt. i. ari
q vada roma pficiscar ihrlm ministrare sanctis.
guersi ei ad fidem manētes in ihrlm ut esset
pfectionis exemplar ceteris abrenūciauerūt
omnibus terrenis ut pz act. 4. ut liberius
orōni vacaret et pdicationi. pp qd vocantur
hic sancti et apli fuerūt solliciti ut alii guesi
qui no sic abrenūciebant suis bonis tēmis
sustentarent eos suis elemosinis et hoc negociū
petrus et iohannes recōmēdauerāt paulo ut pz
gala. 2o. et ipse sollicite fecit. ut pz hic. pro
bauerūt. i. approbauerūt et gsenserūt macedonia
et acaya. i. guersis de terris istis et p hoc in
telliguntur guersi de locis aliis collationem
facē aliquā. i. donationē de bonis suis in pauperes
sctorum. i. qui sunt de numero sanctorum. et debi
tores sunt. s. ut hoc faciant eis. nam si spi
ritualiu eorum pticipes facte sunt gentes quia
pdicatio euuangelii exiuit a ihrlm ut frequēter
dictū est s. debet etiā in carnalibus. i. necariis
ad vitam corpale ministrare eis. sicut ei pre
latis debentur sumptus ex debito iusticie. eo
q sunt pdicatores ex officio. Ita aliis qui fa
ciunt hoc ex gra debentur debito honestatis
hoc igr cum gsumauero etc. assignando eis
elemosinam p me missam pficiscar per vos
in yspaniam. ita em pponebat facere. Scio
aūt quo veniam ad vos in habundantia bn
dictionis xpi veniam. i. habundantia bonorum
spualiu sic gen. 30. dixit iacob ad laban bndixit
tibi deus ad introitu meum de multiplicatōe
bonorum tpraliu. et magis pprie bndictio dicit
hic de multiplicatiōe bonorum spualiu. Circa pre
ista duo sūt nōnda. pm est sollicitudo apli circa
ecclesiam dei q publicando euuangeliu in ptibus
orientis festinabat ihrlm ad ministrand vite
nccia sanctis. et inde celeriter romā transiens
ad pdicand dei verbū in ptibus occidentis ex quo
nra negligentia arguitur valde reprehensibilis.
Scdm ē q ex dictis vr q paulus in yspania p
dicauit cuius gm vr dicere decretū distinctiōe
12. c. quis nesciat s. q de aplis solus petrus
docuit in hiis puinciis. ytalia yspania. affrica.
sicilia. pp qd dicunt aliqui q paulus pdicare in
yspania disposuit supra dei voluntate. sic dē
hic. pp q verū dixit. lz ibi non fuit impedi
mento superueniente. Alii vero dicunt q in ys
pania predicauit et hoc dicit ysidorus libro de
ortu et obitu sctorum et idem vr dicere iheronimus
in libro illustriu virorum q paulus in pma satis
factione a nerone dimissus in occidentis p
tibus pdicauit. Ad decretū aūt videt aliqū q

(...) ... ispania ... mat. 24. ... ome.

negat simpliciter paulum in yspania et aliis dictis provinciis predicasse. Sed dicit quod hoc non legitur. Contra quod hoc vere quod dicitur act. ultimo paulum rome biennio fuisse et ibidem disputasse et docuisse que tamen est in ytalia de qua loquitur decretum. sicut et de yspania. propter quod aliter potest dici quod intencio decreti est quod nullus predicavit vel ecclesias instituit in dictis provinciis nisi petrus vel alii de ordinatione et missione eius. et hoc modo paulus in yspania et ytalia predicavit. obsecro. hic commendat apostolus petit orationum suffragia ut impleantur predicta quia eundo iherusalem ab infidelibus iudeorum imminebant sibi in via et in termino multa pericula sicut habuit per revelationem et patuit ex eventu. act. 20. Ideo dicit. obsecro igitur vos fratres per dominum etc. et patet littera usque ibi. Et oblatio mei oblatio .i. elemosina per obsequium meum a gentibus oblata. accepta fiat. s. deo ad gloriam et sanctis pauperibus ad eorum indigenciam relevandam. Ut veniam ad vos in gaudio officio dicto peracto et refrigerer vobiscum per recreationem spiritualium bonorum post multas tribulationes illatas mihi deus autem pacis. Confirmatio est predictorum.

XVI

Commendo autem vobis. postquam apostolus instruxit romanos in moralibus ratione predicationis. hic commendat idem facit exemplo imitationis proponens eis quasdam personas imitabiles. et dividitur in duas partes quia primo ponit exempla ad imitandum. 2o. ad perseverandum ibi. Salutant vos. prima in duas quia primo proponit imitanda 2o vitanda ut opposita iuxta se posita magis illucescant. 2a. ibi. Rogo autem vos. prima adhuc in duas quia primo nominat personas familiares 2o. communes ibi. salutate ephenetum. 3a. ratione consortii ibi salutate amphiatum. prima adhuc in duas quia primo salutat personas sibi familiares ratione beneficii sibi et aliis facti communiter. 2o. sibi specialiter ibi salutate priscam. Circa primum dicit. commendo .i. commendabilem scribo phebem sororem nostram .s. religione christianitatis non cognatione carnis que est in ministerio ecclesie que est chenchreis. est chenchris portus maris prope chorinthum. ubi ista phebe ecclesiam hedificaverat et ibi dei ministros de suis sumptibus sustentabat ut eam suscipiatis. Erat profectura ad curiam imperatoris pro suis negotiis eo quod illa provincia erat subiecta romanis et per illam scripsit epistolam hanc apostolus ut hic innuit glossa. ieronimus tamen dicit quod apostolus misit eam per timotheum ad quod concordandum potest dici quod timotheus ivit in societate huius domine et sic ambo fuerunt in legatione vel quia apostolus scripturam suam duplicavit propter pericula maris unam misit per phebem et per thimotheum aliam. digne sanctis .i. ut decet sanctos et assistatis ei etc. quia inter quosdam ad fidem rome erant aliqui de familia imperatoris. unde philippenses ult. dicitur salutant vos qui sunt de cesaris domo. et enim ipsa astitit adiuvando et ministrando mihi in aliis beneficia. Salutate. hic commendat nominat personas imitabiles et sibi familiares ratione beneficii sibi specialiter impensi dicens. salutate priscam et aquilam. Erat autem ista prisca uxor aquile iudei tamen preponit eam apostolus quia prius credidit. et ordo gratie preponendus est ordini nature vel quia erat magis famosa adiutores meos in christo ihesu. hoc dicitur act. 18. ubi hec mulier nominatur priscilla idem enim est prisca et priscilla sicut iohanna et iohanneta dicitur enim act. 18o. quod paulus mansit cum eis in corinthio cum fuissent expulsi de roma per claudium imperatorem et cum eodem paulo inde recesserunt mota seditione contra paulum a iudeis. qui pro anima mea .i. pro vita mea servanda suas cervices supposuerunt. exponendo se periculo mortis. nec hoc fuit contra ordinem caritatis quia sciebant vitam pauli magis necessariam ecclesie. propter quod eam suis preponebant ex magna caritate. Quibus non solus gratias ago etc. quia fecerunt hoc pro communi utilitate ecclesie. et domesticam eorum ecclesiam .i. congregationem fidelium in domo eorum. Salutate ephenetum. hic commendat exprimit personas sibi familiares ratione meriti et primo ratione fidei qualis fuit iste ephenetus de quo subditur qui est primitivus asie .i. primo regeneratus in christo. et sic fuit exemplar aliorum ad credendum. et quia homo litteratus erat iuverat romam ad alios instruendum

2° vero meriti in operatione. ibi. Salutate mariam. Erat ei civis romana laborans ad patrem eorum conversorum ad fidem io subdit que multum laboravit pro nobis. Unde et ipsa dissentione oriente inter eos eo quod iudei preferebant se gentilibus et ideo ut dictum est 6 ca° denuntiavit apostolo tamquam ei qui posset prodesse et vellet. 3° vero meriti in predicatione dicens. Salutate andronicum et iuliam cognatos et concaptivos meos. Erant enim iudei nati et forte de tribu apostoli et multas tribulationes sustinuerat sicut ipse pro nomine xpi qui sunt nobiles in apostolis. erat ei de septuaginta xpi discipulis io subdit. qui et ante me fuerunt in xpo quod prius vocati ab eo. Salutate ampliatum. hic consequenter nominat personas sibi familiares vero consortii et nominat hic tres secundum quod exprimit ubi associaverunt eum et patet littera. Salutate apellem. hic consequenter ponit ex° personarum unumquodque spiritualium. et primo quantum ad ex° in fide. 2° in bona operatione ibi. Salutate triphenam. 3° quantum ad ex° concordie ibi. Salutate asincritum. Circa primum ponit quattuor ex° de fide. primum est pro ea viriliter pugnando dicens. Salutate apellem probum i. probatum in fide xpi per tollerantiam tribulationum. secundum est fideles aggregando dicens Salutate illos qui sunt ex aristoboli domo. fecerat enim iste dominum ad fideles pauperes aggregandum et in ista salutatione principaliter intelligitur tamquam principalis in domo. 3° est in fide perficiendo d. Salutate herodionem cognatum meum natione et religione. 4m est congregatos in fide solidando. d. Salutate eos qui sunt ex narcisi domo. Iste narcisus erat quidam presbiter discurrens per civitates et loca confirmando credentes in fide et fideles pauperes recipiebat hospitio et sic salutat eos tamquam ipsos vel ut hic dicit glo. Tunc erat absens pro confirmatione fidelium propter quod apostolus non nominat ipsum sed illos de sua domo. Salutate triphenam. hic consequenter ponit ex° operationis bone et primo in administratione bonorum corporalium et nominat hic tres matronas que talia exercebant. Erat enim consuetudo apud matronas devotas hoc facere

ut patet in actibus apostolorum et in legendis plurium sanctorum. secundum quod etiam in hoc opere alias precellebat. io dicit de ipsa quod multum laboravit in domino i. amore domini. Salutate. hic ponit ex° bone operationis in administratione bonorum spiritualium d. Salutate rufum qui erat sacerdos propter hoc ad divina ministranda. Et matrem eius carnalem et meam spiritualem. Salutate asincritum. hic ponit ex° concordie nominans plures simul habitantes et concordes caritate ad aliorum imitationem et eadem vero salutat sequentes. d. salutate philologum etc. consequenter ostendit qualiter se debent habere ad alias personas fideles quas non nominaverat dicens. Salutate invicem in osculo sancto. iste mos erat recipiendo fideles et primitiva ecclesia in signum concordie et caritatis. Unde dicit in osculo sancto ad excludendum osculum adulatorum quo absalon osculabatur populum 2. Re. 15° et osculum simulatorum quo ioab osculatus fuit amasiam. 2. Re 20. et osculum proditorum quo iudas osculatus fuit dominum ma. 26. et osculum impudicum. proverbiorum 7. de muliere adultera apprehensumque osculatur iuvenem. rogo autem vos. postquam apostolus proposuit imitanda hic consequenter proponit evitanda et dividitur in duas. quia primo ponit suam exortationem. 2° subiungit salutationes ibi. deus autem pacis. prima adhuc in duas. quia primo ponit exortationem vero sumpta ex parte devitandorum. 2° ex parte devitantium ibi. vestra autem obedientia. Circa primum dicit. Rogo autem vos fratres ut observetis eos diligenter considerando et evitando qui dissentiones i. declinationes a rectitudine fidei et offendicula prebendo aliis occasionem ruine. hec autem faciebant pseudo apostoli quos apostolus monet evitari et consequenter ostendit qualiter possint cognosci quia malum non evitatur nisi cognitum et hoc ostendit ex tribus. s. ex fine quia predicant et docent propter bonum utile et delectabile io dicit. huiusmodi enim xpo domino nostro non serviunt sed suo ventri. 2° ex modo loquendi quia vitia maiorum palpant et eis adulant. io subdit. et per dulces sermones et benedictiones. 3° ex eis

quibus loquitur io subdit. Seducunt corda innocentium. quia simplices primo decipiunt qui talibus facilius acquiescunt et dicuntur hic innocentes non puritate conscientie sed ad effectu industrie. sicut prouerbiorum 14. innocens credit omni uerbo. Vestra autem. hic consequenter hortatur eos rome sumpta occasione ex eorum quod romani dicabant toti mundo et io bona exempla eorum desiderebantur ad omnes partes orbis per nuncios inde romam uenientes propter quod fideles rome manentes magis debebant declinare doctrinam et consortia malorum ut bonum exemplum daret aliis per mundum io dicit. Vestra enim obedientia in fide euangelii in omni loco diuulgata est modo dicto. gaudeo igitur in uobis eo quod bonitas uestra redundat in alias partes orbis. sed uolo uos sapientes esse in bono s. in cognoscendo et operando et simplices in malo s. operando non tamen cognoscendo. quia cognitio mali ut euitetur non solum est bona sed etiam necessaria ad salutem. Deus autem. hic consequenter adiungit auxilium sue orationis et primo in euitandis malis d. deus pacis. s. dator et conseruator. conterit sathan .i. aduersarium nostre salutis. Et secundo in bonis consequendis io subdit gratia domini etc. Salutat. supra posuit apostolus exhortationem ad unitatem in bono. hic consequenter ponit exhortationem ad perseuerandum in bono eorum incepto. ostendens quod multi ualentes de eorum bono gaudebant. propter quod magis perseuerare debebant. dicit ergo. Salutat uos. thimotheus ephesiorum episcopus. unde prima ad thi. i. Sic rogaui te ut remaneres ephesi. glo. ad ordinandam ecclesiam. adiutor meus in predicatione euangelii. et lucius qui fuit comes apostoli in diuinis ut dicit ieronimus et patet ex actibus apostolorum. et iason et sosi et pater cognati mei .i. natione iudei de quibus habetur in actibus Saluto uos ego tercius non est hic. tercius. nomen numerale sed personale notarii pauli. de cuius licentia iste posuit nomen suum in salutatione Salutat uos gaius cum hospes scribit epistolam qui predicatores euuangelii recipiebat. Et io paulus quando ibat illuc ad ipsum declinabat. et uniuersa ecclesia regimini gaii erat subiecta. Salutat uos et erastus archarius ciuitatis. i. princeps eius et sic dictus ab archos quod est princeps. uel aliter et forte melius archarius dicitur. quia erat custos arche publice ubi scripta et apta ciuitatis reponebantur uel uectigalia. et quartus frater non sanguine sed fidei religione. et est hic quartus frater non sanguine sed fide et religione. et est hic quartus nomen personale gratia dei etc. hec dicit ad confirmandum predicta. Ei autem hec est ultima pars epistole s. eius conclusio que diuisa fuit circa prohemium et narrationem a principio in qua concludit apostolus epistolam suam in diuinarum gratiarum actione et hoc concludit ex duobus s. quod uocatio ad fidem est per ipsum et eius confirmatio. et ex hoc quod misterium christi nostris temporibus reuelauit quod ab antiquis temporibus fuit desideratum et ante tempora soli deo cognitum dicit ergo. Ei qui potens est uos confirmare. s. deo uni et trino. sit. supple honor et gloria. quod hic accipitur eo fine huius partis et iterum confirmet consequentibus aliis. iuxta euuangelium meum. s. per predicationem quod tamen est christi. ut auctoritas io subdit et pro id est .i. et predicationem ihesu christi. que predico actorem euuangelii secundum reuelationem misterii .i. sacri secreti redemptoris mei quod in euuangelio reseruatum est. propter quod septuaginta interpretes ibi. ysaye. 9. habet nostra translatio et uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis sic transtulerunt et uocabitur nomen eius magni consilii angelus temporibus eternis taciti. hominibus deo tamen cogniti. dicit autem eternis temporibus quia eternitas qua mensuratur cognitio diuina non apprehenditur a nobis nisi per comparationem ad tempus infinitum. quod nunc patefactum est. s. tempore legis noue. per scripturas prophetarum apostolis reseratus. luce. ultimo. aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas secundum preceptum eterni dei. i. secundum ordinationem eius qua eternaliter disposuit fienda in tempore. ad obeditionem fidei in cunctis gentibus. i. ut cuncte gentes obediant fidei. Cognita

Soli sapienti deo. hoc refertur ad illud qd pdicitur tpribz eternis tacitu. p ihm xpm qui est mediator nr̃e ad reducend nos in deu. Cui. s. xpo. honor q est reuerentia in testimonium virtutis exhibita in xo. ei hoie sunt omes virtutes & carismata. et gloria. que e honor exhibitus alicui coram multis honor aut exhibet coram xo. hoie coram sanctis & angelis. In secula scloꝝ Amen. i. eternaliter. Cuius eterne glorie nos pticipes faciat qui cum patre et spu sancto viuit et regnat in secula seculorum Amen. Explicit expositio magistri Nicolai de lyra sup eplam ad romanos.

Paulus aplus vocatus. Hic incipit scda pars eplaꝝ bti pauli apli in q incipit scribere grecis. in precedenti em epla scripserat romanis latine et diuidit in duas ptes. quia pmo describit aliquibz ecclijs. 2o. specialibz psonis. 2a. ps incipit in p. epla ad thymotheum. p. diuidi i sex ptes scdm numeru ecclia q que patebunt psequendo dno concedente. Circa pm considerand q aplus in epla precedenti comendauerat gram dei p qua iudei et gentiles in vna sunt ecclia coniuncti et per quam debent adinuice obligari gra vero confertur in ecclie sacrametis et io post eplaz ad romanos in qua fit pmo de xpi gram consequenter ponuntur eple ad corinthios in quibz aplus eos instruit de ipis sacramentis et diuidit in duas ptes scdm duas eplas. In pma aplus instruit corinthios de ecclie sacramentis In 2a de sacramentoꝝ ministris. In hac aut epla pma pmittit aplus salutacione. scdo prosequit suam intentione ibi. gras ago. In salutatione vero tria poit. pm est psone salutantis dicens. paulus vocatus aplus. co vero huius nois & modus vocationis sue ad apostolatum ponit. Sup p. c. ad romanos. p voluntate dei. s. p voluntate beneplaciti. Mali vero prelati sunt p eius voluntate signi. q de pmissio inqtu a deo pmittunt in tali officio Et sostenes fr. hunc aut poit aplus in salutacione scdu quia detulerat ad eum defectus corinthioꝝ tamq ad eum qui pdesse poterat et volebat. et ne corinthij crederet ipm sostenem hoc fecisse non ex caritate sed alia causa ideo aplus posuit ipm in salutatione corinthioru tamq obtante salute coꝝ ut p hoc ondeeret q sostenes caritate fraterna motus detulerat ad ipm defectus corinthioꝝ. 2o. ponit apls psonas salutatas dicens. Ecclie dei. i. cgregatiom fideliu. que e corinthi qtu ad fideles in ciuitate habitantes. vocatis sanctis q p gram vocationis diuine ad sanctitate venerant cum omibz qui inuocant nome dni. &c. quantum ad fideles habitantes non solu in ciuitate. s etiam in tota diocesi io subdr. in oim loco ipoꝝ. i. subiecto iurisdictioni epi et alioꝝ illius ecclie ministroꝝ. et nro. p hoc eni q subiciebantur epo ciuitatis no erant exempti a ptate apli. 3o. ponit bona salutaria et optanda. d. gra vobis. in pnti. et pax. i. gloria in futuro in qua pax pficit. q appetitus ibi ptitur sue quietat. recipta me quia hec bona sunt a deo solo sicut actore. io subdr. a deo patre nro q pr est omniu p creatione. s fideliu tm p gre adoptione. et dno ihu xpo. qui est mediator nre salutis. gras ago. hic qnr aplus psequit suam intentionem seu statu eplarem in quo aplo pmo gratias agit de bonis corinthioꝝ. ut libentius recipiat

eius correctionem. 2°. procedit ad eorum instructionem ibi. obsecro autem vos. Circa primum dicit. gratias ago deo meo. licet enim deus sit deus omnium tamen dicitur deus specialiter bonorum per fidem et devotionem semper .i. in omnibus horis michi ad orandum congruis et deputatis pro vobis sicut pro filiis carissimis in gratia dei que data est vobis .i. propter gratiam vobis datam in christo ihesu .i. a plenitudine gratie eius secundum quod dicit Joh. p°. de plenitudine eius omnes accepimus quia in omnibus .s. pertinentibus ad salutem divites facti estis .i. habundantes in illo .i. per illum in omni verbo quia linguis omnibus loquebantur (Tunc enim baptizatis per impositionem manuum apostolorum dabatur donum linguarum ut patet in actibus apostolorum in pluribus locis. vel dicitur. omni verbo. quia habundabat in vobis doctrine. scilicet quia verbum non procedit ordinate nisi procedat ex habitu scientie ideo subdit. et omni scientia .i. intelligentia scripturarum ad salutem pertinentium hoc tamen intelligendum est de maioribus illius ecclesie ad quorum officium spectabat docere. sic testimonium christi .i. secundum concordiam ad eius evangelium quod supple confirmatum est in vobis .i. firmiter radicatum aliter non esset scientia recta si a christi testimonio discordaret. ita ut nichil vobis desit in ulla gratia. et in hoc ostendit eorum perfectionem Expectantibus revelationem domini nostri ihesu christi in die iudicii que revelatio bonos faciet beatos in re. sed expectatio huius revelationis faciet eos beatos in spe. ysaie. 30°. beati omnes qui expectant eum. et ideo de hac expectatione corinthiorum apostolus gratias agit deo. et quia ista expectatio non sit vana sed ex auxilio dei firma subdit. qui confirmavit vos usque in finem sine crimine. sine peccato mortali. quia peccatum veniale non potest etiam a perfectis omnino vitari. In die adventus domini nostri ihesu christi. hoc dicit quia qui sine crimine in die mortis invenitur in die iudicii sine crimine presentabit 2 et predicta confirmat per fidelitatem dei dicens fidelis deus per quem vocati estis .s. ad fidem et sic non deficiet vobis in auxiliando.

ut premiatis ad gloriam. Sed primo hic queritur quomodo apostolus de corinthiis dicat tanta preconia cum statim postea subdat quod inter eos erant scismata. Ad quod dicendum quod illa scismata non erant omnibus communia. sed erant ibi multi boni et litterati et caritate conditi in quibus verificabantur verbum apostoli. Verum dicit infra quod aliqui corinthiorum dicebant ego sum pauli. et sic non faciebant contentionem propter baptisatores. quia totam efficaciam baptismi christo attribuebant. Obsecro. hic consequenter apostolus incipit eos instruere et dividitur in duas. quia primo instruit eos de sacramentis. 2°. de quibusdam aliis. 16. c°. Circa primum sciendum quod in sacramentis tria sunt .s. ipsum sacramentum et res significata et contenta que est gratia. et ipsa res significata non contenta que est resurrectionis gloria. et ideo primo agit de sacramentis 2°. de gratiis. c. 11°. prima adhuc in tres. quia primo agit de pertinentibus ad sacramentum baptismi et cum hoc de modo docendi. eo quod scribitur marci ultimo. docete omnes baptizantes eos 2°. agit de sacramento matrimonii v°. c°. 3°. de sacramento eucaristie. c°. 8°. Circa primum sciendum quod inter corinthios erat dissentio propter baptisatores et doctores. quia baptizati ab uno apostolo preferebant se baptizatis ab alio quasi baptismus haberet efficaciam a ministro aliqui etiam doctrinam philosophorum verbis ornatam reputabant magis efficacem doctrina apostolorum talibus carente. et ideo circa hec duo facit apostolus. quia primo removet contemptorem. 2°. contemptoris causam. c°. 3°. prima in tres. quia ponit primo suam admonitionem. 2°. aperit suam intentionem ibi. significatum est. 3°. admonitionis rationem ibi. divisus est christus. Circa primum admonet eos graciose ut eius admonitio magis reciperetur 2 admonet enim eos humiliter. dicens. obsecro. et non precipio. et caritative. dicens. fratres quod est nomen amoris. et etiam reverenter dicens. per nomen domini nostri ihesu christi. et etiam utiliter quia admonet eos de unitate et concordia servanda inter eos in vita pariter et doctrina. ut idipsum

dicatis omnes etc. Itaque in verbis et factis vestris non appareat aliqua discordia. Sitis autem perfecti in eodem sensu de agendis et eadem sententia de contemplandis. Significatum est. Hic ostendit apostolus aperit sue monitionis intentionem. ad hoc enim monuerat eos de caritate et concordia ut quemenciis arguerent discordiam ipsorum auditam ideo dicit. Significatum est mihi de vobis fratres mei. Caritati eius alloquitur ut eius correptio melius recipiatur. ab hiis qui sunt cloes. secundum aliquos nomen est matrone devote in cuius domo plures fideles manebant. Secundum alios est nomen loci prope corinthum. ubi habitabant fideles de contemptione corinthiorum dolentes et sic primo modo vel secundo. sostenes erat in illa societate a qua fuit missus ex bono zelo hoc denuntiare apostolo. quia contentiones sunt inter vos. Consequenter exponit modum contentionis dicens. hoc autem dico. id est vobis refero quod unusquisque vestrum dicit. Ego quidem sum pauli etc. quilibet enim se nominabat ab illo a quo baptizatus erat quasi baptisma unius essent maioris efficacie quam alterius cum tamen omnes deberent se nominare a xpisto qui solus interius baptizabat secundum quod dicitur. Joh. i. super quem videris spiritum sanctum descendentem et manentem super eum hic est qui baptizat in spiritu sancto. et ideo baptismus non habet efficaciam a ministris sed a solo xpisto. Propter quod ad evitandum errorem corinthiorum fuit introductum in ecclesia cuius quedam pars est graecia in qua est corinthus ut baptizaretur in hac forma. baptizetur id est servus ihesu xpisti. Sed cessante errore ecclesia consuetudinem baptizavit sub hac forma. Ego baptizo te etc. in qua melius exprimitur forma baptismi a xpisto tradita. Mathei ultimo. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris etc. Quia in forma romane ecclesie exprimitur actus baptizantis ministerialis cum dicit baptizo ut videntur verba xpisti sonare. Divisus est xpistus. Hic ostendit apostolus ponit rationem sue monitionis. scilicet quod dissentiones non debent esse inter eos

. i. ex auctoritate consuetudinis humane tan
tum hec dico. s. quod predicatores sumptus habere
debeant apostolos. q. d. ymo cum hoc dicatur dine
legis. scriptum est enim deutero. 24. non al
ligabis os bovi trituranti. i. predicatori labo
ranti in area domini. et quod sibi debeatur principaliter
intelligi oportet. nunquid est cura deo de bobus.
Circa quod sciendum quod licet divina providentia
generaliter se extendat ad omnia quamquam minima
tamen intellectualis licet natura speciali modo

subditur prudentie diuine ministerium habet dominium sui actus et capax est beatitudinis superne et hoc modo non est deo cura de bobus irrationabilibus quia non sunt huiusmodi finis capaces. scilicet aut diuina directiua est in beatitudine supernale. propter quod dicta in veteri testamento sunt ad hoc referenda immediate quantum ad illa que directe loquuntur de futura beatitudine superna vel mediate ministerium corporalia facta veteris testamenti sunt figura nouum secundum quod dicitur .x. secunde omnia in figura contingebant illis et hoc modo preceptum de ore bouis triturantis non alligando fuit figura de victu predicatoribus non denegando ideo subdit. Nam propter nos utique dicit. q. d. immo quia figura est propter ipsum figuratum sicut circulus ante tabernam pendens est propter vinum in cellario repositum quod dicitur in spe. i. in securitate accipiendi sumptus non tamen dicit propter spem quia premium predicatoris non est sumptus temporalis sed fructus eterne beatitudinis reportatur aut hic predicator arantis ministerium aperit corda hominum ad fidem suscipiendam sicut arans terram aperit ad seminis susceptionem et sic triturantis ministerium sua predicatione separat bonos a malis sicut granum a paleis. Si nos. hic ostendit probat apostolus propositum ratione tripliciter. prima est rationabile enim est quod communicanti bona maiora cuiusmodi sunt spiritualia communicentur minora que sunt corporalia. sic ... aut est in proposito quod et hoc est quod dicit. si nos vobis spiritualia seminamus et accipere hic. si pro quia. non magnum est, nisi vestra carnalia metimus. s. bona ad sustentationem carnis necessaria. q. d. non immo est modicum respectu boni quod vobis miseramus. Si alii hic ponitur ad hoc 2a ratio quia pseudo apostoli accipiebant sumptus et multo magis veri accipere poterant. ideo subdit si alii id est pseudo apostoli potestatis vestre. i. bonorum temporalium in potestate vestra constitutum participes sunt inde viuendo quare non nos potius q. d. immo potiore ratione habemus sed non usi sumus hac potestate rationibus supra positis sed quia posset aliquis dicere ideo apostolus sumptus non accepit quia non indiguit ideo remouet hoc dicens

sed omnia sustinemus. s. penuriam et laborem ad acquirendum victum ne aliquod offendiculum. i. impedimentum demus euangelio Christi. i. predicationi euangelii per hoc enim preludebat cum predicando apostolus predicantibus causa lucri temporalis quorum predicatio erat impedimentum veritatis euangelice quia administrabant falsa veris similiter tollerabatur impedimentum veritatis euangelice quia administrabant ... ex parte corinthiorum qui forte erant auari saltem multi propter quod minus libenter recepissent predicatorem apostoli si sumptus ab eis accepissent. Nescitis. hic ponitur 3a ratio quia enim hec est ratio naturalis ut inde quis viuat circa quod laborat. ideo dicit. nescitis q. d. immo quia hoc est notorium quoniam qui in sacrario. i. in templo operantur. s. sacerdotes et ministri que de sacrario sunt edunt. i. habent inde victum hoc enim erat tunc apud iudeos et gentiles. ita et dominus ordinauit etc. ut patet math. 10. de predicatoribus dicit dignus est operarius cibo suo. Non scripsi. hic ostendit apostolus remouet dubium. posset enim aliquis credere quod predicta dixisset apostolus eo quod in delicet acciperet sumptus ideo hoc remouens. et diuiditur in duas partes quia primo. ostendit se nolle uti hac potestate. 2o quia magis vult aliis seruire ibi. nam cum liber. Circa primum dicit. non scripsi aut hec de potestate accipiendi sumptus ut ita fiant in me. i. ut accipiat et subdit rationem d. bonum est mihi magis mori. i. minus malum est hoc minus malum respectu maioris habet rationem eligibilis boni quam ut gloriam meam. i. mercedem quia expecto de predicatore euangelii sine sumptuositatibus predictis quis euacuet q. d. hoc esset mihi malum maximum nam et si euangelizauero. i. euangelium predicauero sumptus accipiendo. non est mihi gloria. i. non supererogo sed tamen impleo preceptum mihi iniunctum. ideo subdit necessitas enim mihi incumbit ex precepto dei. Ve enim mihi est si non euangelizauero ex omissione precepti si autem volens hoc ago mercedem habeo in quantum deo obedio. si aut inuitus sicut balaam benedicebat populo israel numeri 20. dispensatio

michi credita ē .i. aliqui pfitiosȝ no ex m̄ sit
et ꝓphetie balaam pfecerūt alijs ȝ non sibi.
que ē ergo mea merces .s. ex bono sup erogā
tionis in pdicatione euuāgelij respondet ut
euuāgeliū pdicans sumptus non accipiēdo
Sine sumptu ponā euuāgeliū ꝑ hoc pcludens
viam falsis ꝓphetis ⁊ condescendes corinthijs
ut pdictū est io subdē. et non abutar ptate
mea aperiendo viam falsis apostolis et pre
cauendo corinthijs si sūptus accipere qꝛ tūc
falsi apli audaciꝰ sūptꝰ acciperet ⁊ frequēcius
pdicaret innitentes verbis falsā qd ē abuti
pdicatione euuāgelica. ⁊ hoc est quod dicit a
plius. ut nō abutar. ⁊c̄ .i. non dem occasionē
alijs abutendi. accipe enī sumptus erat licitū
sibi ut pȝ ꝑ dicta se abstinere erat sup ero
gationis. Nam cū liber. hic qn̄ ondit se omībꝫ
velle suire ⁊ condescendere tn̄ absqȝ pcō ut
omēs possit inducē ad salutem d. nam cū lib'
essem ex omnibus .i. nullꝰ hoīs merito obli
gatꝰ oīm me sum feci omībꝫ gratis pdicādo
et eorū infirmitatibꝫ condescendendo et factꝰ
sum iudeis iudeus legalia obsuando ut pote thi
motheū circumcidēdo. act. 16°. et in templo cū
alijs iudeis se purificando. act. 21°. Circa ob
suationē vero legaliū distinguit augꝰ tria
tempora. pmū fuit a tpē legis date usqȝ ad mor
tem xpi. et tunc illa obsuatio cadebat sub pcepto
iudeis tm̄ quibus lex fuit data. 2m ē a tpē
euuāgelij publicati. et deinceps qȝ tūc illa ob
suatio fuit mortifera qꝛ declarata est eorū
cessatio. 3m vero tpus fuit intermediū a
passione xpi usqȝ ad publicatōeȝ euuangelij et
isto tpē poterant cerimonialia obsuari a
quersis de iudaysmo ita tn̄ qꝫ nō ponerent
ibi fidem. Credendo qꝫ sine tali obsuatione
fides xpi non sufficeret ad salutem. ⁊ hoc mō
paulus qui de iudaysmo erat quersus illo tpē
legalia legitime obsuasse. hijs que sub lege
sunt .i. samaritanis et saduceis qui quīqȝ
libros moysi tm̄ recipiebant qui ꝓprie dicit̄
lex apud hebreos. qn̄ sub lege essent condesce
dendo eis quantū poterat. tamē licitū. hijs
qui sine lege erant .i. gentilibꝫ qui legem

scriptam non habebat tamqȝ sine lege essent.
concedendo eis qd tn̄ abhominabile videbatur
iudeis legem tenētibꝫ cum sine lege dei non
essent tenebat enī legem moysi qntū ad mora
lia que manet in lege noua in qua erat
paulus io subdē. ȝ in lege erā xpi ⁊c̄. sequit̄
et factus sum infirmꝰ infirmis abstinēdo
a cibis licitis ad vitandū scandalū infirmorum
ut patet ex supradictis et ut omēs status
includat subdit omībꝫ omnia factus sum oībꝫ
quantū possum licite qdescendēdo ⁊ tamē ad hoc
motiua ondit̄ dicens omīa facio ꝓp euuāgeliū
ut currat sine impedimēto et pticeps eius
efficiar .i. pmissionū eiꝰ .s. gra in pntī ⁊ glīe
in futuro q pmittunt in euuāgelio ⁊ tem par
ticeps eiꝰ .i. meritorū recipientiū euuāgelium
ꝑ meā pdicatōeȝ nescitis postqȝ aplus induxit
corinthios ad pfectionē sui ipsius exō hic qnē
idem facit exō currentiū in stadio et agonizātū
in qcertō qui omīa sui cursus ⁊ agonis im
peditiua solicite deuitant Et omīa pmotiua
diligenter procurant vita vero pns est quedam
agonizacio contra insultus temptationū ⁊
qudam cursus ad beatitudinis brauiū dicit̄
igr̄ currest nescit ⁊c̄. q. d. vmo qꝛ hoc ē no
toriū Sȝ vnus accepit brauiū qn̄ dicat vnꝰ
ē pauci de multis accipiūt brauiū eterne fe
licitatis qui fideliter et pseuerantere currūt
ꝑ opa caritatis mȝ. 20°. multi sunt vocati pau
ci vero electi ꝓp quod concludit sic currite fi
deliter et pseuerantere ut comprehendamꝰ
brauiū eterne vite qn̄ ponit exm de agoni
zantibꝫ d. omīs aut̄ qui in agone contendit
ut habeat victoriā ab omnibus se abstinet que
impediunt ipam et illi quidam ut corruptibile
⁊c̄ q. d. si faciūt hoc ꝓp temporale pmiū multo
magis debemꝰ hoc facere ꝓpter eternū abstinēdo
ab omnibus impedimētis nře salutis et exer
cendo nos in omībꝫ pmotiuis et exercendo nos
io concludit de se ipo. Ego igitur sic curro
ꝑ viam caritatis nō qsi in incertū. certus erat
de sua beatitudine futura ꝑ diuina reuelati
one 2. ad thimotheū. 4°. reposita est michi
corona iusticie ⁊c̄. sic pugno nō tēptatores

non qui aerem verberans .i. non inaniter. sicut
ille qui aerem percutit. sed castigo cor
pus meum reprimendo carnis stimulum. et in
servitutem redigo .s. rationis recte cui vires sen
sitive debent obedire. ne forte cum aliis predica
verim eos inducendo ad opera perfectioris ipse
reprobus efficiar per incautelam meam contra temp
tationes. licet enim sciret se esse de numero electorum
ut predictum est tamen non debebat omittere aliqua
de contingentibus ad salutem consequendam. Quia
sicut sub dei predestinatione cadit talem esse
salvandum. ita etiam cadunt media per que
consecuturus est salutem scilicet per opera talia virtu
tum et huiusmodi propter quod dicitur magis satagite
ut per bona opera certam vocationem vestram et electionem
faciatis.

X

Nolo enim vos ignorare. Postquam
apostolus circa participationem mense
ydolorum conclusit datam ab ali
quibus occasione. hic consequenter ex
cludit ipsam participationem. et dividitur in duas
partes quia primo declarat punitionem participantium
2o. ex hoc concludit propositum ibi propter quod. Circa
primum sciendum quod in exitu de egypto deus multa
beneficia contulit populo israel ut patet in exo. et libro
numerorum et tamen multi tot beneficiorum ingrati
declinaverunt ad participationem mense ydolorum
ut patet exo. 32o. Sedit populus manducare et
bibere .s. de sacrificatis vitulo conflatili et postea
ydolo belphegor numeri. 24o. propter que et aliorum
peccata fuerunt graviter puniti sicut ergo predic
a pabulo quia quod prius beneficia dicta recolerit. 2o.
punitionem ingratorum ostendit ibi. Sed non in plu
ribus. 3o. ex dictis cautelam nobis reddit ibi. Itaque
Circa primum dicit. Nolo enim vos ignorare fratres.
ymo diligenter attendere quoniam patres nostri de egypto
exeuntes omnes tam boni quam mali sub nube fu
erunt eos protegente contra estum per diem. exo. 13o.
et omnes mare transierunt exo. 14o. et omnes
in moyse .i. in ducatu moysi baptizati sunt
in nube et in mari. figuraliter tamen quia transitus
ille maris et proteptio nubis figura fuerunt
sacramenti baptismalis. Et omnes eandem escam
spiritualem manducaverunt .s. manna. exo. 16o.

que dicitur esca spiritualis quia non virtute nature sed
divine potentie fuit data et quia fuit figura
sacramenti eucaristie quod spiritualiter nutrit. Et
omnes eundem potum spiritualem biberunt .s. aquam
de petra eductam virtute divina exo. 17o. ideo
dicitur potus spiritualis cum dicitur. bibebant de spirituali
.i. potum datum spirituali virtute consequente eos petra
.i. obsequente eorum desiderio virtute divina hoc
presentante dicitur etiam spiritualis quia figurabat aqua que
per christum emanavit. ideo subditur petra autem erat christus
.s. figurative eo modo loquendo quo ymago
hercolis hercoles nominatur. Sed non in plu
ribus. hic consequenter ostendit punitionem ingratorum
dicens. sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo
quasi dicat. licet beneficia ista corporalia fuerunt omnibus
communia non tamen iustificavit gratia quod declarat per
effectum dicens. nam prostrati sunt in deserto
.s. multi eorum horribili morte in signum
ire divine ut patet de exploratoribus numeri. 14o.
et de chore et sequacibus numeri. 16o. Hec
autem in figura facta sunt nostri .s. quod sicut quamvis
puniemur si de beneficiis dei in lege nova
collatis ingrati fuerimus ad peccata revertentes.
ideo subditur ut non simus concupiscentes malorum
etc. et patet littera usque ibi. Quemadmodum scriptum est
exo. 32o. Sedit populus manducare et bibere
in veneratione vituli fabricati et surrex
erunt ludere .i. ydolatrare quia in veneratione
ydoli cantabant in choro neque fornicemur
sicut quidam ex ipsis cum mulieribus madianitis ut
habetur numeri. 24o. et ceciderunt una die. 23.
milia nec est contra illud numeri. 24o. ubi
dicitur quod ceciderunt. 24. milia quia minor numerus
includitur in maiori et ideo quod est de maiori
est de minori etiam est de numero neque temp
temus christum sicut quidam eorum temptaverunt exo.
17o. temptantes enim deum temptaverunt christum
secundum deitatem quia sic fuit tempore veteris tes
tamenti et etiam ante secula propter quod dicit apostolus hebre.
13o. ihesus christus heri et hodie .i. veteris ac novi
testamenti tempore ipse et in secula .i. in eter
nitate. et a serpentibus perierunt numeri. 21o.
neque murmuraveritis contra dominum sicut quidam
eorum murmuraverunt. ut patet in exodo

et libro numeri in plurib locis et perierunt ab exterminatore .i. ab angelo eos percutiente extra terminos terre promissionis. Hec autem omnia in figura contingebant illis .i. ad significandum quod simile vel gravius fiet nobis si fuerimus similes eis ideo subdit. Scripta sunt autem ad correctionem nostram. dicitur enim vulgariter quod pulchre se castigat qui ex alterius casu se emendat. in quos fines seculorum devenerunt hoc potest dupliciter exponi. Uno modo ut si quos referatur ad homines novi testamenti quod tempus dicitur esse finis mundi quia non succedet alia lex legi nove. et sic dicitur i. Jo. 2° c. novissima hora est. Est igitur sensus. scripta sunt autem ad correctionem nostram in quos fines seculorum devenerunt .i. in nos qui sumus in ultima etate seculi propter quod ex pugnationibus precedentibus debemus corrigi. alio modo potest exponi. ita quod li quos referatur ad tempus v. te. et nuncupatur cum hoc nomine finis et sic est sensus. scripta sunt autem ad correctionem nostram. s. antiquorum punitiones. in quos fines seculorum devenerunt .i. ut attendamus qualiter per diversa tempora peccatores vitam presentem miserabiliter finierunt propter peccata sua. Itaque. hic ostendit ex predictis cautos nos reddit. d. Itaque qui se existimat stare in deo per bona opera et benedicit existimat quod nescit homo utrum amore vel odio dignus sit. potest tamen de hoc habere aliquam coniecturam videat ne cadat ad impulsum temptationis et propter defectum humane fragilitatis ideo subdit. temptatio vos non apprehendat .i. non ducat vos in consensu et operatione. temptari enim non est malum. sed est virtutis exercitium si temptationi viriliter resistatur. propter quod in persona viri perfecti dicitur ps. 25°. proba me domine et tempta me. nisi humana .i. illa temptatio que non potest vitari totaliter ab homine in vita presenti. s. de peccato veniali. quod autem temptationi ad peccatum mortale ducenti valeat homo resistere cum adiutorio dei ostendit dicens. fidelis autem deus in promissis implendis qui non patietur vos temptari supra id quod potestis si fideliter renitamini ad ipsum ideo subdit. Sed faciet etiam cum temptatione proventum vos tamen quod promisit adiutorium in temptationibus positis

liter adiuvans ut ipsa temptatio nobis proveniat ad augmentum meriti per eius superationem ideo subditur ut possitis sustinere .i. temptationibus prevalere. propter quod carissimi. hic ostendit ex dictis concludit propositum scilicet quod participatio mense ydolorum est fugienda. et dividitur in duas partes quia primo facit propositum 2° ostendit qualiter ymolatio ydolis sit vitandum ibi. omnia. Circa primum facit talem rationem illud per quod separamur a corpore christi mistico et coniungimur diabolo est summe fugiendum. sed participatio mense ydolorum est huiusmodi ergo est fugienda huius rationis primo ponit conclusionem d. fugite ab ydolorum cultura non solum vitando ydolatrie actum sed etiam eius occasiones. Ut prudentibus. hic ostendit ponit dicte rationis virtute ostendens primo quod per participationem mense domini christo incorporamur 2° quod per participationem mense ydolorum ab eo separamur ibi. quid ergo. 3° quod per hoc penam incurrimus ibi. an emulemur. Circa primum captat benivolentiam audientium ut eius dicta recipiant. d. prudentibus loquor et quod tales sunt de dictis iudicare ideo subdit. Vos ipsi iudicate que dico .i. considerate veritatem eorum que sequuntur. Calix. hic accipitur continens pro contento in calice benedictionis quia per dei benedictionem consecratur. cum quod percipientes eum devote benedictionem dei per augmentum gratie consequuntur. cui benedicimus nos sacerdotes quia licet consecratio ista fiat sola divina virtute. tamen sacerdotes proferunt consecrationis verba tamen non in propria persona. sed in persona christi. Et quia in hoc eius sunt ministri .i. ideo pro tanto dicuntur benedicere seu consecrare. Nonne communicatio sanguinis christi est .q. d. sic. Circa quod sciendum quod eucaristie sacramentum est quoddam spirituale nutrimentum. et ideo fit sub duplici specie s. potus et cibi quod utrumque requiritur ad rationem nutrimenti perfecti tamen istud nutrimentum corporale nutrimentum convertitur in nutritum. Sed hoc nutrimentum spirituale convertit in se nutritum unde dicit aug. In persona huius nutrimenti. cibus sum grandium. non me immutabis in te. sed tu mutaberis in me quod huius sacramenti perceptio percipientem incorporat ipsi christo. et ideo perceptio huius calicis est communicatio sanguinis christi.

spirituale contrario modo se habet ad nutrimentum corporale. quia

et ideo subditur de corpore et panis quem frangimus ad dandum fidelibus licet enim non remaneat ibi substantia panis sed tamen eius accidentia nominatur tamen panis propter eius species remanentes nonne participatio corporis domini est q.d. sic, modo predicto. ideo subditur quoniam unus panis et unum corpus multi sumus etc. propter hoc dicit quod Christo incorporamur in hoc sacramento efficimur panis ipsius quemadmodo et unum corpus in ipso videte hic quoniam declarat quod dictum est per exemplum de veteri lege acceptum in qua sacerdotes de hostiis oblatis in altari vivientes dicebantur participes altaris et hoc est quod dicit videte Israel secundum carnem id est secundum observancias veteris legis que apud Hebreos dicuntur iustitie carnis Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris q.d. sic. et ex hoc concludit a simili quod percipientes corpus et sanguinem Christi efficiuntur participes ipsius modo dicto quid ergo. hic quoniam ostendit quod per participationem mense ydolorum efficiuntur homines participes demoniorum et per consequens a deo separantur dicit ergo quid ergo dico quod ydolis ymolatum sit aliquid etc. id est quod oblatum ydolis ex hoc contrahat aliquam sanctificationem vel immunditiam vel quod ydolum sit aliquid q.d. non dico hoc sed magis contrarium ut patet ex supradictis capitulo 8. sed que ymmolant gentes etc. id est sed dico quod ymolata ydolis a gentibus ymolantur demonibus tum quia demones ad hoc inducebant tum quia in ydolis responsa dabant et non deo scilicet vero quod tamen extimabant errone gentiles ydola colentes propter quod ydolum nichil est ut ostensum est supra capitulo 8. licet materia ydoli sit res aliqua et etiam demon / nolo autem vos fieri socios demoniorum ydolis ymolando vel ymolata in veneratione ydoli comedendo vel etiam comedendo indiscrete infirmos fideles scandalizando ut supra dictum est capitulo 8. vel etiam gentiles per talem comestionem in errore suo confirmando ut postea magis exprimitur. non potestis calicem domini bibere scilicet digne quod unit nos Christo et calicem demoniorum aliquo dictorum modorum in quibus est mortale peccatum separans nos a Christo. ideo subditur non potestis mense domini participes esse per augmentum gratie quod est defectus

sacramenti eucaristie et mense demoniorum per cuius participationem incurritur mortale peccatum gratie corruptivum. an emulamur. hic quoniam ponitur huius participationis pena cum dicitur an emulamur dominum id est provocamus eum ad iram per talem participationem q.d. sic quia separamur a deo et coniungimur eius adversario scilicet diabolo et quoniam ira est appetitus vindicte ideo per hoc incurrimus penam a deo inferendam et si dicatur poterimus eam evadere. hoc quoniam excludit dicens. numquid fortiores illo sumus. q.d. non quia virtutis est infinite et sic nos poterimus ei resistere. Omnia. hic quoniam ostendit qualiter ymolatum ydolis sit utendum et dividitur in duas partes quia primo quod dictum est facit. 2º quasdam conclusiones inducit ibi sive ergo. prima adhuc in duas partes quia primo ostendit qualiter sit utendum coram infirmis fidelibus 2º coram gentilibus ibi. si quis vocat sicut patet ex dictis 8. capitulo comedere ydolatita non est illicitum de natura rei tamen illicitum est comedere cum scandalo infirmorum. et hoc est quod dicit apostolus. omnia mihi licent id est ydolatitum comedere est mihi licitum de se. sed non omnia expediunt mihi ad salutem sed magis impediunt eam ut potest si manducavero ydolatita infirmum scienter scandalizando quia hoc includit contemptum superne salutis quod est contra caritatem proximi. omnia mihi licent. id est cibaria in lege prohibita sunt mihi licita. sed non omnia hedificant scilicet proximum ad salutem. sed magis dehedificat alius enim in primitiva ecclesia conversi de iudaismo et adhuc infirmi scandalizabantur de tali comestione propter quod in eorum primitia erat saltem ad tempus abstinendum a talibus / ideo subditur nemo quod suum est querat id est quod sibi placitum est in talibus. sed quod alterius / abstinendo ad vitandum scandalum ipsius / et quoniam ostendit qualiter ydolatitum comedere sit licitum dicens. omne quod in macello venit id est venditur coram hominibus manducate tamquam licitum ex se verumptamen quia potest fieri illicitum propter scandalum infirmorum ideo subditur. nichil interrogantes. scilicet utrum ymolatum sit ydolis an non propter conscientiam fratris astantis infirmi ut dicit glosa qui scandalizaretur

ydolatum ex tali comestione credendo quod fieret in veneratione ydoli si comederetur ydolatum post talem certificationem sed quod ante possit comedi licite probat auctoritate ps. 23. Domini est terra et plenitudo eius i. omnia alia terram implentia et per consequens que de se sunt munda quia nichil Domini est immundum nec immunditiam contrahit per ydolum. Si quis. Hic consequenter ostendit quomodo vtendi sit ydolatiis coram gentibus d. si quis vocat vos infidelium ad cenam ex alia familiaritate vel amicitia licita et vultis ire q. d. vobis licet quia non presumitur quod ex tali vocatione velit vos ad infidelitatem suam trahere ymo frequenter factum est quod frenati sic vocati trahebant vocantes ad fidem. Omne quod vobis apponitur manducate tamquam vobis licitum quia potest fieri per actum illicitum. Ideo subdit. Quod si dixerit hoc ymmolatum est ydolis nolite manducare propter illum qui indicavit qui crederet vos comedere in veneratione ydoli sic ipsi. Et propter conscientiam et cetera tuus dicens conscientiam autem dico non tuam quia tu scis cibum de se licitum loquitur enim apostolus talia scientibus unde supra dixit ut prudentibus loquor et cetera. Sed alterius s. gentilis indicantis illud ymmolatum esse ydolis vel assistentis mirantis quod putat in lege christiana talia comedere. Gloriabitur infidelis super peccatore et firmabitur in illa maxime quod (?) an-
...to subdit. Vt quid enim libertas mea iudicatur q. d. non est racionabile quod ego sic abutar libertate comedendi etiam quia per hoc iudicarer a gentibus comedere sicut ydolatre. Si ego cum gratia percipio i. comedere possim talia cum gratiarum actione in secreto quid blasfemor i. quare me expono blasphemiis gentilium iudicantium me ydolatrum comedendo coram eis pro eo quod gratias ago i. pro comestione quam possum licite facere cum gratiarum actione in eorum absentia q. d. merito reprehensibilis essem si talibus iudiciis infidelium ut blasphemiis me exponerem. Siue ergo. Hic ex predictis infert duas conclusiones prima est respectu dei cum dicit. Siue ergo manducatis siue bibitis quod immediate pertinet ad sustentationem corporis vel aliud quid facitis quantum ad negotia vobis contingentia omnia in gloriam dei facite. Tota enim creatura ordinatur ad deum sicut exercitus ad ducem ut habetur 12 methaphisice. Exercitus autem bene ordinatus primo et principaliter debet querere gloriam conditoris sicut etiam videmus quod manus naturaliter se exponit abscisioni pro conseruatione capitis. Secundam ponens eius bonum proximo suo bono sine offensione. Hic ponit secundam conclusionem que est respectu proximi d. sine offensione estote iudeis i. manentibus in iudaismo et gentilibus i. in gentilitate permanentibus et ecclesie dei i. condescendendo omnibus quantum potest fieri sine peccato quia per talem condescensionem conuersi ex illis et illis in fide magis stabiliuntur et non conuersi ad fidem attrahuntur. Et ad propositum se ponit in exemplum dicens sicut et ego et cetera. Sic subdit rationem dicens non querens quod utile mihi est i. proprium bonum sed commune quia quantum bonum commune tanto diuinius et considerabilius et maxime respectu ultimi finis consequendi quod est in proposito. Ideo sequitur ut salui fiant eternaliter.

XI

Imitatores mei. Postquam apostolus removit a fidelibus illud quod est contrarium eucharistie sacro s. participationem mense ydolorum. Hic consequenter eos instruit de sacro eucharistie. Circa quod primo ponit quoddam preambulum. Secundo [...] accedit ad propositum declarandum ibi. Volo autem. Prima in duas quia primo ponit quandam generalem monitionem. Secundo circa hoc corinthiorum dispositionem ibi. Laudo autem. Circa primum sciendum quod inferiora naturaliter imitantur superiora et in hoc consistit perfectio eorum. Primum autem exemplum et imitationem ut cum a deo est filius Joh. i. omnia per ipsum facta sunt. Propter quod omnium perfectio in imitatione huius exemplaris est. Et quia non poterat a nobis videri in sua deitate factus est homo ut nobis hominibus humanitatem prebuerit exemplar visibile et

sicut deitatis eius exemplar. imitantur primo angeli et secundo cetere creature. sic humanitatis exemplar primo prelatis ecclesie proponitur imitando Joh. 13. exemplum dedi vobis ut quemadmodum ego feci. ita et vos faciatis. hoc enim dictum fuit apostolis quorum successores sunt episcopi 21. di. c. in novo testamento. 2°. prelati Christi hoc exemplo informati proponunt fidelibus in exemplum. ideo dicit apostolus imitatores mei estote qui sicut apostolus ut supra dictum est 9. c. sic et ego quo quia subditi non tenentur prelatis obedire in quantum deviat a Christo. laudo vos. hic ponitur secunda dispositio corinthiorum circa dicta monitorum inter quos erant aliqui boni dolentes de contentionibus aliorum ut dictum est supra et secundum hoc verbum apostoli intelligitur dictum seriose cum dicit. laudo autem vos fratres quod per omnia mei memores estis. Exempla mea fideliter imitando et sicut tradidi precepta mea tenetis humiliter obediendo illi autem erant contentiosi et male ordinati et secundum hoc verbum apostoli intelligitur ironice cuius sensus litteralis accipiendus est per contrarium. sicut sensus parabole per simile. et sic est sensus. laudo vos etc. i. vitupero vos quia nec imitamini me in exemplis nec preceptis meis obeditis et hoc secundo modo exponit glossa cui consonare magis videtur sequens littera. volo autem. hic incipit apostolus accedit ad propositum docendo corinthios de sacramento eucaristie et dividitur in tres partes. quia primo redarguit errores eorum circa huius sacramenti celebritatem secundo declarat huius sacramenti dignitatem ibi. ego enim. 3°. docet ritum convenientem ibi. Itaque fratres. prima adhuc in tres quia reprehendit errorem corinthiorum circa habitum. 2°. circa convictum ibi. hoc autem precipio. 3°. contra cibum ibi. convenientibus vobis. prima adhuc in duas quia primo ponit quoddam documentum ex quo reprehensio sequens sumitur. 2°. modo subditur ibi. omnis autem vir. Circa primum ponit triplicem comparationem prima est hominis ad Christum qui est caput hominum. ideo homines comparantur ad ipsum sicut membra ad caput

et hoc triplici ratione prima accipitur ex perfectione quia sicut in capite sunt omnes sensus solo tactu existente in aliis partibus sic in Christo est gratie plenitudo. Joh 1°. vidimus eum quasi unigenitum a patre plenum gratie et veritatis. In aliis autem hominibus sunt gratie singulares sicut dicitur 1°. Cor. 12. alii per spiritum datur sermo sapientie alii sermo scientie etc. secunda accipitur ex eminentia quia sicut caput supereminet ceteris membris sic Christus supereminet non solum hominibus sed etiam angelis ephe. i. constituens eum ad dexteram suam in celestibus supra omne principatum et potestatem etc. 3a. accipitur ex influentia quia sicut caput influit ceteris membris sensum et motum corporalem sic Christus influit ceteris membris ecclesie sensum motum et ecclesie sensum et motum gratie. coloss. 2. Caput ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones subministratum est. 4°. accipitur ex conformitate in natura quia habet caput ad membra et similiter Christus homo ad homines. phil. 2. in similitudinem hominum factus etc. et hoc est quod dicitur. volo autem vos scire fratres etc. quod omnis viri caput Christus est. secunda comparatio est hominis ad hominem quia simili modo vir est caput mulieris primo ratione perfectionis quia vir est perfectus ratione corporis. femina enim est mas occasionatus ut dicit philosophus libro de generatione animalium et est etiam perfectior ratione anime quia vigor rationis magis viget in viro quam in muliere. secundo ratione supereminentie viri mulieri dicitur. gen. 3. sub viri potestate eris. 3°. ratione influentie tum quia vir regit mulierem tum quia in generatione vir habet virtutem activam mulier vero passivam. 4°. ratione conformitatis in natura quia vir et mulier non differunt specie ideo dicitur. caput autem mulieris vir. tertia comparatio est Christi ad deum patrem qui similiter est caput filii secundum deitatem excepta prima ratione assumpta ex perfectione. non enim est pater perfectior filio verumptamen est principium filii et sic habet quandam eminentiam in quantum non est ex alio influit etiam quodammodo in filium

inquantum quodcumque habet filius habet a patre nascendo
sunt etiam non solum similes in natura sed
etiam unum distincti tamen in persona. si vero
capiatur comparatio secundum quantitatem sic deus
est caput christi suo modo secundum quatuor conditiones pre-
missas quia deus est perfectionis infinite, christus
in quantum homo finite, supereminet etiam deus christo
in quantum homini ut creator creature influit
etiam ei plenitudinem gratie, et est etiam ibi similitudo
nature inquantum humana natura est ad yma-
ginem dei facta. gen. i. faciamus hominem ad y-
maginem et similitudinem nostram. et ideo subditur capud
vero christi deus. omnis autem. premisso documento hic
consequenter subditur monitio. circa quod primo ponitur ex illo do-
cumento et dividitur in duas partes quia primo
ponitur monitio ex parte viri. secundo ex parte mu-
lieris ibi omnis autem mulier. Circa primum
considerandum quod vir assistens iudici aut debet
dignitatem suam preferre deo aut qui iudex est
hominum assistit homo dupliciter. uno modo orando
quia tunc humana refert ad deum. alio modo prophetan-
do et tunc divina refert ad homines et accipiendo
hoc prophetare prout est quedam revelata divinitus
aliis refert ad hedificationem ecclesie unde super
illud prophetans. dicit glossa. i. scripturas referens
quod est intelligendum quando hoc fit in persona ecclesie
et similiter intelligendum est de oratione. isti vero actus
exerceri debent capite non velato quia per hoc desi-
gnatur quod exercens immediate subest deo. quia inter
caput suum et celum non est velamentum medium
sic nec inter ecclesiam et deum. ideo dicitur omnis autem
vir orans in persona ecclesie ut sacerdos consecrans
aut prophetans epistolam vel evangelium seu lectionem
in choro referens vel aliquid huiusmodi velato ca-
pite deturpat caput suum. i. indecenter exercet
talem actum. sicut turpitudo corporalis consurgit
ex inordinatione membrorum. nec obstat pre-
dictis quod aliqui decenter orant cooperto capite
in secreto vel ut singulares persone quia talis
cooperto fit ad maiorem mentis quietudinem.
apostolus enim hic loquitur de oratione facta publice
et in persona totius ecclesie. et eadem ratione ea que dicuntur
in ecclesia a tota multitudine sicut psalmi qui
possunt convenienter cantari velato capite.

Quia verbum apostoli intelligitur quando aliquid ab uno
cantatur quasi singularis se deputante in persona
ecclesie similiter predicans vel docens in scolis recitans
sacra scriptura ut loquens in persona propria ideo ca-
pite cooperto potest convenienter facere talia. omnis
autem. hic consequenter ponitur monitionem ex parte mulieris
et dividitur in tres partes. quia primo quod dictum est facit.
secundo ad hoc probationem inducit ibi. unum est. Tercio
iudicium auditoribus committit. ibi. vos ipsi iudi-
cate. Circa primum dicit. omnis autem mulier orans
aut prophetans non velato capite deturpat caput
suum. i. indecenter exercet talem actum ut pre-
dictum est de capitis deturpatione. sed contra hoc quod
dicitur. i. thimo. ii. docere autem mulieri non per-
mitto quid ergo pertinet ad illam orare aut
prophetare. dicendum quod apostolus intelligit hic de orationibus
et informationibus quas mulieres religiose in suis
collegiis faciunt que fierent indecenter capite
non velato. unum enim est. hic consequenter ad probationem
dicti inducit triplicem rationem. prima sumitur
per comparationem ad naturam humanam ad cuius evi-
dentiam considerandum quod natura ceteris animalibus
providit sufficienter de auxiliis ad vitam con-
servandam. ut de cornibus. unguibus. et de huiusmodi
ad sui defensionem. de corio duro, pilis plumis
et huiusmodi contra aeris iniuriam. hoc autem non potuit
facere homini propter complexionis teneritatem.
quia natura humana non est determinata ad unum
sicut est natura brutorum. dedit tamen sibi talia imperfecta
per excogitationem rationis et operationem manuum
perficienda. sicut natura dedit homini capillos
ad tegumentum capitis. sed quia hoc tegumentum
est insufficiens addit aliud perficiens per artem
requiritur. eadem ratione videtur de tegumento capitis na-
turali et artificiali. naturale autem est mulieri
quod comam nutriat, habet enim ad hoc dispositionem
ex humiditate nature, que maior est in mulie-
ribus quam in viris. propter quod quedam inclinatio naturalis
inest mulieribus ad nutritionem come. propter quod com-
muniter accidit quod mulieres plus student ad hoc quam
viri, ex quo sequitur convenientius esse mulieres uti
velamine capitis artificiali quam viros, ideo deturpat
caput suum si non vellet. et hoc est quod dicit
unum est enim si decalvetur. i. eiusdem rationis est

inquirementis ac si velamine nali pruaretur q. d. si abicit velamen artificiale pari rōe abiciat naturale. Nec ob stat q̄ sanctimoniales tondent. hoc em̄ fit in signum q̄ immediate xp̄o desponsate a subiectione viri liberantur. Concludit propositum d. si vero turpe ē mulieri tonderi aut decaluari vellet caput suum q. d. q̄z hoc est turpe nisi in illis q̄ xp̄o desponsant ut dc̄m ē indecens ē q̄ sit sine capitis velamine. Vir quidē. hic ponit .2ª. rō q̄ accipit ex comparatione viri ad deum et est rō talis. vir est gloria dei mulier vero gloria viri. gloria vero dei est reuelanda. gloria aut hominum occultanda pp̄ q̄ decens ē caput mulieris velari non aut viri. primā parē huius rōnis ponitur cū dicit vir quidē non debet velare caput suum quia ymago ē et gloria dei est em̄ ymago dei imperfecta tn̄ q̄z in alia nā. sicut ymago regis in cera uel alia materia. filius aut regis ē ymago eius pfecta. et similiter solus filius dei ē ymago patris pfecta q̄z in eadē nā. vir aut imperfecta. pp̄ q̄ magis proprie dicit est ad ymaginē dei q̄ eius ymago ē etiam gloria dei. gloria em̄ a claritate dicitur q̄i quedam claritas. et nota ē in p̄. si em̄ accipitur claritas dei qua habet in se vir nō est gloria dei s̄ magis eius. si aut accipiatur claritas dei .i. ab ipso deriuata. sic homo ē gloria dei q̄z claritas intellectus humani que magis viget in viro q̄ in muliere deriuat a claritate dei s̄m illud ps. 4º. Signatum ē sup nos lumē vultus tui dne. Cōn ponit parē 2ª. cum dē. Mulier aut est gloria viri. non dicit ē ymago viri ad designandum q̄z tā vir q̄ mulier immediate sunt ad ymaginē dei s̄dm naturā intellectualem. vir tn̄ pfectius ut dictu est. s̄z dicit q̄ ē gloria viri q̄z deriuata ē a viro. gen. 2º. hec vocabitur virago quia de viro suo sumpta ē. io subdē. non em̄ ꝛc. Et qr̄ idem ondit ex fine cum dē. Etem̄ non est creatus vir propter mulierē sed e cōuso facta est in adiutoriū viri. gen 2º. ꝛ sic naliter est signum subiectionis pp̄ quod concludē. io debet mulier ꝛc. pp̄ angelos. hic ponit 3ª. rō. ꝛ s̄dō

certa pducta remouet dubitacio ibi verumptamen. hec aut rō tertia q̄ sumit p comparatione ad angelos celibus fidelium assistentibus s̄m illud ps. c. 37. In conspectu angelorum psallam tibi pp̄ quod viri ꝛ mulieres ibi decenter se debet habere p reuerentia angelorum. alio m̄ p̄t exponi ut sacerdotes dicunt hic angeli s̄dm illud malachi 2º. labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem ex ore eius requirent angelus dn̄i em̄ exercituum est pp̄ quod debent mulieres orare velate ne ex aspectu non velatarum ad concupiscentiam prouocentur. Verumptamen. hic remouet quoddam dubium circa pducta. Ex hoc em̄ q̄ dixit. q̄ vir est gloria dei. et mulier gloria viri. posset aliquis dicere q̄ mulieres sunt impertinentes ad gloriam finalem. io hoc remouet p hoc q̄ finalis consumatio que est p gratiam et gloriam correspondet p̄ rerum pductioni pp̄ q̄ vir ꝛ mulier simul ptinet ad finalē cōsumationē p gloriā sicut ad primā rerum pductionē. et hoc est q̄d dē. Verumptamen. nec vir sine muliere ꝛc. i. vterque ptinet ad gloriam ꝛ gratiam que sunt a dn̄o. ps. 83. gratiam gloriam dabit dns. nam sic mulier de viro primo facta est. gen. 2º. ita et vir p mulierē postea processit p naturalem generationē. omnia aut ex deo s. procedunt tamquam ex principio effectiuo et in ipso quiescunt sic in fine vltio. Vos aut. hic consequenter concludit apostolus iudicium eius q̄ dixit auditoribus rōnabilibus et diuidē in duas ptes q̄z primo quod dictū ē facit. 2º. contentiosos reprimit ibi. si quis aut. Circa p̄m dicit vos aut iudicate s̄dm rectum iudicium rationis. decet mulierē non velatam orare deum q̄i dicat nō. io subdē. nec ipsa natura docet vos q̄ debeat sic orari. nā vero ē quoddam dei artificiatum ꝛ io dicit in cognitione artis diuine sic artificiatum hois in cognitione artis humane. Videmus aut q̄ mulier habet inclinationē naturalē ad comā nutriendā. q̄z ad hoc studet diligenter. nō sic aut viri. io dicit. q̄ si vir comā nutriat ignominia est illi. q̄ p hoc reputatur mollis et feminatus. vnde dicit poeta. sint procul a nob iuuenes ꝛ femina

topti. mulier vero si coma nutriat gloria est illi quia data est ei ad ornatum. io subdit quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. verumtamen quia hoc est imperfectum adducit aliud per artificium ut dictum est. Si quis autem hic ergo superbos reprimit. d. si quis dicit videtur contentiosus solo clamore volens contrarium asserere s. quod mulieres sine velamine debeat orare sufficiat tibi dicere quod sequitur. nos s. quere si de videas talem consuetudinem non habemus quod orent capite non velato neque ecclesia dei s. de gentilibus collecta et hec sufficere debent ne aliquis agat contra totam ecclesie consuetudinem quia sicut dicit aug. ad cassulanum in omnibus in quibus nichil certi diffinit scriptura sacra mos populi dei et instituta maiorum pro lege sunt tenenda hoc autem precipio postquam apostolus reprehendit corinthios in celebritate sacramenti eucharistie circa habitum. hic consequenter reprehendit eos circa conductum quia in hoc aliqui inordinate se habebant. dicit igitur. hoc autem precipio quod sequitur. non laudans i. exprimens quod non in melius sed in deterius convenitis ad ecclesiam ubi debet esse perceptio sacri eucharistie et hoc est contra rationem cuiuslibet congregationis videmus enim quod animalia eiusdem speciei et etiam aves congregantur ad invicem propter melius s. propter maiorem securitatem plus educatorum et mutuam consolationem. Sic civitas que est hominum congregatio est propter melius s. propter securitatem et indigentie mutue relevationem propter diversa artificia. indiget homo victu et vestitu et armis et doctrina et similibus in quibus non sufficit unum artificium sed multa requiruntur. et sic congregatio fidelium in ecclesia debet esse propter melius in spiritualibus aliter esset reprobanda. secundum quod dicitur ysa. i. iniqui sunt cetus vestri kalendas vestras et solempnitates vestras odivit anima mea etc. Hoc erat in corinthiis io subdit primum malum inter vos unde oritur contentio et alia mala. et in parte credo. dicit in parte quia aliqui corinthiorum erant ad hoc primum non tamen omnes nam oportet et hereses esse. i. utile est non per se

|| primum quidem etc. i. dissensio est.

Sed quia heresis est mala simpliciter nec ex parte hominum sed ex parte dei ordinatur in bonum qui sicut dicit aug. in enchiridio a deo omnipotente et bono quod non sineret mala fieri nisi ex eis eliceret maiora bona. sicut ex persecutione tirannorum eluxit patientia martyrum sic est in proposito heresis enim in dei potentia dupliciter ordinatur ad bonum primo quia ex hoc veritas fidei magis elucidatur nam argumentis hereticorum fideles excitantur ad scrutandum plenius illa que sunt ad fidei defensionem et ad querendum talia per orationem a deo. secundo quia per hereticorum persecutionem examinantur et probantur fideles sicut aurum in fornace et hoc est quod dicitur. ut qui probati sunt. i. approbati a deo. manifesti fiant in vobis per distinctionem eorum ab aliis et ex similibus causis dicit salvator mt. 18. necesse enim est ut veniant scandala convenientibus ergo hic consequenter arguit apostolus corinthios de hoc quod male se habebant circa sacramentum eucharistie quantum ad cibum quia aliqui eorum prandium sumebant corpus christi sumentes accipientes ex hoc quod christus post cenam hoc sacramentum instituit et discipulis dedit quod tunc fuit rationabile quia ibi debet incipere veritas ubi cessavit figura. fuit ymolatio agni esum christus rationabiliter instituit hoc sacramentum. 2o ut ex loco constitutionis huius sacri corpus reret ad passionem cuius memoriale est hoc sacramentum. 3o ut hoc firmius maneret impressum cordibus discipulorum quod ultimo eis tradebatur sed postea rationabiliter statuit ecclesia in reverentia tanti sacri quod non sumatur nisi a ieiunis non solum ieiunio ecclesie sed etiam nature quod solvitur per omne illud quod sumitur per modum cibi et potus sive per se nutriat ut corpus mixtum sive etiam cum alio. sicut aqua pura dies autem incipit a media nocte io qui post mediam noctem aliquid sumpserit dicto modo redditur non ydoneus ad sumendum hoc sacramentum infirmi tamen ab hoc excusantur dicit ergo convenientibus vobis in unum ad percipiendum eucharistie sacramentum. Iam non est dominicam cenam manducare. i. Iam non licet vobis. et subdit causam cum dicit unusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum cum sumptionem

H. huius sacramenti figura

pascal. et io post illius agni

sacri pparabant em sibi sua cibaria et por
tabant ad eccliam comedētes anteq assumerent
sacramentū et sic diuites laute comedebāt et bi
bebant pauperes aut esuriebant io dicit et
alius quid esurit etc in hoc etiā erat contēpt9
ecclie q̄ consecrata ē diuinis officiis ppter qd nō est
talibus applicanda io dicit nunquid domos nō
habetis ad manducand et bibend .i. domos nō
consecratas in quibus debent exerceri talia co
muna aut ecclesiā dei contēpnitis ibi attipit
aut pro certe q. d. certitudinale est in hoc cō
tēpt9 ecclie et confunditis eos qui nō habent
.s. paupes nō diuites quid comederent honeste corā
tanta multitudine. Quid dicam vobis sup hoc
facti laudo vos ad hoc vnde in hoc nō laudo
ymo vitupero minus em dicendo plus significat
Ego enim post q apłus reprehendit errores coꝛinthi
orum circa eucaristie celebritatē hic com
mendat huius sacri dignitatē et diuidit in duas
ptes quia pmo quod dictū est facit 2o. fideles
ad reuerenter sumendū hoc sacrm inducit
ibi. Itaq etc. Circa pm9 pmittit autoritatē ei9
qd dictur9 ē qr nō fantastice ue humana
psumptione confectū ē sz a dnō reuelatū et hoc
est qd dic. Ego em accepi a dnō in reuelante
qd et tradidi uobis. cōme ondt in institucione
quoad opus .d. qm dns ihc. circa que sciend
q sicut in vita corpali pmo ē gnātio. 2o.
geniti nutritio sic in vita spuali pcedit bap9
qui ē spual gnātio. et sequit eucaristia q
ē spualis nutrio in generatione naturali
generans nō coniūgit genito sm subaz sz solū
sdm virtutē in nutricione vero cibus coniūgit
nutito sm subaz et silr in vita spuali xp9
in sacro baptismi solum ē sdm virtutem
sz in sacro eucaristie qd alimentū spuale ē
sm subaz cōtinet Cuit ibi xpus sub specie
panis et vini ne fidelibus esset horribile si car
ne huāna et carne sumeret in ppria specie
et ne infidelibus esset derisione et ut meritū
hoīm augmentet credentiū q sub specbus
panis et vini verū corpus xpi et sanguis cō
tineant dat etiā hoc sacrm sub dupli spē
.s. panis et vini ut p hoc pfecta spual refectō

designetur et quia est memoriale passiois
xpi in qua sanguis fuit sepat9 a carne
pp qd p tangitur institucō huius sacri pm
ad corpus sine carne. 2o. qm ad sanguine
ibi. similr et calice. Circa pm dicit qm
dns nr ihus xp9 qui ē institutor sacroꝝ
et non alius in qua nocte tradebatur ut sic
post institutoē huius sacri iret ad passione
vos pducta accepit pane ut p hoc designaret
se voluntarie ire ad passionē cuius hoc sacrm
ē memoriale et grās agens ut doceret nos
in omnibus deo grās agere fregit nō anteq
verba consecrationis pferret sz post vnde
qd dr hic fregit anticipado dr q consecrauit
sicut et nos nam et sacerdos nō pfert vba
consecratois in psona ppa sz in psona xpi. mt
26. dr. accepit panem et bndixit etc de q
bndictione aplus mentione nō facit quia
mattheus p illam nichil aliud intellexit
qm plationē verboꝝ .s. hoc ē corpus meū
sciendū etiam q cum dicit fregit nō ē in
telligend q corpus suū fregerit qr nō est
i sacro frangibili modo sed fregit spēs panis re
manentes et dixit accipite et manducate
in hoc tangitur vsus huius sacri qd a fide
libus sumitur ut xpo pauguimentū gre magis
incorporet. hoc est corpus meū ista sunt
consecrationis verba et est sensus hoc est
corpus meū .i. est contentū sub illis spēbus
panis est vere corpus meū qd fit diuina virtute
p cōusione subē panis in verū corpus xpi. solis
accidentibus remanentibus qd fit diuinitus
ne caro xpi sub ppa spē qd videretur horrend
a fidelibus sumeretur qd aut diuina virtus
hoc agere possit declaratur agentia enim
creata q materia psupponit suba manente
trāsmutat accidentia exteriora in accide
tali mutatione silr manete materia trās
mutat forē subalē in generatione agens
vero diuinū materia nō psupponit cum sit
eius effectus io vnū cōpositū ex materia
et forma ex subantiale cōuertere pt in aliud
accidentibus remanentibus diuina vtute sub
sistentia eis dante hec aut cōuersio fit subito

in fine prolationis verborum que tunc habent sensum perfectum et effectum. Efficiunt enim quod figurant. Unde considerandum quod hoc sacramentum perficitur in consecratione materie non in usu, propter alia vero sacramenta non perficiuntur in consecratione materie sed in usu. Sicut baptismus et confirmatio non perficiuntur in benedictione aque et crismatis sed in ablutione et unctione cum determinatis verborum formis. Hoc facite in meam commemorationem quia sacramentum hoc est memoriale dominice passionis. Similiter. Hic secundo agitur de institutione sacramenti eucaristie quantum ad sanguinem quia sicut Christus convertit panem in corpus suum ita et vinum in sanguinem. Utrumque enim est de perfectione huius sacramenti tum quia utrumque simul significat perfectam refectionem. Nec est intelligendum quod iste due consecrationes scilicet panis et vini mutuo se expectent ut dixerunt aliqui quod post consecrationem panis immediate ante consecrationem vini ostendit sacerdos populo ostiam adorandam quod non fieret nisi verum corpus Christi ibi esset verumptamen non est ibi verum corpus Christi sine sanguine quia corpus est ibi ex vi consecrationis sanguis autem ex concomitantia reali sicut deitas et anima. Si vero in triduo mortis Christi quando sanguis erat effusus a corpore et anima separata aliquis apostolorum panem consecrasset non fuisset tunc ibi sanguis vel anima tamen fuisset ibi deitas que semper erat cum corpore quia numquam dimisit quod assumpsit. Dicit igitur apostolus Similiter et calicem id est vinum in calice contentum consecravit in sanguinem suum postquam cenavit. In quo tangitur circumstantia institutionis hora none supradicta. Dicens hic calix id est contentum in hoc calice novum testamentum est. Vetus enim testamentum promittebat corporalia bona novum autem promittit spiritualia de quo predixit Jeremias 31. Ecce dies veniunt dicit dominus et feriam domui Israel et domui Juda fedus novum non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris etc. In meo sanguine. Vetus enim testamentum fuit confirmatum per aspersionem sanguinis victime brutalis ut habetur Exodo 24. Novum vero testamentum fuit consecratum confirmatum sanguine Christi effuso ut deducit apostolus Hebreorum 9 capitulo per hoc ostendens

in fide & moribus ideo subdit. Quoniam id quod
vobis deerat ad pfectum boni ipsi suppleuerunt
& quia de hoc pfectu gaudebat aplus subdit
refecerunt enim & meum spm gaudio spuali
& vrm ex pfectu boni ideo concludit. Cog
noscite igitur qui eiusmodi sunt. eos de
bite reuerendo. Salutant hic vltio. hic
ponitur salutatio & primo ponit aplus aliorum
salutationem d. salutant vos &c. & post bea
tissimos excepto aquila & prisca recesserant
enim de corintho cum aplo ut habetur act. 18.
propter quod in hac salutatione corinthios spialiter
exprimuntur. Salutate inuicem in osculo sco
exponatur sicut ii. Ro. vltio. 2o ponit sa
lutationem suam d. salutatio mea manu
pauli. hoc enim ponebat in fine eplarum suarum
manu propria subscriptum ne illi quibus scribebat
deciperentur a falsis aplis sub nomine pauli
falsam doctrinam scribentibus. vltimo imprecatur
maledictionem obstinatis in malo d.
Si quis non amat dnm nrm ihm xpm
sit anathema .i. excommunicatus & a fidelibus
separatus maranatha. sic enim debet scribi
sunt enim due dictiones. & prima valet in
latino dns nr. secunda idem quod venit. sed propter
ignorantiam pronunciantis & longitudinem
temporis due dictiones iuncte sunt simul.

et ultima hec pars prime dictionis est sub metaphora
est igitur sensus. si quis non amat dominum nostrum
ihesum christum negando eum esse vere dominum relinquitur
sit anathema. et subdit cum maranatha. i.
quod dominus noster venit. i. ihesus christus venit in mundum
qui est verus deus et dominus omnium et vocem apostoli
hic specialiter dicit contra iudeos obstinatos qui
asserunt verum christum adhuc non venisse. quando
apostolus imprecatur benedictionem benedictionis dicens
Gratia domini nostri ihesu christi vobiscum usque in fine
Caritas mea cum omnibus vobis. i. eadem
caritate vos invicem diligite qua diligo
vos et quia hec dilectio non est carnalis
sed spiritualis et a deo ideo subdit. In christo ihesu
Amen. Confirmatio est dicte benedictionis
in christo. Cui est honor et gloria in secula se
culorum Amen. Explicit expositio prime e
pistole ad corinthios. Sequitur expositio
secunde epistole ad corinthios

I

Paulus apostolus et cetera.
Postquam apostolus scripsit
sit corinthiis
instruens eos de
sacramentis ecclesie
in epistola prima
hic querit scribit
eis de misteriis
ecclesie in epistola secunda cuius ratio fuit.
quod post predicatorem apostoli receperunt
pseudo apostolos quos aliqui verba
plus preferebant propter quod apostolus scribit
commendans veros apostolos et eorum
doctrinam et vituperat falsos et eorum
falsitatem. Et dividitur hec epistola in
duas partes. scilicet in salutationem et nar
rationem que incipit ibi benedictus. Circa primum
ponuntur persone salutantes cum dicitur paulus apostolus
exponatur sicut ... per voluntatem dei
i. eius electionem ut habetur actuum 14. Et
thimotheus frater. hic adiungit apostolus in sa
lutatione sua ne corinthii crederent ipsum
retulisse aliqua mala de ipsis apostolo cum

transferat per eos post primam apostoli epistolam missam
ut habetur in fine illius epistole. quando ponuntur
persone salutate cum dicitur. ecclesie dei. i. congre
gationi fidelium que est corinthi civitate
metropoli. 3° ponit optata bona gratia
vobis. in primis quod est principium omnium bonorum meritorum
et pax in futura felicitate quietans totum
appetitum a deo patre meo. i. a tota trinitate
et domino ihesu christo. a tota enim trinitate proveniunt
nobis dicta bona mediante christi incarna
tione. Benedictus premissa salutatione // post benedictionem
hic ponitur narratio epistole in qua sic procedit
apostolus quia primo excitat corinthiorum attentionem
ibi. 2° ponit suam excusationem ibi. Et
hac confidentia. 3° suam prosequitur suam
intentionem 3° c. Prima adhuc in duas
quia primo excitat attentionem recitando que
in generali 2° magis in speciali ibi. Nolo enim
volumus. Circa primum sciendum quod benivolentia
redduntur auctores attenti propter quod apostolus cap
tat eorum benivolentiam ostendendo quod quicquid
facit ad utilitatem vestram facit. et ideo primo uti
litatem ex ipso eius preeminente declarat. 2°
rationem huius allegat ibi. quoniam sicut habundat
dicit ergo. benedictus deus. i. gratias ago sibi dicere
enim dei est facere. ps. 32°. dixit et facta sunt.
dicere vero nostrum non est facere. et ideo quando deus
benedicit nobis aliquod donum nobis tribuit
Sed quando deum benedicimus nichil ei accrescit
sed solum sibi gratias agimus. d. igitur benedictus deus
i. tota trinitas et pater. i. persona patris domini
nostri ihesu christi in quo exprimitur persona filii et
quo intelligitur simul persona spiritus sancti qui
sit nexus amborum; pater misericordiarum auferens
a nobis omnem miseriam et deus totius consolationis
conferens nobis bonum totaliter quietativum
mentis. s. scilicet ipsum qui consolatur nos in omni
tribulatione nostra. alias eruendo et alias
penitus permittendo et patientiam tribuendo quod
frequenter est melius et expediens magis
quam erui a tribulatione temporali sed quia talem
consolationem dedit deus apostolo non solum per se sed
et pro aliorum utilitate sicut dedit lumen soli
non solum ut ipse sibi luceat sed etiam ut

alia illuminet ideo subdit ut possimus et ipsi
consolari verbo et exemplo eos qui in omni
pressura sunt per exortationem etc. i. proponendo
eis premium eternum sicut a deo est nobis promissum
et exponendo eis scripturas inducentes ad
tollerantiam passionum sicut a deo sunt nobis
revelate. Quoniam sicut habundat. hic quomodo alle
gat sui dicti rationem. et quod dixerat. s. quod con
solationem a deo recepit in suis tribulationibus
et quod hoc cedebat ad utilitatem fidelium. ideo primo
persuadet primum dicens. quoniam sicut habundant pas
siones christi i. tribulationes que in capite christo
inceperunt. in nobis s. apostolis ad quos a
capite derivate sunt. Ita habundat conso
latio mea. propter quod dicitur ps. 93. Secundum multitudi
nem dolorum meorum consolationes tue letificaverunt
animam meam et hoc est valde racionabile. Con
persuadet secundum dicens. Sive autem tribulamur
pro vestra exortatione et salute i. hoc cedit
ad utilitatem vestram inquantum exemplo mei ad tolle
randum patienter tribulationes debitis animari
Sive consolamur etc. hoc similiter cedit ad con
solationem vestram inquantum habetis eiusdem boni
promissionem. Sive exhortamur a deo per internam
revelationem pro vestra exortatione et salute. Ex
hoc enim vos magis instruimus ideo subdit. que
operatur i. quia exortatio a nobis proposita vobis operatur
tolleranciam i. reddit vos fortiores ad tollera
rantia passionum earundem quas et nos patimur.
Exhortatio enim que fit verbo et facto efficacior
est quia pacientia discipuli firmat spem ma
gistri de stabilitate eius in bono et consecutione
premii. ideo subdit. Ut spes mea firma sit pro
vobis. q. d. ex tollerancia enim vestra firmiter
speramus quod premium beatitudinis consequemini
propter quod subdit. Scientes non certitudine e
vidente sed adherentie. quoniam sicut socii pas
sionum estis in presenti. Sic eritis et consola
tionum in futuro. non enim. hic quomodo captat
benivolentiam recitando quedam in speciali.
et primo recitat persecutionem quandam sibi fac
tam et consolationem a deo sibi datam et secundo
prosequitur huius consolationis causam ibi.
Nam gloria. Illa vero tribulatio fuit exci

tata contra paulum apud ephesum per
quendam argentarium ut habetur act. 19. de qua dicit
hic. Non enim vos volumus ignorare fratres de tri
bulatione nostra qua vobis erit patientie ma
teria que facta est in asia in qua est ephesus.
quoniam supra modum gravati sumus i. supra modum
humanum. supra virtutem s. naturalem. Sed contra
hoc videtur esse quod dicitur prima cor. 10. Fidelis deus
qui non patietur vos temptari supra id quod
potestis etc. Dicendum quod duplex est virtus sive
potestas s. nature et gratie. Supra virtutem vero
nature saltem de communi cursu bene per
mittit deus aliquando fideles temptari sed tunc
dat virtutem gratie ad posse sustinere et sic
loquitur apostolus i. cor. 10. unde ibidem statim
subdit sed faciet cum temptatione proventum
ut possitis sustinere ita ut tederet nos etiam
vivere propter pondus enim tribulationis aliquando per
longatio vite redditur tediosa. Sed contra hoc
videtur quod dicitur Jacobi primo. Omne gaudium existima
te vos fratres cum in temptationes varias inci
deritis etc. Dicendum quod tribulatio secundum se con
siderata odibilis est et tediosa et sic loquitur
hic apostolus in comparatione tamen ad finem est ioc[un]
da utpote ad consecutionem beatitudinis ordi
nata. math. 5. beati qui persecutionem patiuntur
propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum sic
medicina amara propter consecutionem sanitatis
est amanda. Sed ipsi in nobis ipsis responsum
mortis habuimus i. firmam opinionem mori
endi tunc ut non simus confidentes in nobis
i. in virtute propria. sed in deo qui suscitat mor
tuos etc. q. d. idem reputo ac si nos a mor
tuis suscitasset et ad hoc eripiet in futuro
adversitatibus et vobis etc. i. non solum fiet hoc
ex merito nostro. sed etiam ex merito vestrarum
orationum pro nobis ut ex multarum personis i. ex
personis multarum conditionum secundum etatem statum
et sexum. ex hoc enim quod deus dat beneficium alicui
ad preces multorum non solum obligatur ad
gratias agendum deo ille qui beneficium recipit sed
etiam omnibus per quorum orationes hoc fit propter quod
deus alicui dat aliquid ad preces multorum ut
omnes obligentur ad gratiarum actiones quod etiam

redit in bonu omi. eius q in nobis est donati
onis ze vt pro bnficio nob collato p plurib mltoz
multi gras agant deo. Nam gl'ia nra. hic
gnr ponit ca dicte gsolationis que accipit ex
parte consolati. 7 diuid in duas ptes. na hic
ca p poit. 2o. testimoniu ad hoc inducit. ibi.
non alia scribimg. Circa p'm sciend q cosola
cio apli consistebat in firma spe diuini aux
ilij ut pz ex dictis talis aut spes causat in
homie ex hoc q viuit sm dictame gsctie pure
7 recte qd faciebat aplus io dic. Nam gl'ia zc
q.d. io sentire gfido de diuino auxilio p testio
gsctie pprie q remurmurat malo interig et
de ppria bonitate q congaudet bono et huic
testimonio debet homo magis credere de bona
ppetate q hominu qui vident tm exteriora
contra illos qui reputant se bonos ex hoc q
ab alijs laudet. q in simplicitate q'm ad recti
tudine intentionis 7 sinceritate q'm ad boni
tatem opis in se q duo requirut ad bonitate
actus. s. q sit bonu ex genre 7 ex finis inte
tione dei. hoc addit q talia non habet homo
a se ipso s3 a deo 7 ad que dz ista referre. et no
in sapia carnalia. no intendo terrene sapiete
s3 gre diuine. Conuersati sumg in hoc mudo
i. inter homies habundantig aut ad vos hoc
dicit aplus q illis pdicauerat absq3 hoc q ac
cipet ab eis sumptus ut hz infra. xi. c. q's tn
accepat ab alijs. Non alia. hic gnr inducit
ad hoc testio'm corinthioz qui p experientiam
scire poterant dictu apli verum ee ex sua co
uersatione inter eos et p eplam p'g missam
io dic. Non ei alia scribimg vob q que legiste
in epla a me prius missa 7 cognouistis expi
endo quersatione meam. spero aut q us3 in
finem cognoscetis. i. pfecte sicut 7 cognouiste
nos ex pte. i. impfecte hoc dicit q recepert
pseudo aplos quos aliqui eoru veris aplis co
pabat tamen aplus sperat de bono fine. s. q per
fecte cognoscent simplicitate 7 sinceritatem
suam 7 alioz vere xpi discipulor eam appro
bando 7 ad hoc subdit roem dicens. na gloria
vra sumg. inqm p pdicatione mam cu ad
iutorio dei ad gloriam pducemini. 7 vos nra.

q p pdicatione qua vobis facimg glie pmiu
expectamg. in die dni nri ihu xpi. i. in die
iudicij que sua dr quia tunc voluntate suam
faciet omes generaliter iudicando Et hac co
fidencia postq aplus captauit corinthiorum
beniuolencia ad excitand eoz attetione. hic
gnr ponit suam excusatione 7 diuid in duas
ptes q p excusatio ponit. 2o. eius explicatio
subd 2o. c. Prima ad huc in tres ptes quia
pmo recitat suam pmissione. 2o. poit sup hoc
siu accusatione ibi. cum aut volui. 3o. subdit
excusatione ibi. fidelis deus. Circa p'm sciend
q in pmitiua epla missa corinthijs ab aplo
qua tame non habemg pmiserat aplus corinthijs
eos visitare anq intraret macedonia et
iteru p eos reuerti de macedonia. postq vero
in. 2a. epla qua habemg 7 est apud nos. pa.
vltimo c scripsit q prius iret in macedonia
q corinthu 7 sic videbatur pme pmissioni
contrarie ppter qd dicit. Et hac confidencia.
i. quia satis puritate mee qusationis cog
nouistis. 7 glia mea estis in hoc inspu con
fidens. Volui primo venire ad vos anq in
trare macedonia ut sc'daz gram haberetis
a me. s. gram visitationis paternal post graz
pdicationis tpre vre qusionis. hic est ordo pme
pmissionis cui dr gcius ordo sde. Cu aut.
hic gnr sup hoc ponit accusatione corin
thioz contra se q'e aliqui dicebant ipsum
mutasse pposi'm circa dictu pmissum ex animi
leuitate alij vero q hoc fecerat ex carnali af
fectione ppter quod dicit. Cum ergo hoc vo
luissem. nuquid leuitate vsus sum mutando
ppo'm ut in inpoitis. aut que cogito sdm car
nem cogito. i. ex affectu carnali. ut sit apud
me est 7 no. i. duplicitas 7 falsitas ut aliq
vim coestimat. fidelis deus. hic gnr ponit
suam excusatione. et diuidit in duas ptes
q p excludit causam falsam. 2o. asserit
veram ibi. Ego aut. Prima ad huc in duas
quia duplici roe ondit se no fecisse ex aliqua
duplicitate seu falsitate et accipit pma ro
ex officio pdicandi sibi a deo inposito cu quo
non stat talis duplicitas seu falsitas. sed

requirit omnimode veritas quia tale officium
imponitur a deo qui est ipsa veritas per essentiam
et hoc est quod dicit. Fidelis autem deus a quo sum
apostolus institutus. Quia sermo noster fuit apud
vos et ab ipso derivatur non est in illo est et non
id est aliqua fallacia. dei enim filius ihesus christus qui est
via veritas et vita. Jo. 14. qui in vobis per vos
nos predicatus est veraciter. per me et silvanum
iste est qui vocatur silas act. 15. et thymotheum
non fuit in illo s. in christo est et non id est ali
qua duplicitas. Sed est in illo fuit. quia
omnes promissiones patribus factas a deo fideliter
adimplevit. io. et per ipsum dicimus amen deo id est
fideliter confitendo eius fidelitatem ad gloriam
nostram quam per ipsum consecuti estis certitudina
liter. nisi fuerat defectus in vobis. Qui autem
confirmat vos. hic ponit 2a. [illegible] que accipit
ex [illegible] dicti officii. nam predicando loquebatur
ex spirituali motore spiritus sancti. Mt. 10. c. Non
enim vos estis qui loquimini. sed spiritus patris vestri qui
loquitur in vobis et hoc modo non potest homo
mentiri. licet hoc possit quando loquitur ex seipso
et hoc est quod dicit. qui autem confirmat nos
vobiscum in christo. s. spiritus sanctus qui unxit me
[illegible] in capite et quod unxit
nos gratia sua. Et qui signavit nos signo cru
cis in baptismo et confirmatione. et dedit
pignus spiritus in cordibus vestris de [illegible] pignorum
duo sunt s. quod tantum valeant [illegible] res ipsa
cuius est pignus 2o. quod non habeatur res cuius
est pignus nisi in spe. sic de presenti spiritus sanctus
est pignus in sanctis beatitudinis eterne. equalis ei
est bonitatis rei quam expectamus in futuro que
est ipsa trinitas eadem enim bonitas que
est in una persona quam in tribus et supplendum
est quod homo loquens ex spiritu sancto inhabitatione
et motore ut sic non potest falsum dicere. Ego autem
dicit testem. hic quarto ponit causam veram
quare non veneat secundum promissi formam et con
firmat dictum duplici iuramento s. attestationis
d. Ego testem deum invoco et execrationis ibi.
In animam meam. id est in periculum anime mee. quod parcens
vobis non veni ultra corinthum id est postquam a vobis
discessi. dicit autem. parcens vobis. fuerant enim

eos pro tunc male corrigibiles et sic ex
adventu suo ad corrigendum potuisset oriri inter
eos seditio et magnum periculum. Non quia dominamur.
hoc dicit apostolus quia possit aliquis de corinthiis
dicere quod apostolus loqueretur nimis dominative
dicendo parcens vobis. quasi dicat. non dixi hoc ut dominus
vester sed ut coadiutorio gaudii vestri quod expectatis.
quia fide statis. s. immobiles in veritate catholica
et non ex coactione aliqua.

II

Statui autem. Postquam apostolus
posuit excusationem suam
hic quarto explicat eam expri
mendo duplicem causam propter
quam non veneat corinthum secundum formam prime
promissionis. Secunda ponitur ibi. Cum autem
venissem. prima causa est quia sicut dictum est time
bat ne ex suo adventu peius evenisset quod expli
cat duplex primo in generali 2o magis in
speciali ibi. Si quis dicit. Circa primum sciendum
quod sicut dictum est apostolus timuit ne eius adven
tus esset inutilis immo nocivus eis dicta
et sic habuisset tristitia sine utilitate propter quod
tunc disposuit non venire sed magis scribere
epistolam premissam revocans eos ad penitentiam
ut sic inveniret eos ad correctionem dispo
sitos inveniret et sic materia gaudii ex
penitentia ipsorum haberet per quod patet quod dilatio sui
adventus fuit valde racionabilis et hoc est quod
dicit. Statui autem. id est firmiter disposui. hoc ipsum
apud me tunc ad vos non venire personaliter
sed magis scriberem ne iterum in tristitia tam
ex parte mea quam vestra venirem ad vos vos prec
dicta. Si enim ego contristor vos corripiendo
indispositos. Et quis est qui me letificet.
quasi dicat. existens apud vos consolari non possum
nisi a vobis tristatus aut non per alium
letificare io subdit. nisi qui contristatur
ex me. id est vos prime contristati si tunc venissem
quod non fieret sed magis e contrario. Et hoc ipsum
scripsi vobis ut non cum venero tristitiam
super tristitiam habeam. sicut enim primus contristatus
de peccato eorum et secundo magis contristatus fuisset
de incorrigibilitate eorum de quibus oportuerat

me gaudere inveniendo vos penitentes confido
in omnibus vobis .i. hoc vobis scribo confidens
quod sit vos disponetis per penitentiam quod habebo inde
gaudium materiam quia gaudium meum omnium vestrum
est .i. consurgit de bono omnium vestrum. Nam ex
multa tribulatione et angustia. angustia
vero proprie est in mente ex qua redundat tri
bulatio carnis in corpore et utrumque contige
rat apostolo ex corinthiorum peccato ideo subdit. scrip
si vobis. revocans vos ad penitentiam per multas
lacrimas a me fusas pro expiatione peccati vestri
et quia aliquis posset credere quia hoc scri
beret ad eorum confusionem et tristitiam ideo hoc
removet dicens. non ut contristem simpliciter hoc
scripsi sed ut sciatis quam caritatem habeam
erga omnes fideles habundantius in vobis
quia illos quos traxit ad fidem ut patet ex
supradictis propter quod magis zelabat pro eis et
loquitur sic apostolus ut magis moveantur a
more quam timore. Si quis autem. hic consequenter
ponitur causa sue tristitie in speciali de quodam
qui eum contristaverat scilicet ille enormis for
nicator qui uxorem patris sui habebat ut ha
betur .i. cor. 4. Et dividitur in duas partes
quia primo ostendit qualiter eum contristavit. 2°
de pena eius agit ibi. sufficit illi. Circa
primum dicit. Si quis autem contristaverit me.
et accipitur hic si pro quia ille nepharius
eum contristaverat. non me contristavit
scilicet totaliter sed ex parte .i. secundum quid. Est enim duplex
tristitia una que absorbet et deicit rationem
et ista secundum apostolum non cadit in sapiente
nec fuit in apostolo alia quam aliquantulum turbat
rationem quando quis contristatur de malo alterius et
hoc fuit in apostolo tamen quia letabatur de bonis a
liorum ideo subdit. ut non onerem omnes vos
imponendo vobis omnibus hoc onus scilicet quod
contristaveritis me. nam multi vestrum me leti
ficaverunt ex sua bona conversatione. sufficit.
hic consequenter apostolus agit de pena illius et quia
pene medicine sunt contra morbum peccati ideo
securius est remittere de pena debita quam
eam agravare sicut securius est viro debili
dari medicinam quam minus fortem propter quod dicit

suum. 4° ethicorum quod epieikeia est diminutiva
penarum et sic facit hic apostolus et ad hoc alios
inducit dicens. sufficit illi qui eiusmodi est scilicet dicto
fornicatori obiurgatio hec que fit a pluribus
.i. que est tam manifesta sicut est separatio a
communitate per excommunicationem quod factum fuit
de illo fornicatore quia traditus fuit sathane
ad affligendum ad horam ut habetur .i. cor. 4° si enim
diutius corrigeretur posset desperare quod est pessimum
ideo subdit. Ita ut econtrario magis donetis aliquid
remittendo de pena debita propter periculum despera
tionis. Et consolemini. iniungentes eorum ex
quia sustinendo penam pro suis peccatis patienter
consecuti sunt dei gratiam et aliquando maiorem quam haberent
ante lapsum. Ne forte habundantiori tristitia
absorbeatur per desperationem ut dictum est propter quod
obsecro vos ut confirmetis in illum caritatem
vestram ostendendo ei signa caritatis. ideo enim et
scripsi simpliciter vobis ista ut cognoscam experi
mentum vestrum .i. experientiam facti vestri. an
in omnibus obedientes sitis. hoc dicit quia prius man
daverat ipsum puniri et obedierunt. et modo
mandat aliquid de pena remitti quod si faciant
apparebit eorum obedientia perfecta et quod debebant
hoc facere ostendit dicens cui autem aliquid donas
tis et ego etc. quando ei ipsi remiserant aliquam
penam debitam alicui et rogaverant etiam
apostolum ut ipse remitteret ipse acquievit peti
tioni eorum tamen cum districtione ideo subdit. ideo in
persona christi qui non potest errare quia aliquando remit
tere non expedit honori christi. et etiam ut non
circumveniamur a sathana .i. ut non decipi
amur a dyabolo qui aliquando temptat prelatos
de nimia aspera correctione sub specie zeli iusti
tie et aliquando de nimia parva sub specie misericordie.
ideo subdit. Non enim ignoramus cogitationes
eius scilicet sathane quod intelligendum est in ge
nerali quia semper intendit homines decipere.
in speciali autem sciri non possunt nisi a deo et
ab eo cui revelaverit. Cum autem hic ponitur
2a causa dilationis adventus apostoli apud co
rinthios quia est ne fructus maior ipse diceretur
apud alios. Circa quod ostendit primo sui
itineris processum. 2°. processus fructum ibi.

deo gras. Circa p^m dicit. Cum venissem aut. troade ppt evangeliu xpi. i. ppt pdicatione euuangelij 7 ostiu m apertu eet. i. corda auditorum cum devotione pata in dno. i. p dnm hoc dicit aplus. q ops q prima pparatio ad graz sit a deo fm qd dr treno 4 c. Converte nos dne ad te 7 cvtem. non hui requiem spui meo i. voluntati mee in xpo firmate quia videba corda pata ad audiend 7 pdicare no potera 7 hui subdit cam dicens. Eo q no inuenerim titu. duo em inminebat aplo fienda s. resistere infidelibus 7 hereticis 7 pdicare volentibus audire. vtruqz vero p se sufficienter facere non poterat s si titu inuenisset p se restituisset aduersarijs ad quod requirit maiore scia 7 p titum pdicasset qui ad hoc sufficiebat 7 erat magis loquens in lingua greca. licet em aplus omnes linguas sciret loqui tn magis facundus erat in hebrea 7 ppt hoc aplus titu non remansit in troade ad pdicand. vn subdit. Sz vale faciens eis i. fratribus xpianis pfectus sum. In macedonia hec dicit scribit aplus corinthijs q tunc titus erat apud eos ad sedand eoz dissensione 7 sic erant due cause dilationis aduentus apli ad eos. Deo aut gras. hic pnr aplus ondit utilitate sui fructus 7 dividit in duas ptes q pmo fructu hunt dr. Sedo ab hoc fructu fltos aplos excludit ibi et ad hec. Circa p^m dicit deo aut gras. na omnis opatio bona deo principale e attribuenda qui semp triumphat nos i. facit nos triumphare de hereticis p disputationes. act 6. non poterant resistere sapie 7 spui q loquebat 7 de psecutoribus facit nos triumphare p pacientia fm illud verbum nobile vincedi genus e patientia vincit qui patitur si vis vincere disce pati 7 odore noticie sue manifestat p nos notitia vero de deo habita p scias humanas solum illuminat intellectu. ut q deus est unus inmutabilis et huius et hmoi s notitia de deo p sacra sriptura habita ut q est redemptor glorificator 7 hmoi inflamat affectu ppt q e odor suavis cant. i.

Curremus in odorem unguentorum tuorum. q xpi bonus odor sumus deo pdicando hanc xpi doctrina exemplo et verbo ad honore dei differenter tn bonis 7 malis. vn subdit alijs quidem i. malis odor mortis in morte. q ex hoc mouentur ad inuidiam 7 odiu contra nos pdicantes que mortificat quia graz auferentes 7 ducunt ad mortem eterna alijs aut i. bonis odor vite in vita. q p hoc mouentur ad dei dilectione que vivificat hic p graciam 7 ducit ad vita beata. Et ad hec. hic pnr ab hoc fructu fltos aplos excludit. Sz ad hec i. ad pdicand hanc doctrina tam sancta et puram. quis ta ydoneus q. d. pseudo apli qui vos receperitis non sunt hmoi s veri apli ihu xpi qd probat cum d. no em sumus s. nos veri apli sicut plurimi pseudo apli adulterantes verbum dei. adultera em dr mulier que semen suscepit ab alio q a ppo viro. Semen aut e verbu dei. luce 8. q ppt gloria dei 7 honore suscipiend est ad pdicand 7 io qui ppt qstu vel humana gliaz illud pdicat adulterantur quod faciebant pseudo apli. sed ex sinceritate i. pura intentione nos veri apli pdicauimus qd dz fieri ppt tria que subduntur cu dr. sicut 7 deo. i. sic missi a deo sumus cuius ministri 7 ministri debet ee puri. levitici. ii. c. sancti eritis qm ego sanctus sum. 7 sic hec p^m. Sedo tangit cu dicit cora deo i. xpo nobis assistente in cuius pntia oportet loqui pure 7 sic. 3^m ibi. In xpo loquimur i. de xpo qui est purissimus 7 sic pz q pdicatio nra debet ee sincera ex omnicentis assistentis 7 materie predicabilis.

III

Incipimus. Postq aplus ppauit animos auditorum. hic pnr exequitur principale ppm de ministeris scilicet pertractando. Circa qd p^o bonos remunerat. 2° e malos reprehendit. 10 c. Prima adhuc in duas q p^o comendat noui testamenti misterium. Sedo exortatur ad huius ministerii usus. c. 6. p^a in tres. q p^o comendat ministeriu noui testamenti ex eius dignitate. 2° ex ipsi

cā. 4°. Tertio ex fine .4°. cā. Prima adhuc in duas quia primo remouet quandam obiectionem. 2°. ponit ministrorum ecclesie commendationem ibi. Qui et ydoneos. Circa primum sciendum quod cum paulus esset unus de ministris ecclesie posset aliquis obicere quod ipse vellet seipsum commendare et propria laudem querere ministros ecclesie commendando. hoc autem remouet apostolus dicens primo ostendens primo quod talibus non indigebat 2°. quod ea non requirebat ibi. fiduciam autem. dicit ergo. ipse. incipimus iterum nosmetipsos commendare q. d. non sed ad manifestationem veritatis et reprehensionem falsitatis hoc dicimus ad honorem dei. aut numquid egemus sicut quidam .i. falsi apostoli commendaticiis epistolis .i. ad vestram commendationem ad vos .s. missis ab aliis, tales enim epistolas impetrabant falsi apostoli ad magis extorquendum questum q. d. apostolus talibus non indigemus et subdit causam huius dicti. Epistola nostra .i. nostre dignitatis manifestatiua. vos estis qui per me conuersi estis ad fidem. scripta in cordibus vestris quia recentem memoriam de ipsis iugiter habebat. que scitur. Ingressum notum est omnibus quod a me estis instructi. et legitur magister ex vobis ad bonum exercitamentum et ad reuerentiam mei. Sed quia conuersio infidelium principaliter attribuenda est deo. apostolis vero ministerialiter tantum. ideo subdit manifestati. quoniam epistola estis christi tamquam principalis operantis ministrata a nobis quia ministerialiter cooperati sumus. Et scripta non atramento quod est delebile. sed spiritu dei viui .i. spiritu sancto viuificante corda non in tabulis cordis lapideis sicut lex moysi sed in tabulis cordis .i. in cordibus per caritatem dilatatis carnalibus .i. tractatibus per obedientiam prompta. fiduciam autem consequenter quod hominum commendatione apostolus non indigebat. consequenter ostendit quod ea non querebat per hoc quod quidquid agebat boni non sibi sed deo attribuebat ideo dicit fiduciam talem habemus .i. audaciam sic loquendi non quod simus sufficientes cogitare quod est minus quam dicere vel facere. et per consequens si istud quod est minimum in humanis actibus deo attribuit. et id quod maius a nobis quasi ex nobis. q. d. licet aliquid agamus per liberum arbitrium non tamen ex me quia liberum arbitrium non est causa sufficiens aut ex vobis .i. missis ad alios.

boni operis sine diuina motione et sic liberum arbitrium non saluat cum dicit. quasi ex nobis et sic tollitur duplex error. Unus illorum qui dixerunt liberum arbitrium nichil agere in meritorio opere sed totum esse a deo. quia non esset remunerandum. Alius est error pelagii dicentis quod inchoatio boni operis est a nobis consummatio autem a deo qui tollitur per hoc quod dicitur quod in bona cogitatione deus operatur. primum autem boni operis ex parte nostra est cogitatio ipsa motio eius primum mouentis requiritur in mouentibus secundis qui disponit omnia suauiter propter quod mouet omnia ad fines suos consequendos secundum conditionem nature ipsorum. et ideo illa quorum natura est ut sit libera mouet libere ad actus suos .s. creaturas rationales alias autem non libere. et accipere libere et non libere prout motus est in creatura quia prout est a deo libere facit quidquid facit. Qui et ydoneos. remota obiectione. hic consequenter commendat ministros ecclesie. et primo quantum ad officii dignitatem. Secundo quantum ad cognitionis excellentiam ibi. habentes ergo. prima adhuc in duas quia primo ostendit noui testamenti et veteris differentiam. Secundo ex hoc arguit ministrorum noui testamenti dignitatem ibi. quod si ministratio. dixerat autem apostolus quod sufficientia nostra ex deo est ideo continuatiue se dictis subiungit qui .s. deus fecit nos ministros noui testamenti. deus enim disponit omnia suauiter inquantum dat unicuique rei virtutem ex qua possit propriam operationem ad consequendum debitum finem propter quod deus dedit apostolis spiritus sancti donum ut essent ydonei ad exequendum suum officium nisi ponatur impedimentum apte recipientium. officium autem eorum fuit ministerium noui testamenti ad quod exequendum illos ydoneos fecit non litera sed spiritu. quia nouum testamentum non fuit datum apostolis per scriptum sed per infusionem spiritus sancti illuminantis corda eorum in cognitione veritatis et inflammantis affectum per ardorem caritatis propter quod testamentum nouum dicitur lex spiritus. testamentum autem vetus lex litere quia scriptum in libro et aspersio sanguinis ut habetur exo. 24. et hec differentia veteris et noui testamenti habetur Jere. 21°. Ecce dies venient dicit dominus et feriam domui israel et domui iuda fedus nouum non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris a nobis. sed gratiam dei commendat cum dicit.

&c. & subdit causam. Quare testamentum novum dicitur
testamentum spiritus & vetus testamentum littere. cum
dicit littera enim occidit. quia testamentum vetus cogni
tionem dabat non tamen gratiam et sic augebat
concupiscentiam occasionaliter ex malicia humana
que semper nititur in vetitum & sic augmentabat
peccatum quod occidit ut plenius dictum est Ro. 6. c.
spiritus autem vivificat. scilicet spiritus in quo data est lex
nova ut dictum est propter quod fuit uictoria post legem
veterem. Quod si ministratio. hic consequenter ex dictis
arguit excellentiam & dignitatem ministrorum
novi testamenti quia si ministerium veteris testamenti
quod fuit minus habuit gloriam & dignitatem annexam
sicut patet in aaron & filiis eius ex decoresu ve
teris testamenti. multo magis ministerium novi testamenti quod
est maius habet gloriam & dignitatem annexam huius con
ditionis. propter potiorem virtutem. 2°. removet obiectionem
ibi. Nam nec glorificatum. Circa primum dicit quod
si ministratio mortis. id est ministerium veteris testamenti
quod dicitur ministratio mortis occasionaliter ex dictis
verbis deformata in lapidibus. id est in tabulis lapi
deis moysi traditis. fuit in gloria. id est in reve
rentia. Ita ut non possent intendere filii israel
in faciem moysi propter gloriam vultus eius. id est propter
claritatem vultus eius unde enim nos habemus
faciem cornutam exo. 34. alia translatio habet
faciem splendidam apparebant enim in facie
moysi quidam radii procedentes sursum ang[u]lariter
in figura cornuum que evacuatur quia vetus
testamentum cessat adveniente novo quantum ad cerimo
nialia & iudicialia modo supradicto Ro. 3. c.
& plenius dicetur in principio epistole ad hebreos
Quomodo non magis ministratio spiritus. id est minis
terium nove legis quod commissum est apostolis. erit in
gloria. id est in honore & reverentia q. d. multo ma
gis debet esse. Unde adhuc subdit nam ministratio
dampnationis. id est veteris testamenti quod dicitur dampnationis
occasionaliter in quantum malicia hominis nititur in
vetitum & sic in transgressione precepti que est
mors culpe & ducit ad mortem gehenne & hec
materia. scilicet quomodo lex erat occasio peccati fuit per
tractata diffuse Ro. 6. c. multo magis habundat
ministerium iustitie. id est novi testamenti in qua
datur gratia spiritus sancti iustificans In gloria nam
nec glorificatum. hic removet obiectionem
que posset fieri quia possent dicere quamvis licet novum testamentum
sit excellentius veteri tamen hoc est modicum. ideo non
est deserendum propter novum sicut dicebant illi qui
simul cum evangelio legalia observabant. ideo
consequenter ondit quod nullam gloriam habebat vetus tes
tamentum in comparatione ad novum d. Nam nec
glorificatum est quod claruit. id est vetus quod &
transiit. In hac parte. id est in comparatione ad novum quod
est pars et hereditas mea propter excellentem gloriam
novi testamenti. sicut stella licet habeat aliquam
claritatem comparatam tamen ad solem obscuratur
Adducit etiam ad hoc aliam rationem. Illud enim
quod datur per modum transeuntis nichil est re[spec]tu
semper manentis. vetus autem testamentum transiit sicut
imperfectum adveniente perfecto. Novum autem
semper manebit quod inchoatur in via & perficitur
in patria. luc. 21. Celum & terra transibunt
&c. & hoc est quod dicit. Si enim quod evacuatur
scilicet vetus testamentum per gloriam est. id est habuit aliquam reveren
tiam & honorem. multo magis quod manet
scilicet novum testamentum in gloria est. debet esse. habentes
igitur. hic consequenter ondit excellentiam ministrorum suorum
quantum ad cognitionem ad cuius declarationem accipit
illud quod habetur exo. 34. scilicet quod moyses velata
facie populo loquebatur ad designandum quod veritas
in veteri testamento figuris & enigmatibus erat
velata quia omnia contingebant eis in figura
prima. cor. 10. aliquid vero potest dupliciter velari. Uno modo
ex parte rei que debet videri. scilicet quando super eam ponitur
velamen. Alio modo ex parte videntis. scilicet quando velamen
ponitur super oculos & utroque modo erat velamen
in veteri testamento. scilicet ex parte rei quia veritas erat
velata figuris ut dictum est & ex parte iudeorum
quorum malicia ut in pluribus impediebat
a cognitione veritatis. que quoddam velamen oculorum
mentis unde sapie. primo. in malivolam animam non
intrabit sapientia. Primum velamen amotum
est per christum quia per ipsum figure fuerunt complete
& explanate | in cuius signum velum templi scissum
fuit in eius passione luc. 23. Secundum autem
velamen adhuc manet in iudeis obstinatis
sed in illis qui receperunt fidem amotum est utroque
modo quia per gratiam spiritus sancti illuminantem ponit

contemplari libere veritatem et hoc est quod dicitur.
Habentes igitur talem spem scilicet quod gloria novi testamenti
manet in eternum. Cum multa fiducia utimur
id est officium nostrum exequimur. nos ministri ecclesie.
et non sicut moyses etc. Ex dictis patet littera
usque ibi obtusi sunt sensus eorum id est oculi mentis
tales usque in hodiernum diem. quantum ad iudeos
obstinatos. id ipsum velamen in lectione veteris
testamenti manet non revelatum id est a corde eorum
amotum. licet sit amotum ab ipsa re per christum ut
dictum est. ideo subditur. quod in christo id est per christum evacuatur
cetera patent ex dictis usque ibi. Cum autem con
versus fuerit. scilicet populus israel circa finem mundi au
feretur velamen de corde ipsorum. dominus autem spiritus
est id est spiritus sanctus est liber et dans libertatis ideo subditur.
Ubi autem spiritus domini ibi libertas scilicet contemplandi
veritatem remoto velamine ab oculis mentis
ideo subditur. nos vero scilicet christiani et potissime ecclesie
ministri revelata facie id est mente que dicitur facies
spiritualis interioris hominis viget ibi cognitio intellectualis
sicut exteriores sensus in facie corporali gloriam domini
scilicet ihesu christi et non solum moysi speculantes
id est in speculo creature cognoscentes et quia cognitio
fit per assimilationem cognoscentis ad cognitum
ideo sequitur. In eandem ymaginem transformamur
a claritate scilicet naturalis cognitionis et gratie cla
ritatem visionis beate tamquam a domini spiritu quia
hoc non inest fidelibus propria virtute sed spiritus sancti
eos ducentis. Ro. 8. qui spiritu dei aguntur hii filii dei sunt.

IIII

Ideo habentes etc. Postquam apostolus com
mendavit novi testamenti misterium
hic consequenter commendat huius misterii
usum. et primo quantum ad operationem boni.
secundo quantum ad tolleranciam mali ibi. habemus
autem thezaurum. Prima in duas quia primo quod dictum
est facit. 2o. quandam obiectionem excludit ibi.
quod si etiam opertum est. Circa primum dicit ideo habentes hanc
ministrationem id est misterium tante dignitatis ut
predictum est. iuxto quod misericordiam consecuti sumus. nos
ecclesie ministri ad hoc per misericordiam vocati. non defi
cimus ab usu et executione ipsius sed prompte et
debite exequimur. sed abdicamus id est abiicimus oc
culta de decoris id est sordes peccatorum non solum

que exterius patent sed etiam que interius latere possent
Non ambulantes in astutia id est simulatione
et ypocrisi neque adulterantes verbum dei expo
nentes ut supra 2. capitulo. sed in manifestatione veritatis
quasi dicat non predicamus propter questum vel propriam laudem
sed propter manifestationem divine veritatis ad dei
gloriam et fidelium salutem commendantes nos met
ipsos ad omnem conscientiam hominum id est non commenda
mus nos verbis sed ex operibus que facimus commendabiles
nos reddimus in conscientiis hominum. Et quia homines
decipi possunt non autem deus qui intuetur cor.
primo Reg. 16. Ideo addit coram deo. Sic igitur tria
tangit hic que faciunt executionem debitam misterii
ecclesiastici scilicet exterior et interior mundicia
intentio recta pura sana. Quod si opertum est.
hic removet obiectionem que posset fieri contra
dicta dixit enim se docere in manifestatione veri
tatis posset aliquis obicere in contrarium eo quod multi con
tradicebant sibi et sic non erat in dictis eius
veritas manifesta. Ad hoc respondet apostolus quod
hoc non proveniebat ex parte sue predicationis
sed ex malicia contradicentium que impediebat eos
cognoscere veritatem secundum illud sap. 1. In animam
malivolam non intrabit sapientia. et hoc est
quod dicit. Quod et si etiam opertum est evangelium
nostrum aliquibus eius veritatem non capientibus in
hiis qui pereunt est opertum id est hoc procedit ex malicia
eorum. In quibus deus huius seculi etc. hoc exponitur
dupliciter uno modo de creatore huius mundi qui ex
de merito talium retrahit lumen gratie sue ab
eis et iuste et sic per consequens excecantur ex se alio modo de
dyabolo quem imitantur seculariter viventes et
sic potest dici deus huius seculi sicut dicitur princeps
huius mundi. Joh. 12. capitulo. Nunc princeps huius mundi
eicietur foras qui excecat seculariter viventes
avertendo eos a veritate. ut non fulgeat
illuminatio evangelii glorie christi. in cordibus eorum
qui scilicet christus ymago dei est patris et per quem est fontalis
plenitudo luminis. secundum quod dicitur hebre. 1. Cum sit
splendor glorie et figura substantie eius etc. sed quia
superius vocavit evangelium suum et hic vocat evan
gelium christi. posset aliquis credere duo evangelia
esse. et ideo hoc removet per hoc quod eiusdem evangelii
christus est actor. apostolus autem minister tantum et predicator

d. Non enim nosmetipsos predicamus tamquam actores euuangelij. Sed ihm xpm tantum. Nos aut ser uos vros p ihm administrando vobis doctrinam xpi qd declarat cum d. qm qui dixit de tenebris lucem splendescere. s. lucem corporalem creando et ipam a tenebris separando. gen. 1°. ipe illuxit in cor dibus vris. i. gsilem lucem spualem infudit nobis ad cognitionem euuangelice veritatis non solum pro nobis sed etiam pro alijs io subdit ad illu minationem sciencie claritatis dei. i. ad ma nifestationem noticie diuine in facie xpi ihu. i. relucentis in facie eius. maxime p noticia diui nam q tradit in euuangelio cognoscit ipe xpus. Habemus aut. hic cum agit de vsu ministerij ecce quantum ad tollerancia mali. Circa qd p°. ondit pa ciencia ministrorum ecclie. Scdo cam huius pa ciencie ibi semp mortificationem. 3°. manifestat vtrumque ibi semp enim nos. Circa primum dic gcmmando se pdicit s. habemus aut thezaurum s. illuminationem dei dictam in vasis fictilibus qr in hoc mundo sumus gtemptibiles psone tribulationibus et angustijs gposite ut sublimi tas. i. illud magnum qd facimus in hedificatione ecce et gentium gusione. Sit virtutis dei etc. i. totum deo attribuatur et no humane potencie diuicijs uel sapie qr posset fieri si apli fuisset potentes diuites et honorati sicut e de lege machometi. sed grium fuit in aplis io subdit. In omnibus tribulationem patimur sed no angus tiamur. ille en angustiari dicitur pprie qui no videt sibi patere aliquod remedium in tribulatione et sic est confidentibus in hoc mundo pp qd an gustiantur. qr in tribulatione quando sibi desunt mundana remedia. sed sci non angustiantur qr in tribulationibus adest solatium diuinum. aporiamur. i. depauperamur. et dicitur a poros grece qd e paup latine. sed no destituimur. qr sancti paru curant de subtractione diuiciarum temporalium cum sibi remaneant diuicie spuales que non possunt violenter auferri. psecutionem patimur fugiendo de ciuitate in ciuitatem sed non derelinquimur nam dns est vbique scribit gtererere mei humiliamur. i. contempnimur sed non confundimur qr non sentimus in nob

tam debitam confusionem deicimur. i. ad pricula mortis impellimur. sed non perimus qr deus sp liberat suos aliquo sicut liberauit tres pueros de camino ignis aliquo inuisibiliter eos de pnti miseria transferens ad requiem sap. 4°. Visi sunt oculis insipientium mori illi aut sunt in pace. semp mortificationem. hic gnr ondit huius pacie causam et pmo facit quod dictum est. 2°. manifestat p effectum ibi pp qd. Ad euidentiam primi gside randum. qr in xpo. duplex fuit status vnus mortis inquantum carnem passibilem assumpsit in qua penalitates huius vite et tandem mor tem sustinuit alius e status vite inquantum vita gloriosa q viuebat occulte aia eius a principio gceptionis deriuata fuit ad corpus in sua resurrectione quia resurrexit in corpe glorioso hec e igitur causa paciencie scorum xpo hoc enim qr sperant firmiter gformari xpo resurgenti patienter sustinent passiones huius mundi in quibus gformantur xpo patienti et hoc e quod dic aplus semp mortificationem ihu xpi. i. gformationem xpi patienti i cor pore nro circumferentes. i. vbique tribulationes patienter sustinentes ut et vita ihu xpi. glori osa in corporibus nris manifestetur in fu tura resurrectione in qua corpus resurget impassibile et incorruptibile. Semp enim etc. repetitio est eiusdem scie ad maiorem assertionem et quia sancti no solum patienter tollerant pp spem resurrectionis. sed etia qr animantur ad hoc exemplo xpi patientis io subdit aplus. Ergo mors. s. xpi in nobis opatur animando vos ad tolleranciam passionum vita aut in vob. i. vita xpi opatur in vobis gferendo spem resurrectionis io subdit habentes eundem spm fidei. sed mors xpi non sic opatur in vobis quia non e in talibus tribulationibus in quibus sumus eritis tn saluati p eadem fide qua et nos qd gsequenter gfirmat p scripturam psalmi. c. 115. d. sicut scriptum est credidi etc. et patet textus vsque ibi. omnia enim pp vos. hoc e omnia facimus et sustinemus pp vos instru endos exemplo et verbo ut gra s. dei habun dans a nobis in vos p multas graciarum actiones

habundet in gloria dei .i. ut multi consurgant ad gratiarum actiones ad gloriam dei. propter quod hic manifestat quod quod dixerat de patientia apostolorum in persecutione positorum. d. propter quod .i. propter dilationem cum xpi passi .i. propter spem resurrectionis in corpore immortali non deficimus in tribulationibus quinimmo. d. ad hoc maiora sustinere parati sumus. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur .i. ipsa natura sensitiua tendat ad corruptionem ex processu etatis et pondere tribulationis. tamen is qui intus est .s. intellectiua natura renouatur de die in diem per purgationem culpe et eius sequele. id enim quod in presenti est .i. tribulationis temporis presentis momentaneum est et leue quia sicut breuis durationis et parui ponderis respectu premii futuri de quo subdit in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis expectantibus. premium ut dicitur hic in sublimitate uel dignitatis que est in premio eternum uel durationis infinite. pondus uel preciositatis. quod preciosa rei modo loquendi dicuntur magni ponderis uel alio dicitur pondus quia premium glorie quietat totaliter appetitum in deo sicut pondus quietat graue in centro. Non contemplantibus nobis ea que uidentur etc. .i. ista fiunt in nobis quod non attendimus ad bona transitoria et uisibilia sed ad eterna et inuisibilia premia que per fidem assensu firmissime credantur et per spem certitudinaliter expectantur.

V

Scimus enim. hic quod apostolus commendat misterium noui testamenti ex fide sive ex premio. licet enim de hoc tetigerit. ca. precedenti aliqualiter hic tangit magis complete. et diuidit in tres partes quia primo tangit de hac premiatione. Secundo de debita ad premium preparatione ibi. et ideo contendimus. 3o de causa utriusque ibi. omnia autem ex deo. prima ad huc in duas. quod primo agit de hoc premio 2o de eius desiderio ibi. nam in hoc ingemiscimus. Circa primum quod dixerat in fine precedentis capituli quod ipse et alii apostoli non attendebat ad bona transitoria sed ad eterna. Ideo continuando se ad dicta dicit. Scimus enim .i. certitudinem habemus per fidem formatam. quoniam si terrestris domus nostra .i. corpus terrenum nostrum quod se habet ad animam suo modo sicut domus ad habitantem dissoluatur per mortem quod edificium ex deo habemus domum non manufactam eternam in celis. quod aliqui exponunt de corpore glorioso in futura resurrectione hoc ideo quod dicitur hic non manufactam quia uirtute nature non erit gloriosum et domus eterna. quod ab eterno a deo preordinata sed quoniam apostolus uidetur loqui de hoc quod statim post mortem realiter habetur a sanctis corporis immortalitas habetur tamen in spe et non in re ideo melius uidetur exponi de gloria anime que statim habetur a sanctis omnino purgatis et dicitur habitatio propter excellentiam eius ad anime capacitatem Jo. 14. In domo patris mei mansiones multe sunt/ dicitur et domus eterna et non manufactam quod gloria celestis obiectiue deus est qui est increatus et eternus. Nam et in hoc ingemiscimus. hic quod agit de appetitu huius premii Et diuidit in duas partes. quod primo tangit hic potius appetitus nature et gratie quandam repugnantiam 2o eius uictoriam ibi. laudantes igitur. Circa primum sciendum quod appetitus est inclinatio sequens formam. Est autem in nobis duplex forma s. naturalis et gratia spiritualis et propter hoc duplex appetitus s. nature et gratie. Appetitus autem nature inclinat ad conseruandam unionem anime cum corpore et dissolutionem refugit et abhorret. Appetitus autem gratie inclinat ad consecutionem glorie que consistit in clara dei uisione et eius fruitione. Igitur si anima posset consequi gloriam absque dissolutione corporis huius mortalis appetitus gratie tenderet in consecutionem glorie celestis absque retardatione per appetitum naturalem sed quia hoc non potest fieri. ideo appetitus naturalis quod refugit naturam dissolutionem hac generatur in hoc quodammodo et repugnat appetitui gratie et hoc est quod dicitur. Nam in hoc ingemiscimus .i. desideramus cum tedio dilationis habitationem nostram que de celo est .i. glorie consecutionem superindui uestimento

// domum

glorie qd no puenit ex principiis intrinsecis
nate s; a deo dat pp q indumentu de cupie
tes appetitu gre . si tn vestiti non nudi in
ueniamur . i . si absq; dissolutione corporis
corruptibilis quo utitur aia ut vestimento
possi supinduri glia tunc absq; aliquo retta
dante appetitus gre in hoc feretur s; q hoc
e impossibile retardatur p naturale appetitu
dissolutione corporis z aie aborrente pp qd
subdit . Na qui sumus in hoc tabernaculo . i . in
hoc corpe mortali ingemiscimus gravati de
dissolutione corpis z aie . eo q nolumus expoli
ari corpe p morte s; sup vestiri glorie vesti
mento no tn ita q mortalitas corporis sil
maneat cum gloria aie q hoc e impossibile
nob . s; in solo xo factu fuit p dispensatione
dei ad opus redemptionis nre io subdit ut
absorbeatur qd mortale est a vita . i . ut ipa
mortalitas p gloria supuenientem tollat ma
nente corporis ydemptitate qd fiet in resur
rectione s; oportet morte interuenire qm
refugit appetitus naturalis ideo est ibi repug
nantia appetituu . veruptn q appetitus utq;
e a deo a quo e natura z gra io subdit Qui
aut efficit nos in hoc ipm . i . habentes utruq;
appetitu deus e qui dedit natura cum qua
talis inclinatio sequitur . Sibi z graz p qua
spus scus habitat in nob io sequit . qui ded
nobis pignus spus . e em spus scus pignus
glorie nre pdicta 2o . c . huius eple aucti sigr .
hic 3ne ondit quis istor appetituu vincat
in sanctis hoibus . s . appetitus gre . d . audentes
igr . i . absq; formidine mortis desideramus
gliam scientes . i . certitudine habentes qm du
sumus in hoc corpe . s . mortali pegrinamur
a dno . i . oportet non ee sepatos ab eo . per
fidem em ambulamus . i . enigmate tm deu
cognoscimus z no p spem . i . clare facie ad fa
ciem pp qd subdit . audemus aut zc . Circa qd
sciendum q ad fortitudine positam in prelio
mortis sufficit non tristari irronabiliter s;
fortitudo infusa non solum hoc facit s; facit
etiam in talibus delectari . act . 5o . c . Ibat apli
gaudentes a conspectu concilii qm digni

habiti sunt p noie ihu 3tumelia pati . et
hoc est quod dicit aplus audemus sine trepi
Paulus apostolus. hec epistola pauli ad galatas in tres partes diuiditur. s. in salutationem et prosecutionem que incipit ibi. Miror. et conclusionem que incipit ibi. Videte qualibus litteris etc. sunt epistole. Circa primam ponit primo personam salutantem cum dicit. Paulus. qui prius vocatus fuit saulus. Act. 8. et de mutatione huius nominis posita fuit. Ro. i. pre omnibus aliis epistolis. apostolus. officio non ab hominibus constitutus in ipso. Act. 13. dixit spiritus sanctus. Segregate mihi barnabam et saulum in opus ad quod assumpsi eos. neque per hominem s. purum. sed per ihesum xpistum deum verum et hominem et deum patrem indiuisa sunt enim opera trinitatis et due persone hic exprimuntur. s. pater et filius et subintelligitur spiritus sanctus qui tacetur hic quia sufficienter exprimitur. Act. 13. ut dictum est ubi agitur de institutione pauli in apostolatu prius inuocatus fuerat ad fidem qui suscitauit eum a mortuis quod exprimit apostolus ad ostendendum dignitatem institutionis sue. Alii enim apostoli instituti fuerunt a xpisto adhuc existente in corpore mortali. paulus autem ab eo iam immortalitate corporis assecuto et ad patris dexteram constituto quod exprimit apostolus quia doctrinam eius deprauare nitebantur eo quod non fuerat cum xpisto corporaliter sicut alii apostoli Et qui mecum sunt fratres vestram salutem desiderantes et de vestra subuersione dolentes. Ecclesiis galatie. hic 2o. ponitur persone salutate cum dicit. ecclesiis galathie. i. fidelibus in illa terra habitantibus. est enim galathia quedam regio grecie. Anno enim artaxersis regis 17. Senones galli duce brenno ytaliam inuaserunt et romam ceperunt excepto capitolio de cuius obsidione recesserunt accepto pro recessu magno precio quos rex bithinie habens guerram importabilem sibi vocauit in suum auxilium et habita victoria partitus fuit cum eo regnum et illam partem que cessit eis vocauerunt gallo grecium que postea vocata est galatia. Gratia vobis. hic 3o. ponuntur optata bona cum dicit. gratia vobis in presenti. et pax in futuro. beatitudo enim futura bene nominatur pax quia quietat totaliter appetitum. a deo patre nostro. i. a tota trinitate. et domino ihesu xpisto. deitas enim que vna est in tribus personis est gratie et glorie causa efficiens principalis. humanitas vero xpisti causa instrumentalis coniuncta in persona filii. qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Ex maxima enim caritate ad nos et obedientia ad patrem seipsum obtulit ad mortem ut eriperet nos de presenti seculo nequam. transferendo nos ad gloriam dicitur autem presens seculum nequam non propter creaturarum substantiam. sed propter mala que fiunt in hoc seculo sicut dicitur ad ephesios. 5o. dies mali sunt. i. dicuntur propter mala que in eis fiunt secundum voluntatem dei. ut dicit saluator. Joh. 6. descendi de celo non ut faciam voluntatem meam

fet voluntatem eius qui misit me. Cui est gloria. Christus redemptor meus secundum quod dicitur Philip. 2° c. humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis propter quod et deus exaltavit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen etc. Per passionem enim suam meruit gloriam corporis et exaltationem sui nominis in secula seculorum. Amen. i. eternaliter. Miror. Hic incipit ponitur epistole prosecutio. Circa quod sciendum quod Galathe receperunt fidem Christi ad predicationem apostoli sed post eius discessum ab eis subversi fuerant a falsis apostolis dicentibus quod necesse erat eis ad salutem circumcidi et legalia observare cum evangelio Christi quod est erroneum propter quod apostolus in hac epistola hunc errorem intendit eliminare. Et dividitur in tres partes quia primo contra seminantes hunc errorem fert suam sententiam. 2°. declarat eam esse iustam ibi. Notum. 3° inducit ad eius observantiam capitulo 4°. Prima adhuc in tres quia primo circa hanc sententiam ponit motivum eius. Secundo sententie latio ibi. Sed licet. 3°. tacite questionis solutio ibi. Modo enim. Ratio enim motiva scribendi hanc epistolam fuit subversio Galatarum per falsos apostolos de quo admirans dicit. Miror quod sic tam cito transferimini ab eo i. a deo qui vocavit vos in gratiam Christi per predicationem meam in aliud evangelium i. in aliam doctrinam falsam ut subditur. Quod non est aliud. quia fidem et non eius continue sit Wet eius. legalia. n. cessaverunt in passione Christi. ita quod continue fuerunt mortua. Nisi sunt aliqui. s. falsi apostoli qui vos conturbant persuadentes quod non potestis salvari absque legalium observatione quod erat dictum conversis ex gentilitate et volunt convertere evangelium Christi in servitutem legis Mosayce. Sed licet. Hic incipit fert suam sententiam dicens. Sed licet nos. q. d. non solum falsi apostoli non sunt in hoc audiendi. sed neque etiam veri apostoli neque etiam angeli sancti si hoc predicarent ideo dicit sed licet nos i. ego et alii apostoli Christi. aut angelus de celo i. angelus de celo sanctus evangelizaret vobis preter quod evangelizavimus. et dicit preter etc. i. aliquid detrahens vos a veritate evangelii quia vobis predicavi et non dicit plus quam quod predicavimus quia bene poterant alia predicari que facerent ad declarationem veritatis evangelii. anathema sit i.

separatus a communicatione dei et sanctorum. Circa quod sciendum quod aliqua propositio conditionalis potest esse vera cuius tamen utraque pars est falsa ut impossibilis sit ista. si homo volat homo habet alas que est vera et tamen hominem volare et alas habere falsum est sic est in proposito de verbo apostoli. Nam apostoli veri erant in gratia confirmati et adhuc magis angeli sancti propter quod de utroque falsum est et impossibile quod predicaret contra veritatem evangelii et quod essent anathematizati et tamen conditionalis est vera. s. quod si hoc facerent essent anathematizati sicut predixi etc. repetitio est eiusdem sententie ad maiorem affirmationem. Modo autem. Hic incipit respondet cuidam tacite questioni quia posset quis querere quare sententiat ita dure. et videtur quod hoc est quia non querit hominibus placere sed deo. Modo enim hominibus suadeo an deo i. ad honorem hominum vel dei et quod querat honorem dei ostendit dicens. Si querero hominibus placere. q. d. non sed hoc est intelligendum in hiis que essent contra beneplacitum divinum ut subditur. Si adhuc hominibus placerem. s. in malis. Christi servus non essem.

Notum enim. Hic ostendit predictam sententiam esse iustam et hoc ostendit dupliciter primo ex perfectione legis evangelice. 2°. ex imperfectione legis Mosayce capitulo 3°. Prima in duas quia primo ostendit doctrinam quam predicavit s. evangelicam esse autenticam et perfectam. 2°. infert conclusionem ibi. Nos namque. Circa primum facit talem rationem. illa doctrina est autentica et perfecta que est a deo inspirata cum principalibus apostolis discussa a falsis apostolis impugnata et tamen stetit post impugnationem ab ecclesia approbata et in sua claritate et sinceritate reposita sed evangelica doctrina quam predicavi est huiusmodi ergo etc. Maiorem huius rationis ponit apostolus tamquam manifeste veram. minorem autem declarat per singulas partes procedendo que patebunt prosequendo. Primo igitur declarat primam partem minoris scilicet quod doctrina quam predicavit sit a deo inspirata. et dividitur in duas quia primo proponit intentum. 2°. manifestat propositum ibi. Audistis. Circa primum dicit. Notum enim vobis facio fratres evangelium quod evangelizatum est a me quia non est secundum hominem i. factum secundum ad inventionem humanam. neque enim ego ab homine accepi illud i. ab aliis apostolis qui tum

xpc fuerant corporaliter addiscendo. sed per reuela
tionem ihu xpi immediate facta m. Audistis. hic
quarte manifestat propositum et ondit primo quod non habuit
per viam humanam ante suam conuersionem. 2°. quod neque
etiam post ipsam ibi in aut. primum aut manifestat
per hoc quod ante conuersionem suam quantum poterat
persequebatur euuangelicam doctrinam et obseruato
res eius. ex quo patet quod tunc non studuit ad eo
fingendum eam nec ad addiscendum eam ab aliis
Et ista erant nota illis quibus scribebat. ideo
dicit. Audistis enim etc. et patet in litera usque ibi
Emulator existens .i. zelator paternarum mearum
traditionum. tunc apud iudeos erant aliqua edita
patribus a moyse. scilicet que scripta sunt in lege. et
aliqua erat tradita a patribus aliis moribus que
vocantur traditiones seniorum. ut patet mat. 15. capitulo.
et ambarum traditionum erat apostolus zelator ante
suam conuersionem. Cum autem. hic quarte ondit quod
neque post conuersionem suam habuit per viam humanam
quia statim iuit ad predicandum gentilibus fidem ca
tholicam per tres annos antequam videret apostolos uel
alios discipulos qui possent eum docere de fide
catholica. et hoc est quod dicit. Cum aut placuit
vocatio enim sua euidenter fuit ex diuino placi
to quia fidem xpi persequebatur actualiter quando
fuit vocatus ut patet actuum. 9. qui me segrega
uit ex utero matris mee .i. de medio syna
goge continuo non acquieui carni et sanguini
.i. ad iudeos de quorum sanguine ego sum non accessi.
Neque veni iherosolimam ubi erant apostoli et alii dis
cipuli in lege euuangelica instructi. sed abii in
arabiam ad predicandum gentilibus legem euua
gelicam ad quod eram vocatus ut premittitur. ut
euuangelizarem illud in gentibus. et etiam predica
cio aut presupponit noticiam ex quo patet quod apostolus
habuit noticiam euuangelii non per doctrinam hominis
sed per reuelationem ihu xpi quod non est medium. quia
si habuisset etiam per ministerium angelicum ad hoc in
telligitur quod hoc fuisset a xpo principale. et
iterum reuersus sum damascum ubi prius disputa
uerat contra iudeos. deinde post annos tres etc. .i.
postquam tribus annis predicauerat et sic non habui
noticiam euuangelii a petro. Et mansi apud
eum diebus 15. q. d. si indiguissem ab eo doceri
tamen in tam paruo tempore non potuissem me docere veri
tatem euuangelii. Alium aut apostolorum neminem
vidi ante nec tunc a quibus docerer nisi iacobum
scilicet illa vice quia postea vidit iohannem ut dicitur infra
eodem capitulo. fratrem domini. hoc dicitur ad differentiam alterius
iacobi apostoli qui fuit frater iohannis. et dicitur iste
frater domini quia erat sibi valde similis in facie et in
omnibus lineamentis corporeis. que aut scribo
vobis etc. In hoc per iuramentum asserit etiam
predicta. Deinde veni in partes syrie et sicilie
ad predicandum gentilibus. Eram aut ignotus a
facie ecclesiis iudee .i. que erant in iudea. et dicit
facie quia notus erat eis per famam ut patet
ex litera sequenti.

II

Deinde. hic quarte declarat 2a.
pars predicte inceptionis. scilicet quod doc
trina a paulo predicata fuit
cum principalibus apostolis discussa
examinata et approbata et hoc est quod dicit
Deinde post annos quatuordecim .scilicet a conuersione
mea. ascendi iherosolimam non ex curiositate
aut leuitate ut sequitur. ascendi autem secundum re
uelationem .scilicet domini ad declarationem veritatis
euuangelii ut sequitur. et contuli enim illis euua
gelium. et quarte ondit cum quibus d. seorsum autem
.i. ad partem hiis qui videbantur aliquid esse
q. d. non contuli coram communitate cuius maior
pars est simplicium sed cum illis tantum qui erant
principales et a deo instructi. scilicet cum petro.
Jacobo et iohanne. ut habetur infra eodem capitulo. Ne
forte in vacuum currerem aut cucurrissem.
per hoc forte. non intelligitur quod apostolus dubitaret
se aliqua unquam vera uel dubia predicasse
quia per reuelationem dei erat certus de veritate
predicationis sue. sed hoc forte refertur ad extimationem
simplicium qui possent de hoc dubitare nisi
cum principalibus apostolis hoc contulisset. sed neque
titus. hic declarat 2a. pars predicte inceptionis. scilicet
quod doctrina ab apostolo predicata stetit immobilis
quamuis fuerit a falsis apostolis impugnata qui
conabantur inducere gentiles ad obseruandum
legalia quod ondit per hoc. quod titus gentilis veniens
cum paulo iherosolimam non fuit compulsus
a veris apostolis circumcidi. sed consenserunt ei sicut

paulo. q̄uis ad eius circumcisionē inducentur
apli falsi. & hoc est quod dicit. sed neque titus
qui erat mecum in ihrlm. cum esset gentilis
natione ex utraque parente compulsus est circumcidi
a veris aplis sed indifferenter communicauerunt ei sicut
et michi vero et petrus satis cito post ascensi
onē xpi communicauit cornelio centurioni & aliis
incircumcisis qui erant cum eo indifferenter
sicut cum iudeis ut habetur. act. 10. et. 11.
Sed ppter subintroductos etc. q. d. non resisti veris
aplis volentibus titum circumcidi. sed falsis aplis
ad hoc conantibus qui subintroierunt non vocati
a veris aplis sed fallaciter sub titulo fidei
intrauerunt societatem fidelium ad explorandum
qualiter possent fidem impugnare. io subdit liber
tatem nram. qua per xpm liberati sumus a iugo
legis. ut nos in seruitutem redi
gerent. in obseruatione legalium quod est onus
importabile ut dicitur. act. 14. quibus nec ad horam
cessimus subiectioni. i. in subiectione legalium
obseruantia. ut veritas euangelii. per quam euacuata
sunt legalia. maneat apud vos sine ad
mixtione veteris fermenti. ab his aut. hic
consequenter declaratur 2. pars minoris. s. quod doctrina
pauli per principales aplos in nullo fuit aug
mentata. sed magis econuerso doctrina pauli valuit
eis in temporali subsidio io dicit. Ab his aut qui
videbantur esse aliquid. s. petro iacobo & iohanne
simpliciter nichil accepi quales aliquando fuerunt. s. ante
vocationem suam a xpo. sicut enim fuerunt pauperes
illiterati & simplices, sicut patet ex euangelio.
paulus aut ante vocationem fuit instructus in
lege & pharisaeus & erat potens & nobilis. nichil
mea interest. i. non est mee curie talia refferre
cumque ea subdit deus personam hominis non accipit
spectando ad fidem uel ad aplatum propter potentiam
temporalem uel nobilitatem generis uel scientiam sed
sed plures vocauit simplices & pauperes licet
aliquos a principio vocauerit litteratos ut dictum
est de paulo et idem patet de nathanaele &
nichodemo. michi enim qui videbantur esse aliquid
i. principales apli nichil contulerunt in noticia
euangelii uel subsidio temporali. sed ego contuli
eis ut magis exprimitur. Cum vidissent quod

creditum est michi euangelium preputii. i. officium
aplatus ad predicandum euangelium gentibus sicut
et petro circumcisionis. i. officium aplatus ad pre
dicandum iudeis. qui enim operatus est etc. ab eodem
enim vtrique vocatus est ad fidem & aplatum
& cum cognouissent gratiam que data est michi
hoc aut cognouerunt per donum linguarum & opera
tionem miraculorum & etiam dona ad aplatum
necessaria que ita eminenter erant in paulo sicut
in istis iacobus frater domini & cephas. i. petrus ut
patet Joh. 1. videbantur columpne esse. i. principales
in ecclesia iudeorum. dextras dederunt michi etc.
modus est confirmandi fedus amicitie dando
mutuo manus dextras. tamen simpliciter rogauerunt
nos. ut pauperum memores essemus. i. fidelium
in ihrlm habitantium qui venditis possessionibus
pretia posuerunt ad pedes aplorum abrenunci
antes proprietati. propter quod postea egentes indi
gebant per alios credentes. qui sic non abre
nunciabant in bonis temporalibus adiuuari. quod
etiam sollicitus fui hoc ipsum facere sicut patet
in precedentibus epistolis. Cum aut. hic consequenter decla
ratur vltima pars veritatis supposite. s. quod ve
ritas euangelica per paulum predicata de cessa
tione legalium in sua sinceritate reposita
fuit quamuis petrus principalis aplus aliquo modo
palliasset contrarium segregando se a comunione cre
dentium de gentilibus eo quod erat incircumcisi ne
scandalizaret credentes de iudeis de quo repre
hendit eum manifeste paulus ad declaratione
euangelice veritatis. et patet litera ex dictis pruis
exceptis que discurrerent. timens eos. s. scan
dalizare. et huic simulationi eius intellectus
postea explanabitur magis. Ad veritatem euan
gelii. in modo obseruandi legalia ut dicitur ple
nius. coram omnibus. quod defectus erat publicus
gentiliter & non iudaice viuis. s. aut aduc
tum iudeorum cogis gentes iudayzare. non imperio
sed facto quod ex modo se habendi in legalibus aliqui
gentiles credebant eorum obseruatiam necessariam ad
salutem. Ad maiorem tamen declarationem huius litere
et precedentis sciendum quod ihero. & aug. vi
dentur varie sensisse de legalium cessatione
maxime quo ad cerimonialia de quibus est

hic s[er]mo. Jeronim[us] distinxit duo tempora
tm. vnu[m] ante x[pist]i passione[m] in quo legalia ha
buerunt vim obligatiua[m] et expiatiua[m] suo m[od]o
Aliud est post passione[m] x[pist]i in quo s[ecundu]m ip[su]m
statim fuerunt mortua et etiam mortifera
ita q[uod] s[er]uantes ea mortaliter peccarent. Et
inde habuit dicere q[uod] ap[osto]li post passione[m] x[pist]i
nunq[uam] s[er]uauerunt ea s[ecundu]m veritatem sed solu[m] q[ua]da[m]
pia simulatione s[cilicet] ne scandalizaret quosd[am]
de iudeis et alio[rum] [con]u[er]satione[m] impediret que
quide[m] simulatio non e[st] sic intelligenda q[uod] actus
illos s[ecundu]m rei veritatem non facerent s[ed] quia
non faciebant illos tamq[uam] legis cerimonias
obs[er]uantes. sicut si quis pelliculam membri
virilis abscinderet non causa circumcisionis ser
uande sed sanitatis recuperande. Sed q[uia] in
decens videtur q[uod] ap[osto]li p[ro]p[ter] scandalu[m] occulta
rent ea que p[er]tinet ad veritate[m] vite et doc
trine et q[uod] simulatione vterentur in hijs
que p[er]tinent ad salute[m] fideliu[m]. io [con]uenientius
distinxit aug[ustinus] tria t[em]p[o]ra vnu[m] an[te] x[pist]i passi
one[m] in quo legalia [con]suetum suu[m] habuerunt
Aliud aut[em] post diuulgatione[m] euuangelii quo
legalia sunt mortua et mortifera. Tertiu[m]
aut[em] est t[em]p[u]s mediu[m] s[cilicet] a passione x[pist]i vsq[ue] ad
diuulgatione[m] euuangelii in quo legalia fu
erunt mortua q[ui]a nullam vim habebant
neq[ue] aliquis ea s[er]uare cogebatur. t[ame]n no[n] erat
mortifera q[ui]a [con]u[er]si de iudaysmo poterant
illa licite s[er]uare dum t[ame]n non ponerent in
eis spem illa reputantes sibi n[ecessa]ria ad sa
lutem q[ua]si sine eis fides x[pist]i iustificare no[n]
posset. hec aut[em] licentia s[er]uandi ad t[em]p[u]s le
galia fuit instinctu sp[iritu]s s[an]c[t]i. q[uia] si [con]u[er]si de iu
daysmo ad fidem statim fuiss[ent] inhibitus
legis ritus. sic [con]u[er]sis de gentilitate ydolatre
cultus. videtur q[uod] lex semp[er] fuiss[et] mala
sicut ydolatria. nec p[ro]p[ter] h[oc] a deo data fuiss[et]
illis aut[em] qui [con]uertebantur de gentilitate
non merat hec causa talis obs[er]uantie p[ro]p[ter] q[uo]d
paulus circu[m]cidit thymotheu[m] ex matre iu
dea natu[m]. act. 16. titu[m] vero qui natus erat
ex gentilib[us] noluit circu[m]cide[re] ut p[re]dictu[m] est
gentilib[us] t[ame]n imposita fuit ad t[em]p[u]s obs[er]uat[i]o

aliquaru[m] legaliu[m] ut h[ab]et[ur] act. 15. q[uod] abstine
ret ab immolatis simulacro[rum] et sanguine
suffocato no[n] t[ame]n q[uasi] n[ecessa]rijs ad salutem s[ed] ad
amicabilem societatem iudeo[rum] et gentiliu[m]
ad inuicem. Nam illo t[em]p[o]re iudei abhor
rebant ista [com]mede[re] sicut etia[m] frequenter con
tingit q[uod] aliquis existens in societate alteri[us]
abstinet a cibis socio suo abhominabilibus.
procedente vero t[em]p[o]re cessante causa cessauit
effectus. ip[s]i aute[m] ap[osto]li de iudaysmo [con]u[er]si t[em]p[o]re
intermedio. s[cilicet] a passione x[pist]i usq[ue] ad publi
catione[m] euuangelij leguntur aliq[uando] s[er]uasse le
galia licite mo[do] p[re]dicto. Sed [con]tra hoc v[idetu]r q[uod] hic
di[citu]r q[uod] petrus fuit rep[re]hensibilis ex tali
obs[er]uatione. Dicend[um] q[uod] non peccauit ex facto
q[uo]d erat sibi licitum ut d[ic]tu[m] e[st]. s[ed] ex modo fa
ciendi q[ui]a in hoc nimiam
diligentiam adhibebat ne iudeos offenderet
ita q[uod] ex hoc sequebatur scandalu[m] gentiliu[m]
intantu[m] q[uod] aliqui inducebantur ad credend[um]
q[uod] talis abstinentia ciboru[m] in lege p[ro]hibitum
e[ss]et n[ecessa]ria ad salutem. Et p[ro]p[ter] hoc paulus qui
erat gentiu[m] ap[osto]lus ip[su]m public[e] rep[re]hendit
et petrus audito p[er]ic[u]lo gentiliu[m] sibi acq[ui]euit
p[ro]p[ter] q[uo]d licet peccauerit in obs[er]uando m[od]o p[ro]p[ter] q[uo]d
fuit vere rep[re]hensibil[is] sicut scribit hic paulus
in sc[ri]ptura canonica in qua nichil est f[a]l[su]m
fuit t[ame]n p[e]c[ca]tu[m] [erat] v[e]niale q[uo]d b[e]n[e] f[ui]t post con
firmatione[m] sp[iritu]s sancti in ap[osto]lis. vnde di[citu]r
Joh. 1. ca. 1. ca[nonica]. si dixerimus q[uod] p[e]c[ca]t[u]m no[n] h[abe]mus
nosmetipsos seducimus et veritas in nobis no[n] est.
Nos natura. hic ex p[re]dictis infert [con]clusione[m]
intenta[m] s[cilicet] q[uod] legalia p[er] doctrina[m] euuangelica[m]
quia p[re]dicauit sunt euacuata nec vlterius sunt
s[er]uanda. et ondit hoc p[er] p[ro]bat[ionem] [con]siliar[em]. 2[o]. [con]silir ibi
si enim. circa p[rimu]m [con]sidat talem ro[ne]m. Judei per
fidem x[pist]i [con]tenta[m] in euuangelio iustificati di
mittunt legalia. [er]go s[cilicet] gentiles p[er] eande[m] fidem
iustificati quales erant galathe quibus
scribebat multo mag[is] debent dimitte[re]. q[ui]a f[a]c[t]a
q[ui]a x[pist]o lex data fuit iudeis no[n] gentilib[us]. An[tecedens]
p[ro]bat ap[osto]lus p[er] seipm et alios ap[osto]los d[icens]. Nos
natura iudei et no[n] ex gentib[us]. p[e]ccatores
i[d est]. nos qui sumus natione iudei et non ex

gentilibus nati fuimus . peccatores . supple quod dum
fuimus sub lege existentes . scientes autem quia
non iustificatur homo ex operibus legis propter suam
imperfectionem . nisi in fide ihesu christi . Unde et
patres veteris testamenti non fuerunt iustifi
cati nisi per fidem christi venturi . et nos in christo ihesu
credimus ut iustificemur . per eandem enim
fidem iustificantur fideles novi testamenti
quia quem illi crediderunt venturum isti credunt
venisse et redemptionis misterium complevisse
Sed quia pseudo apostoli dicebant quod fides christi non ius
tificabat sine legalium observatione ideo contra hoc
removet . dicens quod si querentes iustificari in christo
id est in fide christi inventi sumus et ipsi peccatores . quod
est si hec fides non iustificat absque legalibus
Nunquid christus peccati minister est . quasi dicat . hoc inconveniens
sequitur . ex quo tradidit fidem non iustificantem
Absit . quasi dicat . hoc patet secundum ex predictis . quia supra
probatum est quod doctrina euuangelica est a deo
inspirata et perfecta quod non esset nisi iustifi
caret . nam in hoc consistit legis perfectio . Si
enim . hic ostendit particulariter quod legalia fuerint
abicienda suo ipsius exemplo dicens . Si enim que
destruxi . scilicet legalia que docui debere relinqui
hec iterum rehedifico id est observo tanquam necessaria
ad salutem et alios ad hoc induco . prevarica
torem me constituo . id est facto me confiteor errasse
Absit . ideo subdit . Ego enim per legem . scilicet no
vam legi veteri mortuus sum . inquantum evacuat
legalia sicut predictum fuit . Ieremie . 31 . Ecce
dies veniunt dicit dominus et feriam domui iuda
fedus novum non secundum pactum quod pepigi cum pa
tribus vestris etc . per hoc enim quod dicit non secundum pac
tum per quod intelligitur lex mosayca ostenditur
quod per legem novam erat evacuanda ut deo
vivam per christi gratiam ideo subdit . christo confixus sum
cruci . scilicet per compassionem ex fide precedente . ideo
subdit . vivo autem iam non ego . scilicet qualis fui
sub lege . vivit vero in me christus habitans in me
per gratiam vivificantem . quod autem nunc vivo per
christi gratiam . in carne id est adhuc existens in carne
passibili . In fide vivo filii dei etc . qui resur
rectione dabit michi corpus immortale qui
dilexit me . Ex dilectione enim maxima

voluntarie mortem subiit pro salute nostra
Et quia tanta gratia non est negligenda sed vene
randa ideo subdit Non abicio gratiam dei id est
abiectam non reputo quod tamen esset si absque le
galibus non sufficeret ad salutem ideo subdit . si
enim per legem iustitia supple habetur ergo christus
gratis mortuus est id est sine causa ex quo sine
hoc habebatur iustitia que facit hominem dignum
vita eterna . galathe vero habebant pro in
convenienti quod frustra fuisset mors christi . et per
consequens debebant inconveniens reputare id ex quo
sequebatur . scilicet quod observatio legalium iustificaret
vel esset necessaria ad salutem

III

O Insensati . Postquam apostolus im
probavit errorem de observa
tione legalium cum evidentia
ex perfectione legis evvange
lice . hic consequenter idem facit ex imperfectione legis
mosayce . ista tamen divisio non est precisa . quia
et in precedentibus posita sunt aliqua de im
perfectione legis mosayce . et econverso . In sequen
tibus aliqua ponuntur de perfectione legis e
vvangelice . sed hec divisio accipitur secundum id quod
principaliter intelligitur . et dividitur in duas partes
Nam apostolus primo galathas increpat . secundo propositum
declarat ibi . Qui ergo . Prima adhuc
in duas quia primo ponit suam increpationem . secundo
increpationis rationem ibi . Hoc solum . Circa
primum dicit . O insensati galathe quis vos fasci
navit . id est decepit non obedire veritati scilicet
evvangelice per quam legalia sunt exclusa .
licet enim apostolus sciret eos deceptos per pseudo
apostolos tamen querit . quis vos fascinavit etc .
non ignorans sed admirans eorum instabilita
tem sicut genesis 3 . dicitur . Adam ubi es . non ex
ignorantia . Sciendum etiam quod fascinatio
alio modo accipitur pro illusione sensuum qua ali
quis non advertit ea que sunt ante ipsum
et sic erat de galathis quia iniuriam factam
christo per falsos apostolos in presentia eorum non adver
tebant ideo subdit . Ante quorum oculos ihesus
christus proscriptus est id est condempnatus per
falsos apostolos asserentes vobis quod fides eius non

sufficit ad salutem sine legalibus et sic condempnant eum tamquam impotentem ad salvandum cum tamen lex hec promittat de Christo venturo ut patet per actori. Iheremie in precedenti ca. inductam. Lex enim frequenter accipitur pro toto veteri testamento. et in vobis crucifixus. per eosdem tamquam homo purus hoc enim asserebant a tempore apostolorum aliqui pseudo apostoli sive heretici. propter quod Iohannes in principio euangelii sui compulsus fuit eius divinitatem declarare. ut dicit Ieronimus in prologo super Iohannem. hoc solum. hic quia ponit increpationis rationem duplicem 2a ponitur ibi. tanta. Circa primum sciendum quod in primitiva ecclesia dabatur spiritus sanctus sub signo sensibili per impositionem manuum apostolorum. sicut patet act. 8. et pluribus aliis locis. et sic datus fuerat galathis in fide Christi baptizatis non sic dabatur observantibus legalia et sic poterat advertere quod legalia non erant ad salutem necessaria nisi erant predicto modo fascinati. et hoc est quod dicit. hoc solum volo a vobis discere i. audire ut deceptio vestra appareat ex vestra responsione ex operibus legis spiritum accepistis in signo visibili. An ex auditu fidei i. ex receptione fidei Christi per baptismum. q. d. manifeste patet per effectum quod non potestis negare vos ex fide Christi recepisse. ideo concludit eorum deceptionem d. Sic stulti estis ut cum spiritum ceperitis de gentilitate recipientes immediate doctrinam euangelicam que spiritualis est. nunc carne consummamini super eam volentes recipere legalium observationem que dicuntur iustitie carnis. heb. 9. eo quod tollebant quasdam immunditias ex immundorum tactu provenientes. ut ex tactu mortuorum menstruate. et huiusmodi ex quibus redolebatur homo inhabilis ad ingressum templi. Tanta. hic ponitur 2a ratio quia passi magnum detrimentum sine causa factum est. sic erat de galathis propter quod erant increpandi sicut fatui. et hoc est quod dicit. tanta passi estis. quod exponitur dupliciter uno modo de persecutionibus quas pro Christo sustinuerant. sine causa i. sine utilitate

provenientes uno cum detrimento nunquam enim dicendo plus significat per deceptionem eius pseudo apostolorum dicte sufferentie perdiderunt meritum et cum hoc incurrerat penam. si tamen sine causa. i. si perseveretis in errore. q. d. si abiciatis errorem recipietis iterum gratiam spiritus mortua vivificantem. Alio modo de expensis magis exponitur quas fecerat pro pseudo apostolis et sic passi fuerant dampnum in temporalibus et sine utilitate spirituali uno cum detrimento bonorum spiritualium. et hoc videtur sonare litera cum dicit. tanta passi estis. i. plura dampna s. in temporalibus et spiritualibus bonis. Qui ergo. post galathorum increpationem. hic quia apostolus declarat cessationem legalium propter eorum imperfectionem. Et dividitur in duas partes quia primo declarat hoc per rationem. 2o per similitudinis adaptationem. ca. 4. prima adhuc in duas quia primo ponit rationem. 2o solvit tacitam questionem ibi. quid igitur lex. Circa primum facit talem rationem. Illa lex que non iustificat. nec benedictionem dei confert nec hereditatem affert tamquam imperfectam cessat adveniente lege iustificante. benedictionem dei conferente et hereditatem eternam afferente et sic se habet lex mosaica ad euangelicam ergo etc. In hac ratione sic procedit quod supponit maiorem tamquam manifeste veram et declarat minorem quantum ad eius tres partes. primo primam. 2o 2am ibi. providens autem. 3o 3am ibi. fratres. primam autem declarat s. quod lex non iustificat sed fides Christi d. qui ergo tribuit vobis spiritum s. sanctum in signo sensibili. et operatur virtutes in vobis i. miracula videntibus vobis. de quo certum est quod est ipse deus. quia talia fieri non possunt nisi virtute divina facit ne hoc ex operibus vel ex auditu fidei i. ex receptione fidei Christi q. d. manifeste patet per effectum quod hoc non est ex merito legis. sed ex merito fidei quia talia non fiunt servantibus legem sed recipientibus fidem et confirmat per scripturam d. sicut scriptum est. gen. 15. c. Credidit abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam. et sic ex fide Christi venturi iustificatus

fuit et vos

fuit et non ex operibus legis que per magnum tempus
postea fuit data ideo concludit. Cognoscite ergo
quia qui ex fide sunt credentes per fidem christi iusti
ficati. hii sunt filii abrahe .i. imitatores fi
dei sue et per eam iustificati sicut et ipse. providens
autem. hic declaratur 2a. pars minoris .d. quod benedic
tio dei non habetur ex lege sed ex christi fide .d.
providens autem scriptura .i. deus actor scripture
quia ex fide iustificat gentes deus. et non ex lege
ut predictum est prenunciavit abrahe. gen. 12.
ante datione legis longo tempore quia benedicentur
in te omnes gentes. quod impletum est in christo ab a
braham descendente secundum carnem in quem ex
omnibus gentibus aliqui credunt et plenius
implebitur circa finem mundi. Igitur qui
ex fide sunt .i. de numero fidelium benedicent
cum fideli abraham quod non quesivit legalia
servantibus ideo subditur. quicumque enim ex operibus
legis sunt asserentes quod sine illis operibus non est
salus. sub maledicto sunt quia non possunt
illa implere propter quod dicit petrus. actuum 15. hoc est
onus quod nos nec patres nostri portare potuimus. sed
contra hoc videtur esse quod dicit iheronimus in expositione
fidei. scilicet illos esse maledicendos qui dicit deum pre
cepisse aliquod impossibile. dicendum quod aliquid dicitur im
possibile dupliciter. uno modo simpliciter et absolute et sic
loquitur iheronimus. Alio modo quia non est bene possi
bile sicut de hera dicitur quia non potest sonare quod ma
le sonat. ut dicitur .4. methaphisice. et sic dicitur quod iudei
non poterant servare propter difficultatem servandi
quia non poterant de facili servare et ideo multi
erant transgressores quod autem tales sint maledi
probatur probat per scripturam. deutro. 27. capitulo. male
dictus omnis qui non permanserit in omnibus que
scripta sunt in libro legis ut faciat ea .i. opere
impleat quod tamen predicti non faciebant. et ul
terius ad probandum quod lex non iustificet inducit
scripturam. abacuc. 2. capitulo .d. iustus ex fide vivit
vita gratie. lex autem non est ex fide .h. ex. tenet
hic materialiter sicut cum dicitur. ex ere fit statua
et pro tanto dicitur lex non esse ex fide quia in lege
veteri non fuerunt data precepta de credendis
hoc enim pertinet ad legem novam in qua facta
est explicatio credendorum. propter quod ro. 3. dicitur lex

vetus lex factorum. lex autem nova dicitur lex fidei
nec est per hoc intelligendum quod precessores veteris testa
menti fuerunt sine fide sine qua impossibile est placere
deo. hebre. 11. multi enim ipsorum fuerunt sancti
et deo placentes sed non habuerunt fidem explicitam
sicut patres novi testamenti in quo veritas per christum est
aperte revelata. sed qui fecerit ea .scilicet legis precepta
vivet in eis. quia non incurret penam mortis
que transgressoribus inferebatur. et ideo non dicit
absolute vivet. sed vivet in eis vita temporali. vita
vero spiritualis datur per fidem caritate formatam
christus nos redemit de maledicto legis .i. de pena
transgressoribus legis debita nos absolvendo a
debito servandi eam et quia fecit hoc per suam
passionem per quam legalia sunt evacuata ideo
subditur. factus pro nobis maledictum .i. sustinens pro
nobis penam mortis sed non culpam. que mortem in
ferebatur maledictus in lege .scilicet per suspensionem
in ligno. quia scriptum est. deutro. 21. maledictus etc.
Et quia per suam passionem meruit promissionum
factarum patribus impletionem ideo subditur. ut in gen
tibus benedictio abrahe .scilicet promissa fieret in christo
ihesu. promissum enim erat abrahe quod in semine
eius benedicerentur omnes gentes terre. gen. 22.
quod impletum est in christo descendente ab abra
ham secundum carnem. ut pollicitationem spiritus .i.
promissionem spiritus sancti acciperemus per fidem quia datur
credentibus in christum. fratres. hic declarat 3a pars
minoris supraposite .scilicet quod hereditas eterna non
datur per legem sed per christi fidem. quia promissio huius
hereditatis facta fuit abrahe per longum tempus
ante legis dationem ut declaravi plenius gen.
15. si igitur deberet ex lege que postea data est
sequeretur quod promissio illa per legem fuisset irri
tata ex quo non deberetur ex promissione sed
ex alia causa hoc est autem inconveniens dicere
de divina promissione iuramento divino firma
ta qualis fuit ista sicut patet. gen. 22.
ubi repetitur hec promissio et additur. per me
metipsum iuravi dicit dominus etc. hanc autem
rationem deducit apostolus diffuse et aliquatulum
intricate .d. fratres secundum hominem dico .i. per factum
humanum exemplum ostendendo. tamen hominis etc. q.d.
licet homo nichil sit respectu dei tamen hominis confir

matu testamentum ordinauit pro filijs de
hereditate. Nemo spernit etc. i. imobile tenet
Antiquitus enim homines in suis testamentis
ordinabant de successione hereditatis et adhuc
fit in aliquibus terris. Abrahe dicte sunt
promissiones s. diuine per modum testamenti fir
mate ut postea subdit ideo sunt firme. et semini eius
s. xpo in quo implete sunt et non in alio ideo dicit
semini in singulari. Hoc autem dico testamentum etc. i. pro
missiones iste per modum testamenti sunt confirmate
quia iuramento diuino quod post quadringentos etc.
construenda est sic littera. lex que post quadringentos
et xxx. annos a promissione abrahe facta est i.
data in monte synay non irritum facit ad eua
cuandam promissionem i. non euacuat promissio
nem habitam factam quasi irrita quod tamen fa
ceret si daretur ex lege ideo subdit. nam si ex lege
hereditas. supple datur iam non ex promissione sed datur
ex alia causa habet aut per repromissionem firmam
donauit deus. igitur non ex lege. Quid igitur.
hic consequenter apostolus respondet tacite questioni ex hoc ei
quod apostolus dixit quod ex lege non est iusticia nec be
nedictio nec hereditatis consecutio sed per fidem que fuit
etiam in patribus ante legem ideo posset aliquis querere
ad quid lex moysi fuit data quia videtur hoc fuisse
frustra et hoc est quod dicit. quid igitur lex. ad quid
fuit utilis. propter transgressionem. hic respondet ad questionem
ostendens triplicem legis utilitatem. prima est punitio
peccatorum quia in lege determinantur certe et graues
pene pro determinatis peccatis. quarum terrore cohi
bebantur homines a peccatis usque ad tempus legis euan
gelice que est lex amoris. et hoc est quod dicit propter trans
gressionem s. puniendam et reprimendam. posita
est lex donec veniret semen s. xpus de semine
abrahe cui promiserat i. in quo complende erant
promissiones diuine. consequenter tangit apostolus ad ostendendum
qualis lex sit data. d. ordinata per angelos. non
enim fuit data immediate a deo sed per angelum. ut
habetur act. 7. de moyse hic est qui fuit in ecclesia
in solitudine cum angelo qui loquebatur ei
in monte syna. quia ille angelus in persona dei lo
quebatur frequenter nominatur deus in exodo. In
manu mediatoris i. in potestate xpi ad mutandum
eam pro voluntate sua tamquam domini eius. Unde

dicit mt. 12. dominus est et filius hominis et sabbati. me
diator autem unius non est. s. duorum extremorum que coniungit
est enim xpus mediator dei et hominum reconcili
ans homines deo patri. sed quia unum extremum est simpliciter
indiuisibile s. deus ideo subdit. deus autem unus est.
homines autem multi faciunt tamen unum extremum
per unitatem fidei. Lex ergo. hic ponitur 2a. uti
litas que est hominum conclusio sub peccato. quia
lex peccatum ostendebat nec tamen gratiam iustificantem
conferebat et sic homines mouebantur ad deside
randum aduentum xpi per quem erant iustifica
di. dicit igitur apostolus interrogatiue. lex ergo
aduersus promissa dei ea irritando. Absit quia
lex illa data fuit a deo. et sic non irritat
dei promissa. quia sic deus irritaret seipsum. Nec
valet si obiciatur de lege noua a deo data que tamen
euacuat veterem. quia non sic euacuat nouam
quin maneat in aliquo meliori. s. in re figu
rata que melior est ipsa figura sic autem non est
in proposito. quia dei promissa de iustificatione et he
reditatis constitutione non figurabant legem
sed magis econuerso quia lex figurabat impletionem
promissorum. Si enim data esset lex que posset
iustificare iusticia infusa que facit dignum
vita eterna. vere ex lege esset iusticia et non
ex promissione abrahe facta. et sic per legem esset
irritata. sed conclusit scriptura. i. lex moysi
que est lex scripta. omnia sub peccato inquantum peccatum
ostendebat nec mundabat ut promissio de iusti
ficatione et per consequens hereditatis constitutione ex fide
ihesu xpi. i. per fidem eius daretur credentibus
fide formata que tendere facit in deum. prius
autem. Hic ponitur tertia utilitas que est in
troductio hominum ad fidem xpi ad quam lex
vetus fuit quedam dispositio inquantum lex illa erat
figura noue legis et totus ille status noui
testamenti figuratiuus. i. cor. 10. omnia in
figura contingebant illis. figura vero ducit
licet imperfecte in cognitionem rei figurate.
et hoc est quod dicit. prius autem quam veniret
fides s. reuelata et explicata in euangelio.
sub lege custodiebamur. per cultum unius dei
veri conclusi in eam fidem que reuelanda erat
Est enim eadem fides in nouo et in veteri

testamento sed in veteri erat implicita et fi
guris velata. In novo vero est explicita et
revelata ex quo concludit. Itaque lex pedagogus
noster fuit in xpo .i. disponens ad xpm sicut peda
gogus disponit puerum ad virtutem tempore futuro
scdm quod subdit. ut ex fide .s. revelata iustifi
cemur iusticia infusa. at ubi venit fides .i. tem
pus fidei revelate. Iam non sumus sub pedagogo
.i. observationibus legalibus sicut puer adveniente
etate adulta iam non est sub pedagogi disciplina
sed sub superiori doctrina et eadem ratione ad
veniente euuangelio cessant legalia et sicut
in naturalibus cessat dispositio ad introductionem
forme ideo subdit apostolus. omnes enim filii dei estis
adoptivi. per fidem caritate formata. quicumque enim
in xpo baptizati estis xpm induistis .i. ei con
formes facti estis et sic non estis in statu pu
erili imperfecto sed perfecto quantum ad graciam et virtute
neque in hoc est distinctio rone nationis conditionis
aut sexus ideo subdit. Non enim iudeus etc. omnes
enim vos unum estis in xpo ihu .i. incorporati sibi
per fidem. quod si vos abrahe semen estis sicut xpus est
semen eius secundum promissionem sibi factam regni
celestis. In promissione enim abrahe facta de promis
sionis terra intelligitur principaliter terra viven
tium promissa. prout Gen. 17. prius declaravi.

IIII

Dico autem. Postquam apostolus probavit
cessationem legalium per rationem
hic consequenter idem facit per similitudinem
et dividitur in duas partes secundum
duas similitudines. 2a ibi. Dicite michi. prima
adhuc in duas quia primo ponit et adaptat simili
tudinem. 2o arguit galatarum inconsuetudinem ibi. Sed
tunc quidem. Hec autem similitudo accipitur ex humana
consuetudine qua filius tenetur sicut servus quamdiu
est parvulus. factus autem adultus liberatur ab illis
modis servilibus. Status autem legis fuit quasi
status puerilis ut dictum est supra. ideo fuit
ibi servitus sub multis observantiis legalibus
a quibus liberamur in novo testamento. in
quo est status quasi viri perfecti. et hoc est quod
dicit. Dico autem .i. probo per similitudinem. quanto tempore
heres parvulus est nichil differt a servo in

vita et subiectionis modo. cum sit dominus omnium in
potencia propinqua. sed sub tutoribus et actoribus
est ipsum castigantibus et reprimentibus sicut servum
usque ad prefinitum tempus a patre .i. usque ad etatem
adultam. Ita et nos .s. iudei cum essemus parvuli
.i. in statu veteris testamenti sub elementis mundi
eramus servientes .i. sub legalibus observantiis que
dicuntur elementa .i. littere quia in addiscendo puer
incipit ab istis elementis ut sciat ea nominare
et distinguere. procedente vero tempore dimissa
hac occupatione circa spiritualia occupatur. Ita le
gis observantie fuerunt quedam figure dis
ponentes ad xpm ut dictum est supra quod in
eius adventu sunt dimisse ideo subdit. At ubi
venit plenitudo temporis .i. tempus xpi in quo data
est plenitudo spiritus sancti. Vel aliter plenitudo temporis
.i. impletio temporis prefiniti a deo patre. misit
deus filium suum scilicet ex muliere quantum ad corpus
sumptum de virgine factum sub lege quia vo
luit servare legalia ut eos qui sub lege erant
legalibus observantiis redimeret per suam passi
onem per quam abstulit dictam obligationem. Ut
adoptionem filiorum .s. dei reciperemus per xpm qui
est eius filius naturalis et hanc filiationem declarat
consequenter per effectum dicens. quoniam estis filii sui .s. ut hec
filiatio monstraretur misit deus spiritum filii
sui .i. spiritum sanctum qui dicitur spiritus filii sicut et patris
eo quod procedit ab utroque. In corda vestra. per gracie
infusionem. clamantem .i. clamare facientem per
confessionem fidei. Ro. 10. corde enim creditur ad
iusticiam ore autem confessio fit ad salutem. vel aliter.
clamantem .i. per signum sensibile ostendentem sicut
Gen. 4. dicitur. Vox sanguinis fratris tui abel clamat
ad me de terra. In primitiva enim ecclesia baptizatis · actu · 8°.
dabatur spiritus sanctus in signo sensibili signans graciam
infusam menti et per consequens filiationem adoptivam
et paternitatem sibi correspondentem. Abba pater.
confitendo deum patrem. et ponuntur hic due dic
tiones idem significantes. prima hebraica vel
potius siriaca tamen ea communiter utuntur hebrei quia
lingua sira et hebrea sunt propinque. Secunda greca
licet ea utantur latini ad significandum quod deus
pater est conversis de iudaismo et gentilitate et uniri
debent in fidei confessione et ex dictis infert

·ꝯuez·
questione ·d· Itaqꝫ iam non est seruus sed filius
·s· quicumqꝫ confitetur fideliter dm̄ xp̄m ·q̄ si filius
p adoptione· ꝛ heres p deum ipm adoptando
filio adoptiuo debetur aliqua pars hereditatis
scdm leges. Sꝫ tunc quidem · hic arguit gala
tarum ingratitudinē p filiationē eni dei adop
tiua erant liberati a seruitute legis ut pdictu
est · et io magna erat ingratitudo hac serui
tute recipe tamq̄ dei donu est insufficiens ad
salutem ꝛ erat maior in gentibꝫ ꝯusis de ydo
latria · q̄ sic non erant nutriti in obseruan
tijs legalibꝫ sicut fuerant ꝯuersi de iudeis io
dicit · sꝫ tunc quidem ·s· an ꝯusionē vr̄az igno
rantes deum veru hijs qui natura nō sunt
dij · sꝫ solu fictione hoīuz cuiusmodi sut y
dola · seruiebatis colendo ipā · Nunc aut post
vr̄az ꝯuersionē · cum cognoueritꝭ deu p fidem
ymo cogniti sitis a deo qui vocauit vos p sua
grāz · quo ꝯuertimini iterū ad infirma ꝛ egena
elementa · i · ad legales obseruantias q̄ dicuntur
elementa vt pdicta · ꝛ infirma ꝛ egena · quia
non sufficiebant nec grām ꝯtinebant sicut
faciunt sacramenta noue legis · dicit aut · Iterum nc
q̄ ante suam ꝯusionē legalia seruassent ut pre
dictum est · sꝫ q̄ tunc ydola coluerant · qui cultus
erat illicitus ꝛ similiter legaliu ritus ponendo ibi
spem suam tamq̄ eet necciu ad salutē quod
galathe faciebant io subdit · dies obseruatis apud
iudeos celebres · vt decima diem mensis primi
ad accipiendu agnu pascalem ꝛ huiōi · Et men
ses · in principio eni mensiu celebrat iudei neome
niam · ꝛ tpra ut tpus egressiois de egipto mense
primo ꝛ tpus liberationis ysaac mense septimo
et sic de aliis · ꝛ annos ·s· septimu anu qui di
cebatur remissionis · ꝛ quiquagesimu qui dr̄
iubileus · Et quia talis obseruancia erat illicita
subdit · Timeo ne forte sine causa · i · inutilr
laborauerim in vobis pdicando vobis fidem ca
tholicam q̄ non proficit ducto mō iudayzatibꝫ
io subdit · Estote sicut ego dimittentes legalia
sicut dimisi · q̄ ꝛ ego in errore fui sicut et vos
fuistis · et io sum correctus ita vos corrigatis ·
Fres · post galataꝝ increpatione hic aplꝯ port
eoꝝ consolatoria monitionē mō boni samari

tani post vinu mordicatiuu infundens oleu
lenitiuu · c̄c quod sciend q̄ aplus magnas pse
cutiones in corpe sustinuit ānq̄ galathijs
predicaret et hoc erat eis notu ꝛ tn̄ nō respu
erut eum tamq̄ hominem abiectum ꝛ passu
sꝫ valde reuerenter ꝛ caritatiue receperunt
eum de quo ꝯmēdat eos · d · Fres obsecro vos ·
supple ne credatis ex odio me vos increpasse
sꝫ ex amore io subdit · Nichil me lesistis · sꝫ
supple bona michi fecistis ut postea exprimit
Scitis aut quia p infirmitatē carnis · i · tribu
lationes passus in corpore euuangelizaui
vobis iam pridem · i · antea et est aduerbium
tpris · Et temptatione vr̄am in carne mea
non spreuistis · hic accipitur temptatio pro
experientia · temptare eni est experimentu accipe
e ussē · sensꝯ non spreuistis me passum i carne
licet hoc notu vobis fuerit p experimentum ·
Neqꝫ respuistis ·s· predicatione mea / sꝫ sicut
angelm dei ꝛc · yperbolice loqt̄ ad maiorē ex
pssionē reuerentie sibi facte · sꝫ q̄m retracti
erant a bono p falsos aplos · io subdit · Vbi est
ergo btitudo vr̄a · i · bonu initiu vr̄m quo di
cebamini beati · ꝛ eratis in spe · Testimoniu enim
perhibeo vobis ex visu et auditu q̄ si fieri
pot ꝯuenienter tn̄ oclos vr̄os eruissetis licet
eni hoc facere possent ab̄solute non tn̄ bene possꝫ
etꝭ dici qd est yperbolice ad magis exprimend
caritatis affectum quē sibi ondderant sꝫ ꝯu
mutati erant subdit · Ergo inimicus vobis
sum verum dicens · uos arguendo de malis
q · d · non me deberetis ex hoc minus diligere
sꝫ magis · et q̄ inducebant ad hoc p falsos
aplos simulantes hoc facē ex galathaꝝ dilec
tione io subdit · emulantur vos · i · diligunt
non bene sꝫ simulatorie et ad malum vr̄m ·
io subdē · sꝫ excludere vos volunt ab euuan[ge]
[li]ca
veritate ut illos emulemini · i · imitemini in lega
libus obseruantijs · bonu aut emulamini et nō
tm̄ cum pns sum apud vos · i · sui q̄ tunc nō
erat pns quo scripsit hanc eplam · Et p fer
uentē pfectum eoꝝ desideret ondit · d · filioli
mei quos iteru parturio · i · cum lacrimis et
dolore de errore vos reuoco sicut prius euocaui

uos a gentilitate donec formetur xpus in vobis p sinceritatem fidei forte. vellem aut ee apud vos nro pntia corli. et mutare vote mea increpando vos aspe qui modo vobis su ambo uos scribo et sub de ca. qm confundor in vobis. i. apud alios fideles qfundor de vra subuersione. Dicite michi. hic ponit 2ª. sili tudo ad ondendu cessatione legaliu et accipr de scptura. gen. 16. et 21º. Et primo figura ponitur. 2º ad ppositu adaptatur ibi. Nos aut. ee pmo dicit. Dicite m qui sub lege vultis ee falsis aplis acquiescendo. legem no legistis. i. libros moysi qui apud hebreos ppe lex dnt. q. d. vere q non legistis. uel si legistis non intellexistis. scptu est eni in locis pallegatis qm abraham duos filios habuit. plures aut habuit de cethura gen. 25. s istos duos tm exprimit apls quia de illis magis loquitur scptura et q faciunt ad ppo non aut aly. vnu de ancilla. s. ysmaelem. et vnu de libera s. ysaac. sciend tn q agar mat ysmaelis fuit uxor abrahe ut dictum fuit. gen. 17. q tn sarra erat vxor eius pincipalis. io hec agar retinuit nomie ancille. s qui de ancilla sm carnem natus e. i. p modu carnalem. qui aut de libera p repmissione. s. dei adiuuantis natura q sarra erat sterilis et in hoc transierat in ea tpus gpiendi quo concepit ysaac. Erat eni tuc nonagenaria. gen. 17. q sunt p allegoria dcta. habet eni sacra scptura quadruplicem sensum. s. historicu qui p voces significatur. et misticu qui p rem significata intelligit. et hic e triplex. s. moralis quo intelligit quid agend. Allegoricus tn designat quid credendu anagogicus quo significat quid spand in pria et hec pnt videri in hoc noie ihrlm q in sensu litterali signt ciuitate iudee metropolim. in morali aiaz fidelem. in allegorico ecclesiam militante. in anagogico ecclaz triumphante vn versus. lra gesta docet. quid credas allegoria. moralis quid agas. quo tendas anagogia. Hec eni sunt duo testamenta scdm sensum allegoricum. vnu quidem in monte synay. q vetus testamentum fuit ibi

datum a deo cuius in hoc fuit abraha figura. In seruitutem generans. i. subiciens homines suituti legalium quod fuit onus impossibile ut dcm e supra. 3º. cº. que e agar significatu. fuit eni figura suitutis legalis. Syna eni mons e in arabia et. i. licet syna scdm sensum litteralem multum distet a ihrlm tn giunctus e ei sm sensum allegoricu q suitus legis p monte syna significata tuc vigebat in ihrlm vbi quo erat templu in quo offerebantur sacrificia et obseruabantur legalia nudu erat destructum p romanos. quia destructio illa fuit post passione apli qui passus fuit sub nerone. templu vero fuit postea sub vespasiani tpre. et suit cum filys suis. i. cu iudeis in suitute legis. illa aut que sursum est ihrlm. s. ecclia que est ihrlm allegorica que dr sursum q pducat et pmittit bona celestia. libera est a suitute legis. q est mat nra per baptismu eni regenerati sumus ex ea scptu e eni. ysay. 54º. de hac generatione fecunda letare sterilis que non paris. i. ecclia de gentilibus collecta que tpre veteris testamenti erat sterilis ab opibus bonis. erumpe in laudem diuinaz et clama corde et ore pro gratia actoe quia multi filii deserte. i. gentilitatis ad xpm gierse que ante erat a deo deserta pp eius ydolatria magis q eius q habz viru. i. synagoge q in monte synay desponsata fuit deo in legis susceptione. Nos aut. magis adaptatur figura ad ppositum cum dr. nos aut. s. xani sm ysaac. i. ad similitudine eius pmissionis filii sumus. i. geniti p gram non p natura sicut ysmahel. s quom tuc is. s. ysmahel psequebat eum sm spm. s. ysaac qui natus erat sm promissione diuinaz spus eni est deus. Joh. 4º. psequebatur et. de hac psecutione dictu fuit gen. 22º. q sm expositores catholicos fuit corporalis. Nam ysmahel qui erat maior corpe et fortior ysaac sub spe ludi deludebat eum malitiose. sm vero hebreos fuit spualis q inducebat ysaac ad aliqua que sapiebant ydolatria. dictio eni hebraica ibidem posita e equiuoca ad ludum et ydolatria. et dictum

apli vr ee magis consoni sde expositioni
cum subdr. Ita et nuc. qz pseudo apli suade
bant galathys iudayzare qd est sile ipi ydo
latrare post euuagelium publicatum. s; quid
dicit sptura gen. 21. Eice ancillam &c et
sic factum fuit ad littera de agar & ysmaele
filio eius p quod figuratu fuit q legalis ob
suantia cum obsuatoribz suis a consortio fi
deliu erat in aduentu xpi abicienda io con
cludit aplus. Itaqz fres non sumq ancille
filij. i. suituti legaliu subiecti s; libere. i. mi
litantis ecclie a talibz liberate. qua libertate
xpus nos liberauit qui p suam passione lega
lia euacuauit.

V

Scate. Postqz aplus sua sniaz
de cessatione legaliu ondit
multipliciter ee iustam. hic
qnre inducit galathas ad eius
obsuatia. Et diuide in duas ptes qz pmo
inducit ad hoc ex euasione mali. scdo ex co
secutoe boni ibi. vos in libertate. Primu aut
malum qd euasisse dicit p snam apli est
suitus q est mors ciuilis io dicit. state in
fide catholica. Et nolite iteru iugo suitutis
cotineri. legis em suitus erat qi impossible
omis ut dcm est supra. ca. 3. Scdm malu
est emissio gre xo qd tangit cum dr. Ecce
ego paulus &c pz lra. Tertium est obligao.
ad vniuersam legem faciendam qd vix aut
nunqz pot quis facere qd notat cum dr. tes
tificor aut. sicut em in susceptoe baptismi
obligatur recipiens ad fidem catholica suacu.
sic in circucisione obligabatur ad lege mo
saycam faciendam quia lex mosayca dr
lex factorum sicut lex euuangelica dicit
lex fidei. Ro. 3. Quartum malu e sepa
tio a xpo & hoc notat cum dr. Euacuati
estis a xpo qui in lege iustificami. i. in ob
suantia legaliu querit iustificari reputa
tes non sufficere vobis ad salute fide xo. et
p qns blasphematis eum tamqz impotente
nos em in spu. i. p spm sanctum ex fide
s. xo spe iustitie expectamq. i. eterna beati
tudine que e merces iustitie p xpm date

Nam in xpo ihu neqz circucisio &c. i. ad
salutem p xpm datur circumcisio ul pre
putiu nichil opatur s; fides q p caritatem
opatur. fides em sine opibz mortua est. vt
dr. Iaco. 2o. ca. et io non sufficit ad salute
consequendam ad quam requiritur vita gre.
Currebatis. hic infert qnez ex dictis. s. q
galathe impediti erant a pfectu iustitie
p fl[a]os aplos. d. Currebatis bene. ad bra
uium salutis eterne. quis vos impediuit. s.
ab isto cursu suple docentes vos veritati no
obedire non qrit hoc ex ignorantia sciens
q hoc erat p falsos aplos s; ex admiratione
sicut saluator. luc. 8. quis me tetigit &c.
psuasio hec. s. suandi legalia. non est ex
eo qui vocat vos. i. vocauit qz non est ex
instinctu xo s; dyaboli. Modicu fermentu
&c. bonu em consistit ex omnibus circustatijs
bonis malum aut ex singulis defectibz Ita
q vna sola circustantia mala facit totum
actum malum et simile in congregatoe
fideliu vnus puersus in fide corrupit alios
qz tn aplus qfidebat de correctioe galataru
subdit. Ego confido in vobis q admoitoem
meam vos corrigetis in dno. i. p adiutoriu
dei. ita q nichil aliud sapietis nisi verita
tem euuangelij qm pdicaui vobis. Qui at
conturbat vos asserendo q sine circucisione
saluari non potestis. portabit iudiciu suuz
. i. pena sibi debitam. Cessatione aut circu
cisionis ondit p factum suu erat em na
tione iudeus et p qns circucisus pp quod
non est credibile q velit odiu iudeoru et per
secutione ab eis sustinere eo q pdicabat
cessatione circumcisionis nisi ita eet in ve
ritate et hoc est quod dicit. Ego aut fres
si circucisione ad huc predico dicendo q sit
necria ad salutem quid ad huc psecutione
patior. q. d. non haberem amplius pati quia
pro re alia no psequuntur me iudei io con
cludit ergo euacuatu est scandalu crucis
qz iudei non scandalizabant de paulo pdicate
ihm nazarenu crucifixu fuisse s; quia
pdicabat eum verum xpm ee et cunctis legalibz

curcũcidisse. cui q̃ ad cessatione circũcisionis
falsi apli asserebant io subdit de illis. Utinam
abscidantur .i. totale a vobis separentur q̃ vos
conturbant. dicentes q circũcisio sit vob necia
ad salutem. Vos aũt. Hic ꝯre inducit gala
thas ad dimissione legalium ex consecutive
boni inde pueniẽt. Et divid̃ in duas ptes
in ptem pncipale ꝛ incidentalem q̃ incipit
ibi. Manifesta sunt. Primũ vero bonum
sequẽs ex cessatione legaliũ est libertas que
ẽ summe desiderabil. In tm q etiam bruta a
nimalia ꝑponũt eam societati ventris. Ut
patet in avib inclusis io dic. Vos em in lib̃
tatem a legali ꝯuitute que ẽ maxima vocati
estis fres p gratiam xpi vos liberantis verũp
tamẽ q non est abutendũ hac libertate. Ideo
subdit tm. Ne libertatẽ in occõnẽ detis carnis
q. d. hoc tamen est vob necũ q non sapiatis
vos ad sequedũ carnis impulsum credentes
q sit vob licitum sicut dixerũt aliqui heretici
p libertatẽ xpi omnia licere sibi. ſꝫ p caritatẽ
ꝯuite invicem in tpalib ꝛ ſpualib mutuo
vos iuvando. 2m bonũ est vniverse legis
facilis impletio. io dicit omnis em lex in vno
ſmone impletur. s. in pcepto caritat̃ quod
tn duplicatur inꝗtum dilectio respicit dm ꝛ
proximũ. vn dicit salvator. Mt. 22. cᵒ. In
hys duob mandatis pendet tota lex et pphe
quia omnia alia pcepta non sunt nisi qdam
explicatioes mandati dilectionis dei ꝛ pximi
Aplus tn non ꝓsequit̃ hic nisi de dilectioe
pximi. d. Diliges pximũ tuũ sicut temetipꝫ
.i. in ordine ad eandem btitudinẽ ꝯsequẽd̃
ꝛ ꝯtra removet ꝯtrm. d. q si invicẽ mordet̃
verbis malis invicẽ iniuriando. ꝛ ꝯmedit̃
invicẽ defraudando sicut de usurario dicit̃
cõe q comedit illum cui tradidit ad usurã.
Videte ꝫ. i. advertere debet̃ q ad hoc sequit̃
destructio vra in corpe ꝛ in aĩa. Tertiũ
vero bonũ ẽ sequela spũs sci p quã homo
ꝓficit in spualib ꝛ retrahit̃ a carnalibus
desideriis ꝛ hoc est quod dicit. Dico aũt in
xpo. i. ex doctrina xpi. spũ ambulante. se
quentes instinctũ spũs sci q nata est mens
humana sequi. ꝛ desideria carnis nõ pfi
cietis in ope licet insurgant motus carnlis
ꝯcupiscentie. Caro em concupiscit adversus
spm ꝫ. i. sensualitas ꝯ ratione ꝛ econverso
sicut experimur in nob. et hic accipit̃ spũs ro
nalis io subdit ut nõ queq ꝫ vultis sm roem
illa faciatis impediti motu ſſualitat̃ et
sic suo mõ dissentiunt libertas spũs ꝛ ꝯuitus
legis io subdit q si spũ ducimini sequentes
instinctũ spũs sci non estis sub lege. i. ꝯuituti
legalium alligati. Manifesta sunt. Hec est
pars incidentalis in qua distinguit opa car
nis et spũs eo q fecerat mẽtione de utroqꝫ
Et divid̃ in duas. quia p ponitur hec dis
tinctio. 2ᵒ apli monitio ibi. Qui aũt sunt
xpi. pma in duas. q pmo distinguit opa car
nis 2ᵒ spũs ibi. fructus aũt. Circa pm̃ sciẽd̃
q opa carnis dnt̃ ad que caro inclinat. et hec
sunt ꝓprie opa luxurie et gule. pmo ergo
distinguit opa luxurie. 2ᵒ gule ibi. ebrietas.
In opib vero luxurie pmo ponit q̃ ꝓprie p
tinent ad luxuria. d. Manifesta sunt
aũt opa carnis. quia sunt sensibilia. q̃ sũt
fornicatio q̃ ad concubitũ soluti cũ solu
ta. Immũdicia q̃ ad viciũ ꝯ naturam.
Impudicitia. q̃ ad exteriore inhonestate
In aspectu. gressu. tactu ꝛ huiusmodi que
procedunt ex impudicitia cordis. luxuria
nomen est ꝯniale ad omnia que ptinet ad
hoc vitium. et sic omnia alia que nõ sunt
enumerata p hoc includuntur. ydolorũ.
Hic 2ᵒ ponit alia que sequi solent ad luxu
riam. d. ydolorꝫ ꝯuitus. ut patet de sa
lomone. 3. Re. 11. qui ex ardore libidinis
cum mulierib alienigenis motus fuit ad
sequendũ deos earꝫ. veneficia. i. sortilegia
que cã libidinis solent fieri in hac sigm̃re
dr̃. ps. 57. venefici incantant̃ sapient̃. Ini
micitie latentes in aĩo sic. 2. Re. 13. cᵒ.
absalon ꝯcepit odiũ contra amon eo q so
rorem suam violaverat. Contentiones verbis
clamorosis. emulationes. in verbis pun
gitivis. Ire. in vindicandi appetitu. rixe
in vindicandi actu. dissensiones quo in

piunt suci partes. secte. quo sunt fremate.
Inuidie in aio. homicidia in facto. qd aut
hec oia frequent sequantur ad luxuria
pz. et possent poni exempla de omibus. sed pp
prolixitatem omitto. ebrietates. hic ponuntur
opa carnis qm ad vitium gule cum dr ebrie
tates. In quo notatur excessus et quiqz in
ordinatio circa potu. dr eni ebrietas a bria
quod est mensura qi ext mensura rois. co
messationes. In quo notatur oms excessus
et inordinatio circa cibum et huis similia
ad que caro est prona. sicut nimia molli
cies lectorum balneorum et huiusmodi q predico vobis
sicut predixi qm veniat dei iudiciu quia tunc penitere
non poteritis. qm qui talia agunt regnum
dei non consequentur. Et p hoc excludit error
dicentiu qd dampnati saluabuntur post magna
curricula tpore. fructus. hic cire enumeran
tur opera sps q dnt fructus ad similitudi
ne fructus nalis materialis qui procedit de
arbore et percipitur cum quadam suauitate sic
ista a spu sancto procedunt et mente delec
tant quoru distinctio accipitur scdm qd mens
hominis p processum spus sancti in nobis
bene disponitur in se et ad id qd est iuxta
se. et ad id quod est infra se. In se vero bene
disponitur qn bene se habet in bonis et in
malis. prima vero dispositio eius ad bonu
est p amore qui est prima affectio et radix
aliarum affectionu. pp qd inter fructus sps p
ponitur caritas Ro. 5. Caritas dei dif
fusa est in cordibus nris p spm stm q datus
est nob ad qua sequitur gaudiu quod est
fructus scdus. Omnis eni amans gaudz
ex pntia amati quia fecit karitas. i. Johis.
4. qui manet in caritate in deo manet et
perfectio gaudij est pax. qm ad duo. pmo
qm ad quietem ab exterioribus cturbationibus
alr non eet perfectu gaudiu. 2o. qm ad se
datione desiderij interioris. non eni pfecte
gaudz de aliquo cui non fuerit illud. hec
aut importat pax. io ponit. tercius fructus
in malis eni bene disponitur mens pmo
quo non pturbatur ex imminentia malorum

quod ptinet ad paciam. 2o ut no pturbetur
ex dilatione bonorum. quod ptinet ad longan
imitatem. nam carere bono habet rone mali
4o. ethicorum. ad id aut quod est iuxta se. s.
ad proximu bene se habet mens hominis. pmo
quidem p voluntatem bene faciendi. quod
facit bonitas p beneficiencie executionem
quod facit benignitas. vn dnt benigni quos
bonus ignis amoris feruere facit ad bene
ficiendu proximis. Tercio p hoc qd equanimit
tollerantur mala ab eis illata qd facit ma
suetudo que cohibet iras. Quarto p hoc
qd non infertur nocumentum proximo per
fraudem uel dolum qd facit fides si pro fi
delitate sumitur. si vero sumatur pro fide
qua creditur in deu sic p eam bene disponitur
mens ad id quod e sup subiciendo suu in
tellectu. Ad illud vero quod est infra se bene
disponitur mens hois pmo quidem in accio
nibus. p modestia. que in dictis et factis de
bitu modum obseruat. Scdo in interioribus
concupiscentijs p continenciam et castitatem
huiusmodi tamen qd continens patitur con
cupiscentias fortes sz non vincitur. Castus vero
non vincitur nec patitur et sic habentur
duodecim fructus sps qui signantur. apocalip.
vltio. Ex vtraqz pte fluminis lignu vite affe
rens fructus duodecim. Qui aut. hic cire
ponitur apli monitio duplex. 2a. ponitur
in principio. 6. ca. pma vero est ad carnis
opa reprimend et opa sps psequend. d. qui aut
sunt xpi. i. imitatores eius carne sua cru
cifixerunt cum vicijs et concupiscentijs. Itaqz
concupiscentie et vitia carnis mortua sunt
in eis. Si viuimus spu. hic accipitur si pro quia
quia sps e qui viuificat caro aut no prodest
quicqz Joh. 6. spu et ambulemus. sequendo
instinctu spus sancti in opibus nris uel dic
tamen recte rois qui etia dr sps et qz bonu
opus q frequenter est occasio vane glorie io sub
dit. No efficiamur inanis glie cupidi q est
principiu aliorum malorum io subdit. Inuicem pro
uocantes verbis iniuriosis. Inuicem inui
dentes de bonis proximorum dolentes.

VI

Fratres. hic generaliter ponit apostolus
2a monitio qua inducit gala
thas ad mutuam supportati
onem. et primo in malo culpe
non ipsum fouendo sed leuiter corripiendo. d.
si preoccupatus fuerit homo per aliquam passio
nem insurgentem uel per ignorantiam. In
aliquo delicto ex eius perpetrato uos qui spiritua
les estis. i. perfectiores scientia et uita instruite
huiusmodi. i. ad bonum reducite in spiritu lenitatis
peccantes enim ex certa malitia sunt magis
acriter corripiendi. Considerans te ipsum. i.
fragilitatem propriam ne etiam tu tempteris
et sic ex passione labaris et per consequens indige
as mansuetudine correctionis. 2a inducit
ad supportationem mali pene. d. Alter alterius
onera portate. i. infirmitates mutuas
et labores mutuo subueniendo. et sic adim
plebitis legem christi que est lex caritatis. et ad
predicta inducit rationem. d. Nam si quis exis
timat se aliquid esse. i. magnum quid sentiens
de se cum nichil sit de se nisi uanitas et peccatum
ipse se seducit quia per hoc in contemptum fratris
et alia peccata cadit. vnde subdit. opus autem suum
probet vnusquisque. i. diligenter examinet.
et sic in semetipso tantum gloriam habebit. s. in
testimonio proprie conscientie et non in altero
i. in falsa laude alterius cui non est credendum.
Vnusquisque enim suum onus portabit. i. penam
debitam pro peccatis propriis. propter quod subdit. Communicet
autem is qui cathezizatur uerbo et instruitur
verbo doctoris ei qui se cathezizat in omnibus
bonis quia non debet ei communicare in malis. Matth.
23. ca. Que dicunt facite opera autem eorum nolite
facere. Nolite errare. credendo quod possitis
conformari eis in malis licite sicut dicunt
aliqui. quare non faciam hoc ex quo sacerdos
meus facit. Deus non irridetur. i. talibus non
decipitur. que enim seminauerit homo et cetera.
i. mercedem recipiet secundum opera sua. quoniam qui
seminat in carne sua sequendo impetum carnis
de carne et metet corruptionem. s. culpe et
gehenne. qui autem seminat in spiritu sequendo
instinctum eius de spiritu metet uitam eternam
i. uirtute spiritus sancti eum mouentis. huiusmodi
uitam beatam propter quod subdit. Bonum autem fa
cientes non deficiamus cessando ab inchoato
bono. tempore enim suo metemus non deficientes
quia merces illa erit eterna et sic concludit
Ergo dum tempus habemus. s. merendi quod est breue
operemur bonum ad omnes generaliter. maxime
autem ad domesticos fidei quia caritas est ordi
nata. Videte. hec est ultima pars huius epistole
que est precedentium confirmatio ut enim gala
the certi essent quod prius epistola esset pauli. scripsit
hanc ultimam partem manu propria vnde dicit. Videte.
i. attendite qualibus litteris uobis scripsi manu
mea q. d. per considerationem litterarum potestis
hoc perpendere quia cognoscebant manum suam.
Et quia intentio eius in hac epistola erat re
probare obseruationem legalium ut patet ex pre
cedentibus vnde reuertitur ad improbandum
legalium obseruantiam. d. Quicumque enim uolunt
placere iudeis in carne. i. in legalibus obser
uantiis que dicuntur iustitie carnis. heb. 9.
ca. hii cogunt uos circumcidi. i. ad hoc uos
inducunt tantum simpliciter hoc faciunt ut crucis
christi persecutionem non patiantur. s. a iudeis
persequentibus me et alios predicantes euacua
tionem circumcisionis per crucem christi. falsi namque
apostoli querentes apud christianos questum et apud
iudeos quietem predicabant simul lega
lia cum euangelio esse necessaria ad salutem. Neque
enim qui circumciduntur legem custodiunt. s. falsi
apostoli quia in multis contra predicabant. Et
uolunt uos circumcidi ut in carne uestra glori
entur. i. de uestra circumcisione carnali se iac
tando quod multos proselitos legis fecerint. quam
gloriam tamquam malam excludit a se apostolus
d. Michi autem absit gloriari nisi in cruce
domini. i. in fide et predicatione christi crucifixi. per
quem michi mundus crucifixus est. i. concu
piscentia mundi est in me mortua nulla uir
tute habens in me. et ego mundo quia nichil
mundanum concupisco. In christo enim ihesu neque
circumcisio aliquid ualet neque preputium quia neutrum
aliquid facit ad consecutionem uite beate que

datur p xpm sꝫ noua creatura .i. rege
neratio p baptismu in qua datur gratia
que e p creatione ⁊ de nouo ɔstituit hoiez
in ee gṫec. Et quicuqꝫ hanc reglaz .i. certam
doctrinam secuti fuerint fide et ope pax sup
illos .i. quies mentis. et mia .i. remissio pcco
ru que tollere tollunt p baptismu. et sup
isrl dei .i. sup obsuantes legem intellectu
spuali. Ro. 2°. non em qui in maifesto iudeꝫ
est. neqꝫ que in manifesto in carne e circu
cisio. sꝫ qui in abscondito iudeus est. ⁊ circu
cisio cordis in spu non lra. De cetero nemo
michi molestus sit .i. o vos galathe no detis
michi de cetero cam molestie recipiendo doc
trinam pseudo aplor. Ego em stigmata .i.
signa milicie xpi in corpe meo p tribulatoes
quas pro xpo sustinui. q. d. non deberet m
aliunde tribulatio inferri et satis probabile
pot dici quia in eius corpe sensibiliter appa
rebant vestigia plagarum verbez que susti
nuerat pro xpo ut dictum e supra. 2. cor.
11. Gra dni nri ⁊c. et non seruitus legal
cu spu vro ffes Amen. que quidem gra e
ccra glie. ad quam nos pducat qui sine
fine viuit et regnat ⁊c. Explicit pos
tilla ad galathas. Sequitur postilla
ad ephesios.

.I.

Paulus aplus. hic incipit epistola pauli apli ad ephesios que diuidr in tres partes .s. in salutatione et narrationem ibi. Benedictus deus. ⁊ cofirmatione ibi. Vt aut et vos sciatis pe fine eple. In salutatione vero primo poit psona salutas quantu ad nomen cum dr paulus. Et qntu ad officiu ibi. Aplus ihu xpi. Et quatu ad actorez officii cum dr p voluntate dei. qui vocauit eum ad aplatu. vt pz. Act. 13°. Sco ponitur psone salutate cu dr. Oibꝫ omnibꝫ qui sut ephesi. ipi em accepto verbo veritatis prestiterut in fide ut dicit Jeroni in prologo. et io noiat eos scos .i. firmos in bono. Sanctum em in vna significatione ide est qꝫ firmu. 3°. ponitur optata bona cu dr. Gra vobis in pnti et pax in futuro btitu do em quietat totalr appetitu. a deo pre nro .i. a tota trinitate a qua datur et dno ihu xpo p cuiꝫ meritu nob donatr. Bndtus deus. hic ɔn̄r ponitur narratio in qua pmo ad grar actone ephesios inducit. Scdo p eis ad deum oronem effundit. ca. 3°. Tercio in moribꝫ eos instruit. ca. 4°. prima in duas quia pmo inducit eos ad grar actone absolute. 2°. ɔparatiue ca. 2°. Circa pmu sciendum qꝫ efficacior modus inducedi alios ad aliquid agend est p exom qd magis mouet in moralibꝫ qꝫ verbu. io aplus ut magis moueat ephesios ad grar actone simul secu agit de bnficiis diuis et pmo recolendo bnficia coia. d. Bndtus deus. et pro .i. pre dni nri ihu xpi et sic exprimuntur due psone. et tercia exprimitur cu dicit. Qui bndixit nos ⁊c. hic accipr bndictio pro liberali dono. sicut p° regu. 25. Accipe bndone quia attulit famula tua. spus dut scus est donu pris et filii in quo oia dona donantr. io subdr. In oim bndone spuali in celestibꝫ .i. q finalr habebitur in celestibꝫ. in xpo .i. p xpm p quem puenirt nobis dona diuia tamqꝫ p datione dei et hominu. sicut elegit nos ad pticipatione sue btitudinis. In xo .i. in filio. Electio em sup ponit notitia electi. illa vero ptinet ad noticiam in diuis attribuitur filio q e sapia pris. Ante mudi constitutioez nam hec electio est ab eterno. effectus tn eius est i tpre qui e scificatio rōalis creature io subdr. Vt essemꝫ sci p gram in mete. et inmaculati. p puritate in ɔusione eiꝫ. In conspectu eiꝫ. ⁊ non solu in conspectu hoim sicut sunt ypocrite. In caritate. sine qua

non prosunt alia dei dona ut dcm est supra
i. cor. 13. Si linguis hominu loquar et anglorum
etc. qui predestinauit nos in adoptionem filiorum
pdestinatio. n. e pparatio gre in pnti et glie
in futuro. p graz aut adoptio diuina inchoat
& p gliaz consumatur. p ihm xpm qui e dei
filius nalis in ipm qz filiatio adoptiua e qda
assimilatio ad filiatione nalem. scdm pposit
uolumtatis sue a qua dependet electio et pre
destinatio. no ex meritis nris non solu in
re. sed neqz etia in dei puisione in laudem
glie gre sue .i. ad laudandu eius gliam q electe
conceditur p gram suam. In qua gratificauit
nos .i. fecit gratos sibi. in dilecto filio suo .i.
p dilectum filiu suu in quo habemus redep
tione. et que sit illa subdit. remissione pcto
s. totale in sacramento baptismi in quo sue
passiois effectus plenarie nobis conceditur scdm
diuitias .i. copia gre eius que supabundauit
Hic pmo recolit bnficia dei spalia et pmo
facta aplis. 2o. ephesijs ibi. In quo et uos etc.
pmo dic que .s. gra dei supabundauit in nob.
(uerbis aplis. in oi sapia. qntum ad cognitione
diuinorum. et prudencia qntum ad notitiam hua
norum nriaz ad salutem. Ut notu faceret
nob sacramentu .i. sacru secretu uoluntatis
sue. quod plenius reuelatu fuit aplis q alijs.
scdm bnplacitu eius. qz totum dependet ex bn
placito diuio non aut humano merito. qd ppo
suit .i. ab eterno facere disposuit. in eo .i. in
filio qui e sapia pris. In dispensatione plei
tudis tporum .i. in plenitudie tpris. dispesati
a deo qd e tpus gre. Et quid sit sacramentu
sup positu subdit. Instaurare .i. ad debitu
statu reducere. in xpo .i. p xpm omnia q
in celis .i. anglos eorum societate reparando.
et que in terra sunt .i. hoies qui p pctm
dampnati erant in nouitate gre reformando
in qua etiam et nos sorte .i. dilectione diuina
q dr sors qz non accipit psona sicut et sors.
uocati sumus ad aplatu pdestinati .i. preordiati
ad hoc. scdm ppositu eius .i. scdm dispositionem etni
dei qui opat scdm consiliu uoluntatis sue quia
nichil opatur casu nec de necessitate na

ture sed prudens & libere. ut simus in laude
glie eius .i. ut p nos alij laudent deum q per
pdicatione nram conuertimur ad ipm ut subdit
Nos qui ant sprauimus in xpo. qz ant credimus
in ipm. In quo. hic pmo ponit dona ephesijs
spaliter data et diuidit in duas ptes. qz pmo
ponit eorum uocatione. 2o. insurgit ex hoc ad
grarum actione ibi. ppterea. etc. pmo dic. In quo
.i. p que .s. xpm. Et uos cum audissetis uerbu
ueritatis. a nobis euuageliu salutis nre. qa
anunciat salute audientibus. et dat credentibus
ut subdit. in quo & credentes signati estis lumie
gre deformatam ymagine reformante spu pro
missionis sancto. qz spus scus habitat in cre
dentibus p graz. & dr spus pmissiois quia uera
citer pmittit uitam btam ut subdit. qui e pignus
hditatis nre. de roe pignoris e q sit rei no
hite et eiusdem ualoris cum ipa. sic est in ppo
qz si in pnti non habetur actu. hereditas etna
que consistit in uisione et fruitione bta tri
spus scus hitus in pnti p gram a fidelibus est
eiusdem bonitatis in numero cum btitudine
obiectiua. In redemptionem acqsitois .i. ut redepti
acquirant uitam btam inamissibile. In lau
dem glie ipius nam ibi e laus continua. ps.
83. bti qui hitant in domo tua dne in scla
sclorum laudabunt te. Propterea. hic pmo a
plus tamqm pr bonus gras agit deo de profectu
ephesiorum d. ppterea. et ego audiens fidem uraz
sinceram sine admixtione alicuius erroris
aut legalis obsuationis. Et dilectione uraz
in oes sctos .i. opa uera caritatis erga omes fi
deles. Non cesso gras agens pro uob de bonis
pteritis memoria uri faciens in orationibus
meis deprans ut magis pficiatis in futuro.
Ut deus dni nri ihu xpi. scdm huanitate in qua
e subiectus deo pri. det uob spm sapie etc. .i.
augmentu in cognitionem diuinorum et oim ad sa
lutem expedientiu. Ut sciatis que sit spes uoca
tionis ure .i. res sperata ad qua uocamur spantes
credentes q quanto plus cognoscitur tanto plus
desideratur. Et que diuicie glie hereditatis
.i. hreditatis gliose. nam ibi nichil deficit. et
q sit supeminens. Magnitudo uirtutis eius .i. nos

·i· ad nos p̄mand' est eni infinita et sic supemi-
net oi quod de ea pot cogitari quod declarat vl
terig p glificatoez hois xº· d· sm opationem
&c· et exprimit eius suscitatione dicens suscitans
illu 2º· eius exaltatione ad petis dextera· d· et
constituens &c· exprimit 4or· ordines angloru
medios supiores de inferiori gerarchia cu dr̄
sup oez principatu et tres de media gerarchia
et p hoc habet qp sit eleuatq sup duos ordines
inferiores· Et oe nomen &c· p hoc onditur qp
sit eleuatq sup omes ordines supreme gerar
chie· deitatis eni pp̄e non est noiabilis a qua
cuqz creatura qz ē incoprehensibil ab ea sic
aut aliquid noiatur put ab intellectu apphen
ditur· 2º· p creaturas noia sunt note earu pas
sionu que sunt in aia pp qd dr̄· &c· pp̄one de
causis· qp causa pma ē sup oē nome quod noia-
tur· et omnia subiecit sub pedibq eius· vn dixit
ai ultio· post suam rone· Data ē michi omnis
ptas in celo et in terra· et ipm dedit capud sup
omez ecliaz militante & triumphante· q est corpq
xpiq· s· misticu· & pleitudo eius· s· corpis mistici
xº· qui omnia &c· legatur sic lra· plenitudo eiq
adimpleatur· i· pficitur simple p eum q ē oia
in omnibus· i· p xpm qui p virtutem sue dei-
tatis omnia bona in omnibus operatur·

(·i· resurrectoez)

II

Et nos· Hic grē aplš iducit ephesios ad gracz actoez co-
patiue oppo eni iuxta se posita magis illucescunt pp quod a
plius compat dignitate status ad que ephesi sut
vocati ut ex huiusmodi osideratioe feruencius
insurgant ad gras agend' deo· et diuide in
duas ptes sm duas compationes· 2ª· ponit ibi
pp qd· pma aut opatio est mortis & vite· quia
prius fuerant in statu mortis culpe et dis
positi ad mortem gehenne et vocati erāt ad vi-
tam grē q disponit ad vitam glie· et hoc deducit
aplus satis diffuse· d· et vos cu essetis mortui
per culpam in delictis qntu ad pcta obmissionis
in quibq aliquo ambulastis pcedendo de pcto in
pctm· scdm sclm· i· consuetudine mundi huius
·i· pctoz huiq mundi· sicut dr̄ Joh· i· mundq
vocati ad vtilitate status vnde sunt·

cum non cognouit sm principe ptatis aeris
huiq· i· sm voluntate principis demoni in hoc
aere caliginoso habitantiu· spus qui nuc opat
in filios diffidentie q· d· princeps iste est spus
simple malignq qui nuc opatur· i· facit volun
tatem sua in illis qui non posuit fiducia sua
in celestibq bonis s; tm in terrenis· In quibq
·i· inter quos· et nos omes aliqn quisati sumq
in desiderijs carnis nre ea sequedo et licet aplš
eet virgo ut dictum ē supra ·i· corinth· 7º· cāº·
tn iugit se cum eis ut meliq recipiant vba
sua et qz an quersione secutus est aliqua alia
carnis desideria facientes voluntate carnis
in pctis carnalibq & cogitatonu in pctis spi
ritualibq· et eramq natura filij ire· i· nati
in pcto originali qd dr̄ pctm nāle in quatu
ohitur a parentibq ex corruptione nature·
grē ondit gram vocantis dei· d· deus autem
qui diues ē· i· copiosq in mīa· qz pprieu eius
ē misereri et pcē pp nimia karitate sua et
non pp merita nrā· cum eemq mortui pctis
modo pdicto conuiuificauit nos xº· vos sibi p
fidem formatam incorporado cuiq grā estis
saluati· s· in spe etia cu resuscitauit osilr
in spe· quia resurrectio xº est causa nre re-
surrectionis future· et consede fecit in spe
que ē certa expectatio future btitudinis· ut
onderet sclis supuenientibq· i· curriculis anoz
usqz ad iudiciu habundantes diuicias· hec ei
omia fuerūt onsa in xpi resurrectione que
fuit argumentis multis declarata· Act· iº·
in multis argumentis appareš eis &c· et eius
ascensione oculis etiam corporalibq onsa et
conspecta· Et hec omia fuerūt ucru declata
p aploz doctrina aptis miraculis ofirmata
io subdit· Gra eni estis saluati p fidem· s· xº
et non p legem moysi· et hoc non ex vobis
&c· qz pn̄m credendi & omis opis meritorij
ē a deo vidētiu eni idem miraculm et audie
tiu eundem smone vnq credit motus a deo alt
vero non· io dit saluator· Johis· 6· cāº· Nemo
potest venire ad me nisi pr̄ qui misit me
traxerit eum· ut ne quis glorietur de pprijs
meritis· Ipius eni sumq factura· in eē nate

creati in xpo ihu . i . ex gre . In opibus bonis . i . ad
opa bona facienda . que pparavit deus . i . dispo-
suit . ut in illis ambulemus de virtute in virtu-
tem ad beatitudinem prosequendam . pp qd . hic
ponitur scda comparatio que e conincitatis ad in-
tranitate . Et p ponitur hec comparatio . 2o .
infertur intenta gclusio ibi . Ergo iam no
estis . Circa pm sciendu q gentiles dicebant
extranei triplici rone . s . qr a deo erant sepati
p ydolatriam et p gns . scdo a pplo isrl quantu
ad civitatem qui erat cultor unius dei . et tcio
a spe pmissionis abrahe factarum et semini eius
p vocatione aut ad fidem xpi . sunt istis tbus
incorporati et hoc est quod dicit aplus . memo
res estote tamq grati de bnficiis dei . q aliquo
vos gentes . i . gentiles eratis in carne . i . car
nali vincetes qui dicebamini ppuciu . i . inci
rumcisi . ab ea que dr circumcisio zc . i . dis
tincti z sepati a pplo iudaico circucisio . qui
eratis illo tpre sine xpo . i . sine fide xpi
non sic aut iudei quia eadem fides fuit prim
veteris testamenti q et novi differes tm sem
implicitum et explicitum . Alienati a con
versatione filiorum isrl . Inhibitu em erat
pplo isrl contrahere cum gentilibus amicitias
z conubia . et hospites testamentorum . i . advene
et exonei a testamento novo et veteri . et sine
deo . s . vero nam erant ydolatrie dediti . Nunc
aut in xpo ihu . i . p xpm ihm . vos qui aliqn
eratis longe a salute dicta triplici rone . facti
estis pe in sanguine xi . p passione ipius cuius
efficacia in sacramento baptismi nobis e ple
narie comicata . Ipse em pax nra . s . effective
qui fecit utraque unu ex iudeis et gentilibus
faciendo unu pplm xpianu . et mediu pariete
materie solvens . i . huius unitatis obstaculum
removens q removit a gentilibus ydolatriam
quam abhorrebant iudei . et a iudeis circucisio
ne quam detestabantur gentiles . inimicitias
q . d . p hoc abstulit inimicitias que erant
inter iudeos et gentiles . in carne sua . i . p
immolatione sue carnis in cruce p quam
destructa est ydolatria et cessaverunt legalia
legem mandatorum . i . legem mosaycam qm

ad mandata cerimonialia z iudicialia . de
cretis . s . euangelicis . evacuans removendo onus
cerimonialiu z temperando rigore iudicia-
lium . ut duos . s . pplos gentiles et iudeos codat
in semetipso . i . sibi incorporet p fidem forta
in unu novu hominem . i . in unu novu pplm
pticipative em unius spei plures homines sut
unus homo . et eodem mo gentiles et iudei pti
cipative unius nove legis dicunt hic unus novus
homo . faciens pacem modo pdicto ut recon
ciliet ambos deo . s . patri in uno corpe suo mistico
p crucem . Interficiens inimicitias q erant
inter deu z genus humanum . in semetipso . i .
in ppria passione . et veniens de morte ad
vitam in sua resurrectione euuagelizavit
pacem vobis euuagelizare precepit d . m . ultio
Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes
eos zc . qui longe fuistis ut sup dictu e . pace
his qui pe . s . iudeis qr lex erat dispositio ad
xpm ut dcm est supra in epla ad galat . Qm
p ipm . s . xpm habemus accessum ambo . s . iu
dei et gentiles . In uno spu . s . caritatis ad pa
trem omnium zc . Ergo hic infertur intenta
gclusio . s . de correctione gentilium ad consortiu
dei z scorum cum dr . Ergo iam non estis hos-
pites et advene . a deo et scis eius . sz estis ci
ves scorum . i . de numero eorum et domestici dei
. i . in eius ecclia recepti superedificati . i . instructi
sup fundamentu aplorum et pphetarum . i . sup doc
trinam novi ac veteris testamenti superedificati
inqua ipso summo angulari lapide xo ihu . i . hedi
ficatione em templi salomonis ut dictu fuit
quida lapis qui plies reiectus ab hedificantibus
eo q non gveniebat loco cui applicabatur
finaliter optime sedit in summitate hedificii
in angulo duos parietes giugente . Et fuit
figura xpi iudeos et gentiles tamq duos pa
rietes in una ecclia giugentis unde dr . ps .
117 . Lapidem que reprobaverunt hedificantes
hic factus est in caput anguli . A dno factu est
istud zc . Et istam eande figura ponit hic
aplus ut dictum est . in quo omnis hedificatio
gstructa tam ex iudeis q ex gentilibus . crescit
p augmentu virtutum . in templum sanctu

In dn͠o .i. quousq; sit templū dn͠i sc̄m. In quo et vos coedificamini cum alijs fidelib;. In spu͠ sc̄to .i. sp̄o operante sine quo nullū opus ē acceptum.

III

Huius rei gr͠a. hic qr͠e aplus pro ephesijs orat deuote ut magis in bono proficiant. Et diuidr̄ in duas partes. q̄r p° se dispositū ad orandū ondit. 2° rone effudit ibi. Huius rei gr͠a. primū ondit ex tribus .s. ex sufficiencia obligatione. et confidencia. et sc̄m hoc diuidr̄ in tres ptes 2ᵃ ibi. Michi omniū. 3ᵃ ibi. In quo habemus. Circa p° aūt ondit se sufficientem p hoc q̄ ipse et alij apli fuerant pre ceteris diuinitus illuminati ⁊ p q̄ns cognouerūt tām debitam tpus et modū orandi. q° igitur gtinuat se predictis .d. huius rei gr͠a .i. ꝓp hanc rem immediate p̄dictam .s. ut cohedificemini in habitaculū dei. Ego paulus uictus. in carcere rome ihū xp̄i .i. pro xp̄o pro vobis gentib;. ꝓp hoc em̄ erat rome vinctus q̄r p̄dicauerat ihm̄ xp̄m gentilib;. si tamē audistis .i. intellexistis dispensatione gr͠e dei ꝛc̄. .i. gr͠e aplatus m̄i a deo concesse tm̄ sc̄m reuelatione diuina notū michi factū est. sacrm̄tū .i. sacrū secretū redemptionis facte p xp̄m. sicut supra scripsi in breui i° cā°. huius ep̄le ubi dicit. Ut notū vobis faceret sacrm̄tū ꝛc̄. Prout potestis legentes intelligere q.d. lʒ sit breuiter dc̄tm̄ tn̄ p illud potestis intelligere. prudenciam meam in misterio xp̄i .i. sciam meam ad ꝓsequēdū misteriū aplatus mei in predicatione euuangelij xp̄i gentilibus quod alijs gn̄onib; nō est agnitum ꝛc̄. Ante tpus aplorum non fuit explicite cognitū nisi forte aliquib; paucis ꝓphēis veteris testamenti qui tn̄ non cognouerūt ita clare sicut apl̄i et ꝓphē noui q̄ gentiles erāt p xp̄m saluandi sicut et iudei quibus erat pmissio fc̄a et. Act°. 10°. dr̄ q̄ spu͠ sc̄to descendente in signo sensibili sup cornelium ⁊ alios gentiles qui erant cum eo admirati fuerūt iudei qui venerant cum petro de hoc q̄ gr͠a spūs sancti communicatur gentilib; sicut et ipsis 10 subdr̄ ēē g̃ns coheredes .s. hereditatis eterne sicut et iudei credentes et concorporales .i. consilr̄ incorpari xp̄o ⁊ gparticipes pmissionis abrahe facte in ihū xp̄o .s. implete. p euuangeliū .i. p receptione euuangelice doctrine pticipāt dc̄a bona gentiles. cuius .s. euuangelij factus sum minister .i. predicator sc̄m ꝓpositū suū et nō sc̄m ꝓpriū sensum sʒ sc̄m opationē virtutis eius. in miraculis quib; aplica doctrina confirmabatur. Mr̄ vltio. Illi aūt profecti p̄dicauerūt vbiq; dn͠o coopante ⁊ smonē confirmante sequētib; signis. Michi omnium. Postq̄ ondit se sufficientem ad orandum pro ephesijs hic qr͠e ostendit se ad hoc obligatum quia erat aplus et pre corum spualis et 10 obligatus eis in prouisione spualium bonorum sicut pr̄ carnalis ꝓuidere tenetur filijs in tpalib; bonis 10 dicit. Michi omn̄ sc̄torum .s. aplorum minimo hoc dicit ex humilitate et q̄ ꝓsecutus fuerat ecclīam non aūt alij data est gr͠a hr̄ aplatus in gentib; euuangelizare inuestigabiles diuicias xp̄i quia non possunt ab hominibus pfecte cognosci et illuminare om̄s. p p̄dicatōem meam que sit dispensatio sacramenti .i. redemptionis p xp̄m facte que dispensabilis est gentilib; sicut et iudeis absconditi a sc̄lis in deo. Nam hec dispensatio non fuit reuelata ante nisi valde paucis et obscure ut predictum est. Ut innotescat principib; ⁊ ptātib; in celestib; ꝛc̄. q.d. non solum hominib; fuit absconditū xp̄i misteriū et maxime de vocatione gentium sʒ etiam angli sancti non cognouerūt ad plenū donec p̄dicantib; aplis fuit impletū q̄ an̄ habuerūt tantū simplicem noticiam q̄ pōt dici abstractiua inquantum est rei nō presentis sʒ qn̄ fuit impletū habuerūt noticiam expīmētalem siue intuitiua sicut astrologus p motū celi certitudinalr̄ cognoscit eclipsim futuram tn̄ ad huc pfectius cognoscit qn̄ videt eam actu existente. p ecclīam .i. p aplorum predicatione. tunc li per non importat causalitatem sic intelligendo q̄ apli docuerunt

anglos de xpo misteriis. sed eciuso angli do
cuerut eos p quos diuine reuelationes de
ferut ad homies s; sic est intelligend q a
plis predicantib; uiderunt actu quersione
gentiu ad fidem qua an non sit uiderant
intuitiue. sicut aut non est deo cuiq intu
itus ab eterno fertur sup pritias rerum eo
q eius cognitio mensuratur eternitate que
complectitur ome tpus. Multiformis sapie
dei licet em sit unita et simplicissima in
deo. tn est in effectib; multiformis. dr etiam
multiformis pp multa misteria in xpo adim
pleta io subdr sm prefinitione seculorum. i. etia
dispositione tpre plenitudinis adimpleta.
qua fecit in xpo. i. adimpleuit in xpo. in
quo habem9. hic ondit se dispositu ad orand;
ex qfidentia. Nullus. n. orat nisi aliquid
exaudiri qfidat. habebat aut aplus hanc con
fidentia obtinendi p mediatore dei et hominu
ihm xpm io dicit. In quo. i. p quem. s. ihm
xpm habem9 fiducia et accessum ad dnm pa
trem. in qfidentia p fidem eius. Vere em cre
dentes in xpm exaudiuntur p ipm. vn dicit
Joh. 16. Quodcuq; petieritis patrem in noie
meo dabit vobis. pp qd dispositione pmissa
hic qnre aplus ad orand pro ephesiis acce
dit. et 2o. deo totum attribuit ibi. ei aute.
Circa pm in orone sua pmo petit dari
ephesiis a deo robure patie in aduersis. d. pp
qd. i. pp confidencia qua habeo de xpo. peto
ne deficiatis in tribulationib; meis. i. cir
citi pp tribulationes meas a bono deficiatis
pro vob. i. quas sustineo eo q pdicaui vob
et vti exemplu patie dem vobis. que e gloria
vra si in tribulationib; non deficiatis. huius
rei gra. s. ut non deficiatis in tribulatoib;.
flecto genua ad prem dm ipm deuote dep
cando. ex quo omis pnitas etc. Nam illa
pnitas est prima. Omis em emanatio
creature a deo sm ee nature p quia dr pr
om generaliter p creatione. et etia emanatio
sm ee gre sm qua dr pr hoim et anglorum
p adoptionem est posterior emanatioe filij
a pre. sm qm dr pre p nalem et eternam
generatione pp quod ab ea noiatur omis
pnitas que est in celo et in terra. Nam ab
eo quod e pm in aliquo genere cetera habent
ee et noiari ut det vobis sm diuicias glie
sue virtute. s. patie in aduersis io subdit
corroborari p spm eius in interiore homi
licet em in martirib; caro que dr homo
exterior laceraretur. mens tame que dicit
interior fortificabat. xpm. hic 2o. petit
ephesiis augmetu notitie et resumat qd
predr. vt det vob xpm habitare per fidem
in cordib; vris non solum firmiter adhe
rendo eis que sunt fidei s; etiam plenius et
clarius ea que ptinet ad articlos fidei cog
noscendo. In caritate. hic 3o. petit eis aug
mentu karitatis et p qns aliorum donorum
que karitati qnectuntur io dicit. In kari
tate radicati. q. d. hoc peto a deo ut sitis
firmiter in caritate radicati ad modum
arboris que non pot euelli. et fundati ad
silitudine stabilis hedificij ut possitis co
prehendere no solum speculatiue s; etiam
practice que sit latitudo. s. caritatis ad omis
etia inimicos se extendentis. longitudo ipius
quia caritas facit patienter expectare p
miu in longinquu sublimitas que no solu
facit ascende in deum s; etiam transformari
quodamodo in ipm. et profundu. s. humilitatis
et condescentionis ad proximi vn paulus aplo
postq fuerat raptus ad 3m celum p carita
tem sic ad proximu descendebat qd etia de actu
matrimoniali ordinabat. d. vxori vir debitu
reddat et silr vxor viro. i. corinth. 7. ca. etc.
scire etia. et etiam ordinetur sic lra. Sci
re etia caritatem xpi. i. p qua diligimur a xpo.
sup eminetem scie. i. notitie qua habemus
de xpo. vbi em scia foris stat dilectio intrat
pp qd. i. corinth. 13. dr maior aut hor est
caritas ut impleamini in omem plenitudine
dei. i. ut impleamini donis et karismatib;
que donant a deo cum caritate. Ei aut. hic
qnre aplus attribuit deo totu a quo e ome
bonu et pz lra usq ibi. sm virtute. s. diui
nam que opatur in nob. quia virtus prime

cause operatur in omnibus secundis affectibus. ipsi gloria .i. laus. in ecclesia in xpo ihu .s. congregata in omnes generationes seculi. eternaliter quia eius gloria magis relucet in ecclesia triumphante de qua dicitur ps. 83. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te.

IIII

Obsecro itaque vos. Postquam apostolus induxit ephesios ad gratiarum actionem et effudit pro eis orationem. hic consequenter informat eos in moribus et primo generaliter. Secundo quantum ad aliquos status specialiter ibi. mulieres. post medium quinti capituli. circa primum sciendum quod humilitas est fundamentum spiritualis hedificii propter quod primo fundamentum istud collocat. 2° superhedificat ibi. solliciti servare. Igitur primo instruit eos de humilitate et quibusdam aliis virtutibus sibi propinquis dicens. Obsecro itaque vos ego vinctus in carcere in domino .i. propter dominum ut dictum est supra. ut digne ambuletis procedendo de virtute in virtutem vocatione qua vocati estis ad fidem catholicam que requirit vitam virtuosam cum omni humilitate .s. interiori quantum ad mentem et exteriori quantum ad conversationem. Et quoniam humilitas facit hominem resilire in propriam pravitatem habet mansuetudinem annexam que reprimit motus ire ideo subditur. et mansuetudine. Repressio autem ire inducit ad patienter tolleranda mala illata ideo subditur cum patientia supportantes invicem mutuos defectus et labores. In caritate .s. xpi et non intuitu temporalis comodi. Solliciti. hic consequenter apostolus ephesios instruit de hedificio virtutum super fundamentum humilitatis collocandum. Et quia quanto bonum est communius tanto divinius ideo primo eos inducit ad servandam ecclesie unitatem. 2° ad studium morum honestate ibi hec igitur. prima in tres quia primo facit propositum 2° ad hoc inducit exemplum ibi unus dominus. 3° declarat quoddam dictum ibi unicuique. Circa primum dicit. solliciti simpliciter sitis. servare unitatem spiritus .i. unitatem ecclesie quam facit spiritus sanctus. et per oppositum eius

3° cuticula ad instruendum consequenter ibi de cetero fratres circa medium .6. capituli Circa primum instruit primo generaliter secundo 2° salvatorem xpo in principio quinti capituli.

scisma facit dyabolus. In vinculo pacis. sicut enim vinculum corporale unit ligata ita ut ipsum sit pax et tranquillitas servat unitatem credentium. Unum corpus .s. sitis quod est corpus xpi misticum. et unus spiritus .i. unius voluntatis optandi bonum. sicut vocati estis in una spe beatitudinis eterne. vocationis vestre .s. ad fidem catholicam per quam habebitis vitam eternam. Unus dominus. hic ad propositum inducit exemplum de unitate domini. fidei et baptismi ut magis moveatur ad servandam ecclesiasticam libertate dicens. unus dominus cui servitutis et ideo scisma non provenit ex pluralitate dominorum. econtraria volentium una fides. quia licet sint articuli multi in fide catholica tamen omnes innituntur veritati divine. propter quam eis assentimus que est una. Unum baptisma. licet enim sint multi ministri baptizantes exterius tamen unus est qui baptizat interius .s. xpus. Joh. i. hic est qui baptizat. Unus deus et pater omnium per creationem. qui super omnes creaturas per excellentiam. et per omnia per generalem rerum gubernationem. et in omnibus nobis .s. fidelibus in quibus est specialiter per gratiam Unicuique. hic declarat quoddam predictum .s. qualiter omnes fideles sunt unum corpus tamen xpo misticum. Et dividitur in duas partes. quia primo declarat huius corporis distinctionem membrorum. Secundo connexionem eorum ibi. veritatem. Prima adhuc in tres quia primo ponitur dicta distinctio. 2° distinctionis conditio ibi et ipse dedit 3°. eius duratio ibi. donec. Circa primum dicit apostolus. Unicuique vestrum .s. xpi fidelium data est gratia secundum mensuram dationis xpi .i. prout voluit dare plus et minus secundum ordinationem dispositionis sue. xpo enim datus est spiritus non ad mensuram Joh. 3. ceteris autem datur in mensura. propter quod dicit scriptura. ps. 67. ascendens in altum .s. xpus in sua ascensione. captivam duxit captivitatem .i. patres qui prius tenebantur in limbo. qui dicitur hic captiva captivitas sicut frequenter in sacra scriptura fit talis reduplicatio ut cum dicitur vita vivet. morte morietur et consimilia ad maiorem expressionem. dedit dona hominibus. spiritus sancti in die penthecostes visibiliter et cotidie invisibiliter. ps. 67. dicitur

ipse accepit dona in hominibus et est eadem sententia
accepit enim a deo patre hominibus distribuenda sicut
expositum fuit ibidem. quidquid enim habet filius
habet a patre cuius dona pervenerunt hominibus per filium
incarnatum mediatorem dei et hominum. Et consequenter
declarat modum ascensus. d. quod autem ascendit quid
est. i. qualiter sit intelligendum nisi quia et descendit
primum in sua morte in inferiores partes terre
. s. ad lymbum patrum in inferno qui dicitur esse
sub terra vel aliter nisi quia et descendit primum
in sua incarnatione in inferiores partes terre que
sunt inferiores respectu aliarum partium mundi. qui
descendit ipse est idem in persona et qui ascendit
super omnes celos. Ascendere vel descendere christo
non convenit proprie secundum deitatem que de necessitate
presens est ubique sed secundum humanam naturam dicitur hic
ascendisse super omnes celos non sic intelligendo quod
ascendit totaliter super celum impireum ubi nullus
est locus neque creatura aliqua. sed sic intelligendo
quod ascendit ad digniorem partem empirei quod est
locus honorum et celum supremum ut adimpleret
omnia que de eo per prophetas erant scripta. qui non solum
prophetaverunt de eius incarnatione morte resur
rectione. sed etiam de eius ascensione. Et ipse. hic
consequenter ponitur dicte distinctionis conditio sicut enim
diversis membris ecclesie data est ad mensuram
gratia plus et minus ita constituta sunt in diversis
gradibus et officiis sicut in corpore naturali distincta
membra habent distincta officia et hoc est quod
dicitur. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos. s. duodecim
ad ordinandum ecclesiam et regendum. quosdam autem
prophetas ad futura predicendum ut patet act. 11 et 12.
Alios autem euuangelistas. s. quatuor ad euuangelium
scribendum. Alios autem pastores ad curam animarum et
doctores ad informandum de fide et moribus populum
et hoc ex officio sibi iniuncto sive ex commissione
Ad consummationem sanctorum. i. perfectionem fidelium in
moribus et fide in hedificatione corporis christi. s.
mistici quod est ecclesia in qua apostolis succedunt epi-
scopi prophetis autem habentes gratiam obscura scripturarum sacrarum
interpretandi. euuangelistis archidiaconi. et diaconi
pastoribus per quos intelliguntur hic discipulis. sa
cerdotes curati. doctoribus autem quicumque exercentes
debite actu docendi seu predicandi. Donec. hic

consequenter ostendit dicte distinctionis duratio. s. usque ad
iudicium. tunc enim terminabitur tempus merendi.
et per consequens promotio inferiorum per superiores ad bonum.
et sic cessabunt hec officia. et hoc est quod dicitur.
donec etc. i. dicta officia exercebuntur in ecclesia
militante. donec occurramus omnes in unitatem
fidei etc. i. usque simus uniti in fide et cognitione
in virum perfectum. i. occurramus christo venienti ad
iudicium qui est vir omnino perfectus in mensuram
etatis plenitudinis christi. omnes enim resurgent
in etate xxxiii annorum que est etas plene perfecta
et in qua christus passus fuit. Ut non iam simus
parvuli etc. Nunc enim homines variantur secundum
diversas cogitationes et actiones. et frequenter de
cipiuntur et in errorem ducuntur per malorum per
suasiones que tunc cessabunt. Unde subditur Et circum
ferantur omni vento etc. Varietate ostensa circa
corpus christi misticum distinctionis membrorum
hic ostenditur connexio eorum sicut enim in corpore naturali
a capite fit influxus ad alia membra causans
sensum et motum et connexionem membrorum sic a
capite christo in corpus eius misticum fit influxus
gratie et virtutum faciens connexionem fidelium et mu
tuam subventionem ad omne opus bonum ideo subditur.
Veritatem autem. s. vite iustitie et doctrine faci
entes in karitate crescamus in illo. i. in christo quia
per bona opera caritatis meretur augeri ut acta
mereantur et perfici. ex quo. s. capite christo. totum
corpus compactum per virtutem fortitudinis. et connexum
per virtutem caritatis per omnem iuncturam. i. amicitiam
et communicationem fidelium bonam. subministrationis. i. per
quam unus communicat alteri bonum quod habet a christo. secundum
operationem in mensuram uniuscuiusque membri.
quia secundum gradus membrorum ecclesie competunt diversis
actus maiores et minores sicut episcopis sacerdotibus
et religiosis et sic de aliis. Augmentum corporis
facit. s. influxione procedens a capite. Hoc igitur.
Postquam apostolus induxit ephesios ad servandum ecclesie
unitatem hic consequenter eos inducit ad servandum morum
honestatem et primo respectu sui 2° respectu pro
ximi ibi propter quod. Circa primum inducit eos ad puri
tatem mentis et exterioris conversationis per quam
bene disponitur homo respectu sui. d. hoc igitur
dico quod sequitur. Ut iam non ambuletis sicut et

gentes fidem Christi non habentes ambulant in vani-
tate sensus sui, i. mittentes sapientie terrene que
est animalis et diabolica. Jacobi 3. capitulo. Obscuratum
habentes intellectum quia vitia et maxime car-
nis causant hebitudinem mentis. Alienati
a via dei per ignorantiam que non excusat sed
magis aggravat iniquitatem et per propriam ma-
litiam acquisita. Qui desperantes se posse
vitia dimittere propter habitum prius acquisitum
et inclinantem per modum nature propter quod tales se
exponunt sine freno carnalibus vitiis. Ideo subditur:
semetipsos tradiderunt impudicitie, quantum ad
inhonestatem sensuum ut aspectibus osculis im-
pudicis. In operatione quantum ad perpetrationem
operis immunditie omnis, scilicet anime et corporis. Aliter
potest exponi: qui desperantes etc., scilicet de premiis
in alia vita, tradiderunt semetipsos impu-
dicitie etc. propter quod in persona talium dicitur Sapientie
2°: Nos ex nichilo nati sumus et post hoc eri-
mus quasi non fuerimus etc. Sequitur: Venite
ergo et fruamur bonis que sunt etc. Sequitur:
Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria
nostra etc. Et quia pecunia ministrat materiam
seu facultatem talibus vitiis ideo subditur: In ava-
ritia, per quam illicite acquiritur pecunia.
Vos autem non ita didicistis Christum, i. evangelium
Christi quod docet contrarium, si tamen illum audistis,
i. intellexistis, et si in ipso edocti estis non
solum speculative sed etiam practice sicut
est veritas in Jhesu qui cepit facere et docere,
Actuum i°. Ideo subdit: deponite vos secundum pristinam
conversationem, i. relinquite vitia in quibus
fuistis tempore gentilitatis, veterem hominem,
i. Adam qui dicitur deponi quo resistitur
inclinationi carnis corrupte ab Adam, gt-
te qui corrumpitur secundum desideria carnis, i.
licet delectetur secundum carnem, corrumpitur tamen
vitiis secundum mentem et etiam secundum carnem.
Dediti enim vitiis carnalibus citius moriuntur
ceteris. Renovamini autem per gratiam spiritu men-
tis vestre, i. in spiritu qui est mens vestra. Et induite
novum hominem, i. Christum per ipsius imitationem,
qui secundum deum creatus est secundum humanam na-
turam in iustitia et sanctitate veritatis.

quia non fuit in eo duplicitas aliqua vel
ypocrisis. i. Petri 2° capitulo: qui peccatum non fecit
nec inventus est dolus in ore eius. Propter quod
hic generaliter apostolus informat de moribus respectu
Christi ad quem bene se habet homo per veritatem
in ore, zelum boni in corde, largitatem
in manu et benignitatem in affectu. Primum
ponit dicens: propter quod deponentes mendacium, propter quod
proximus defraudatur, loquimini veritatem
per quam unum eo recte vivitur, quoniam sumus
invicem membra, propter quod debemus nos mutuo
iuvare. Secundum ponit secundo dicens: Irascimini ita
per zelum qui non est contra naturam proximi sed
contra eius vitium, sed quia in hoc de facili men-
sura rationis exceditur, propter quod legitur de Platone
quod servum suum peccantem tradidit alteri pu-
niendum ne ipse mensuram rationis iratus ex-
cederet. Ideo subditur: et nolite peccare, mensuram
rationis excedendo. Sol non occidat, quasi dicat: si ira
mensuram rationis aliqualiter excedat, tamen
cito transeat. Tertium autem ponit dicens: Qui fura-
batur ante conversionem de gentili errore, iam
non furetur christianitatis tempore, magis
autem laboret diligenter et strenue ut habeat
non solum ad sufficientiam sed etiam ad
relevandam proximi indigentiam. Omnis
sermo. Hic quartum ponit quarto dicens: Omnis sermo ma-
lus etc. Ex habundantia cordis os loquitur,
Mathei 12 capitulo, et ideo sermo malus non procedit
de corde benigno, sed si quis, scilicet sermo, exeat
de ore viri boni simpliciter sit ad hedificationem
fidei, i. fidelium; ideo subditur: ut det gratiam audi-
entibus, i. ut sit eis gratus. Et quia debet
homo magis vitare offensam dei quam offen-
sam hominum, ideo subditur: et nolite contristare
spiritum sanctum fidei, ipsum peccatis vestris ad iracun-
diam provocando, in quo signati estis, per
sacramentum baptismi in quo caracter im-
primitur, in die redemptionis. Licet enim
dies redemptionis humane generaliter sit
dies passionis Christi, quia tamen in baptismo ef-
fectus huius passionis applicatur plenarie
cuilibet baptizato specialiter, ideo dicitur tunc dies re-
demptionis sue. Et quia baptismus dicitur nova

regeneratio et p quem totius malignitatis
ablatio subdit · omnis amaritudo quantum ad ra
corem et odium et ira · quantum ad vindicte appe
titum · et indignatio quantum ad duritiam faciei
et clamor · quantum ad contentionem contra proximum ·
et blasfemia contra deum tollatur a vobis in
xpo renouatis · cum omni malitia ut sic ge
neraliter omne vitium excludatur · Et p oppo
situm concludit · estote autem benigni inuicem
bona cooperando · misericordes mutuam in
digentiam releuando et in malis compatiendo ·
donantes inuicem offensas remittendo · sicut
et deus in xpo · i · p xpm donauit vobis remis
sionem peccatorum ·

V

Estote ergo · Postquam apostolus
instruxit ephesios in mo
ribus verbo · hic consequenter idem
facit saluatoris exemplo · et primo
proponit exemplum imitabile · d · Estote imi
tatores dei sicut filii karissimi q · d · alias essetis
degeneres filii et p consequens a deo reprobandi · et
ambulate · hic consequenter inducit ephesios ad imi
tandum xpm qui est exemplar verum et in primo
feruore caritatis · 2o · in decore sanctitatis
ibi · fornicatio autem · 3o · in splendore cognite
veritatis ibi · videte itaque · Circa primum dicit ·
Ambulate in dilectione procedendo p bona opera
ad augmentum caritatis · sicut et xpus dilexit
nos · li sicut non importat equalitatem sed
quandam conformitatem · et tradidit semetipsum
pro nobis q · d · ita debemus in necessitate pro salute
fratrum animas ponere · oblationem et hostiam deo · In
cruce In odorem suauitatis fuit enim illa obla
tio deo acceptissima quia processit ex maxima
caritate · Fornicatio · hic consequenter inducit ad imi
tandum xpi munditiam · 2o circa hoc remouet
errorem ibi · Nemo vos seducat · circa primum dicit
fornicatio autem que est concubitus soluti cum solu
ta · et omnis immunditia ut p hoc includantur
omnia ad vitium luxurie pertinentia · aut aua
ritia · i · immoderata concupiscentia pecunie
vnde dicitur auarus quasi auidus eris · nec nominetur
in vobis et sic a talibus sitis elongati quod non
possitis in aliquo notari · sicut decet sanctos · i ·

xpianos qui dicuntur sancti quia sanguine tincti quia xpi
sanguine redempti · aut turpitudo · in disso
luto gestu · aut stultiloquium · in turpi affatu
Aut scurrilitas · i · iocularitas que ad rem non
pertinet · i · ad nichil valet sed magis nocet · si
enim dicatur verbum iocosum ad aliquam recti
tudinem honestam non nocet · sed magis valet
ad recreationem spiritus · vnde et in 4o · ethicorum
circa hoc ponitur a philosopho quedam virtus que dicitur
eutropelia · qua aliquis scit convertere dicta
vel facta ad solatium honestum · sed magis gratiarum
actio deo et hominibus de beneficiis que accepi
stis · Contra predictorum vitiorum subdit causam
d · hoc enim scitote intelligentes etc · et patet littera
hoc excepto · Aut auarus quod est ydolorum
seruitus non proprie sed similitudinarie quia de censu
facit deum suum ipsum ceteris preponendo · Nemo
hic consequenter remouet errorem · dixerunt aliqui
quod prudentia dei non se extendit ad actus hu
manos in quorum persona dicitur · Job · 22 · circa
cardines celi perambulat nec nostra considerat
et p consequens non punit facta hominum nec re
munerat hunc errorem remouet · d · Nemo
vos seducat inanibus verbis · dicere enim quod pro
uidentia dei non se extendat ad actus humanos
non est multum inane quia sequeretur ipsum
multa ignorare que nos scimus quod est incon
ueniens sicut arguit philosophus primo de anima
contra empedoclem · propter hoc enim · i · quia credebant deum
facta hominum non punire nec remunerare ·
venit ira dei · i · eius vindicta in filios diffiden
tie · i · super illos qui diffidebant de diuina re
muneratione ut dictum est · Et tales videntur
fuisse illi qui perierunt in diluuio · nolite ergo
effici participes eorum in culpa ne sitis socii in
pena · Eratis enim aliquando tenebre · i · inuoluti
tenebris ignorantie tempore gentilitatis · et dicit
tenebre in abstracto ad significandum magni
tudinem erroris sicut de homine multum largo
dicitur quod est ipsa largitas quasi d · apostolus non est mirum
si tunc eratis inuoluti enormibus peccatis ·
Nunc autem · i · post conuersionem vestram ad xpm
estis lux in domino p caritatem gratie et notitie · vnde
concludit · vt filii lucis ambulate procedendo de

virtute in virtutem. Fructus enim lucis .i. opus
eius In omni bonitate quo ad seipsum. et iustitia
quo ad proximum. et veritate quo ad deum fideliter
ei serviendo ut subditur. probantes .i. discernentes
quid sit beneplacitum deo. sicut enim fideles diligenter
inquirunt implere beneplacitum domini et nolite
comunicare .i. peccare cum peccatoribus sed magis eos
arguere. que enim in occulto fiunt ab eis turpe
est etiam dicere. propter quod predicantes contra turpia
vitia non exprimunt ea directe sed per circumlocutionem
quia autem fideles qui sunt lux in domino ut dictum
est debeant talia arguere ostendit dicens. omnia autem
que arguuntur tamquam reproba a lumine vere
doctrine manifestantur esse talia. omne enim quod
manifestatur lumen est participative in quantum
ponitur in luce. et ad hoc arguuntur vitia ut
peccatores eorum turpedinem cognoscentes resi-
liant ab eis et fiant lux in domino. propter quod dicit
scilicet spiritus sanctus per me. surge qui dormis in peccatis
manendo et exurge a mortuis ab infidelibus
te separando qui dicuntur mortui. Math. 8. dimitte
mortuos sepelire mortuos suos. et illuminabit
tibi christus per fidem caritate formatam. Videte.
hic quarto apostolus inducit ephesios ad imitandum
christi sapientiam qui est sapientia dei patris ut dicitur i. corinthiorum
i. dicens. Videte itaque fratres quomodo caute ambu-
letis societates pravorum declinando non quasi in-
sipientes. qui talibus se immiscent distinguere
nescientes bonum a malo sed quasi sapientes qui
circa bona et mala optima iudicant illa pro-
sequendo ista fugiendo. In quacumque enim arte dicitur
sapiens qui bene iudicat de prosequendis et
vitandis secundum artem illam sicut sapiens miles
in arte militari dicitur qui scit iudicare bene de ex-
pediendis ad consecutionem victorie et oppositis vi-
tandis et sic de aliis et eodem modo est in mo-
ribus. Redimentes tempus. bonis operibus insistendo
habita opportunitate temporis. quoniam dies mali sunt
.i. quia frequenter eis impulso impedimenta super-
veniunt. propterea nolite fieri imprudentes .i. de
futuris non providentes. dicitur enim prudens quasi
procul videns .i. a longe sibi providens ante factum.
et imprudens per oppositum. Vel aliter quia hic acci-
pitur prudentia in hiis que pertinent ad salutem

secundo subditur. Sed intelligentes que sit voluntas
dei a quo expectatis remunerari et quia vitia
carnis obumbrant intelligentiam ideo subditur. et
nolite inebriari vino per vitium gule. in quo .i.
per quod est luxuria. unde dicit Ieronimus. venter
mero estuans declinat cito ad libidinem. venter
enim et genitalia sunt membra propinqua et ex
vicinitate membrorum designatur propinquitas
vitiorum. sed implemini spiritu sancto qui datur sobriis
et castis loquentes vobis metipsis .i. admuicem
et unusquisque sibi ipsi in psalmis et hymnis etc.
unde dicitur Act. 2o. quod repleti spiritu sancto ceperunt loqui
variis linguis magnalia dei. Et psallentes
in cordibus vestris domino .i. intentionem huius laudis
ad deum dirigendo gratias agentes quia gratitudo be-
neficii recepti disponit ad receptionem alterius
subiecti. Invicem in timore christi qui est timor
castus et caritati annexus. Mulieres. Postquam
apostolus instruxit ephesios de moribus generaliter
hic consequenter idem facit quantum ad diversos status
specialiter. quorum partes patebunt prosequendo. primo
igitur instruit personas iunctas matrimonio et primo
uxores dicens. mulieres viris suis subdite sint sicut
in licitis obediendo naturaliter enim imperfectiora
subduntur regimini perfectiorum. mulieres vero sunt
imperfectiores viris quantum ad sexum quia femina
est mas occasionatus et similiter quantum ad intellectum
deficiunt enim a viris in discretione ideo subditur.
quoniam vir est caput mulieris a capite enim in quo
vigent omnes sensus dependet regimen totius cor-
poris sicut christus caput est ecclesie que est eius cor-
pus misticum. Viri diligite. Hic secundo instruit
viros dicens. Viri diligite uxores vestras. propter hoc enim
mulier facta est de latere viri quia debet esse sibi
coniuncta per fidelem dilectionem sicut et christus di-
lexit ecclesiam cuius est caput. et seipsum tradidit
pro ea ex caritate maxima. ut illam sancti-
ficaret a peccatis mundando sanguine suo. mundans
lavacro aque in baptismo per quem comunicatur passio
christi quantum ad effectum ut supradictum est. In verbo
vite. nam accedente verbo ad elementum fit sa-
cramentum. Ut exhiberet ipse ecclesiam sibi ecclesiam
tamquam sponsam claritate fidei et morum refulgentem.
gloria enim a claritate dicitur quasi claria. c. mutata

in .x. non habentem maculam neque rugam .i. peccatum
mortale patens nec latens. vel aliter non habentem etc.
.i. munda et simplicem sine ruga duplicitatis. Ita
viri etc. quia sunt una caro. unde subditur. Qui suam
uxorem diligit se ipsum diligit. quia sicut dicitur .ge. ii.
ca°. Itaque iam non sunt duo sed una caro. Nemo
enim vere utens carne suam umquam odio habuit. nam
et sanctus macerans eam non facit ex eius odio sed amo
re ut sit subiecta spiritui. sicut debet esse et sic resur
gat cum spiritu immortalis. et sic vir debet diligere
uxorem unam carnem secum existentem sicut et xpistus
ecclesiam simpliciter diligit. quia membra sumus corporis eius
.s. mistici nos omnes fideles de carne eius et de
ossibus eius. nam aliqui fidelium sunt infirmio
res. et isti dicuntur de carne eius que ante resurrec
tionem fuit passibilis et infirma. et de ossibus eius
quantum ad fortiores qui xpisto conformantur in tolle
rantia adversorum. per ossa enim in quibus consistit
robur corporis virtus fortitudinis designatur.
Et propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam
.s. quo ad cohabitationem. Istud fuit dictum. gen. 2°.
de adam et de eva. quod tamen applicatur ad xpistum et
ecclesiam mistice. tum dicitur. Sacramentum .i. sacrum
signum in xpisto et ecclesia. licet enim filius dei patrem non
reliquerit quia semper est in sinu patris. ut dicitur. Joh.
i. ca°. tamen secundum quandam apparentiam dicitur patrem re
liquisse inquantum apparuit in mundo visibilis
in forma servi ad coniungendum sibi ecclesiam per misterium
incarnationis et passionis sue sicut sponsam. et
ex hoc revertitur ad propositum .d. verumptamen etc. et
patet. Uxor autem viro .i. cum timore casto.

VI

[F]ilii. Hic consequenter docet parentes et
filios qualiter se debeant habere
ad invicem. Et primo instruit
filios .d. filii obedite parentibus
vestris in domino .i. in licitis et honestis. hoc enim iustum
est. quia filii habent a parentibus esse nutrimentum et
documentum. hoc etiam probat per scripturam. exo. 20°.
Honora patrem tuum et matrem tuam non solum in
reverencia exhibenda sed etiam in necessariis mi
nistrandis tempore necessitatis. quod est mandatum primum
non simpliciter quia mandata ad deum ordinantia sunt
priora sed in illis non additur exprimendo promis
sionem remuneratoris sicut in isto. unde subditur.

In promissione que sequitur ut bene sit tibi etc.
Consequenter instruit patres .d. Et vos patres nolite ad
iracundiam provocare filios vestros. eos nimis as
pere castigando ne frangantur desperando. sicut
baculus tortuosus quando nimis impetuose flectitur
ad dirigendum. et educate illos .i. nutrite. In
disciplina et correctione domini .i. in moribus et
timore dei. Servi. hic consequenter instruit servos
et dominos. et primo servos .d. servi obedite dominis carnali
bus. quantum enim ad animam omnes homines sunt liberi
sed quantum ad corpus aliqui sunt liberi et aliqui
servilis conditionis cum timore .i. reverentia
quod etiam competit filiis et tremore quod est
proprium servorum. quia subsunt flagellis dominorum. In sim
plicitate cordis vestri .i. absque fraude et dolo sicut
xpisto. servitus enim introducta est per peccatum et sic est
pena peccati. deus autem auctor est mali pene. et
potest corrigere peccata sicut placet sibi per penam
servitutis. Vel alio etiam immittit alicui malum
pene non propter expiationem culpe sed propter augmentum
meriti per exercitium humilitatis et patientie. Alio etiam
ex caritate aliquis sibi accepit servitutem volun
tarie sicut sanctus paulinus nolanus episcopus in servitutem
se tradidit tempore vuandalorum pro filio cuiusdam
vidue. et omnibus modis istis non solum servit
homini sed etiam deo. inquantum homo patienter
sustinet servitutem sibi inflictam ex ordinatione
divina vel assumpta voluntarie propter deum. Non
ad oculum servientes .i. in presentia dominorum tantum sed
etiam in absentia quasi hominibus placentes tantum
sed ut servi xpisti voluntarie sustinentes in hoc
ordinationem dei. Et subditur ratio cum dicitur. scientes
quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum .s. meri
torium hoc recipiet in mercede a domino. In cuius
potestate sunt domini sicut servi. unde subditur. sive servus
sive liber. nam conditio servitutis respectu vite
beate nullum affert impedimentum. unde dicit am
brosius. in domino bona servitus et bona libertas equa
lance appenduntur. Secundo instruit dominos .d. Et
vos domini eadem facite illis .s. servis utentes eorum
servitute racionabiliter et modeste. unde subditur. Remit
tentes minas. q. d. non solum remittentes ver
bera quando peccant ex fragilitate vel ignorancia. sed
etiam comminationes et verba aspera. et subditur ratio.

scientes quod et illorum et vester dominus est in celis. presidens equaliter dominis et servis. Et personarum acceptio
non est apud deum. Ita enim puniet dominos sicut servos
et etiam gravius ceteris paribus. quia quanto status
altior tanto casus gravior propter quod dicitur sapien.
6. ca. potentes potenter tormenta patientur. De
cetero. Postquam apostolus instruxit ephesios in communi
et postea personas diversorum statuum in speciali hic
revertitur ad instruendum eos in generali et dividitur in duas partes. quia primo inducit eos ad sumendum arma virtutum generaliter. 2o. describit hec
arma specialiter ibi. State ergo. Circa primum dicit de cetero. fratres confortamini in domino q. d. ex quo radicati estis in fide xpi debetis confidere de ipso.
nam assistit fidelibus suis in temptationibus et pressuris. verumptamen quia non debet homo sic confidere de assistentia dei quod omittat facere quod potest
quia hoc esset temptare deum ideo subditur Et induite vos armatura dei. i. virtutibus que sunt arma
militum xpi ut possitis stare absque casu mortalis
peccati adversus insidias diaboli. qui sicut dicit
leo papa omnium discutit consuetudines. ventilat curas scrutatur affectus ut ibi querat causas nocendi ubicumque viderit studiosius occupari. quia
non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem. i. adversus homines qui sunt caro et sanguis et per consequens visibiles sed adversus principes et potentes. i. demones qui sunt hostes invisibiles
Et dicit principatus et potestates quia angelorum
ordines non solum sunt per gratiam sed etiam per naturam et sic de singulis ordinibus ceciderunt aliqui
in quibus naturalia remanserunt integra ut dicit
dionisius. et inferiores obediunt superioribus ut magis
possint nocere hominibus. et per principes et potestates
intelliguntur alii ordines demonum adversus
mundi rectores nomine mundi non intelligitur
hic universitas creaturarum que non regitur a
demonibus sed a deo et angelis sanctis sibi ministrantibus. sed intelligitur universitas malorum
hominum sicut dicitur Joh. i. Mundus eum non cognovit
qui per demones regi dicuntur in quantum per
eos ad peccata moventur. propter quod subditur ad declarationem huius intellectus tenebrarum harum. dicuntur
enim mali homines tenebre. quia sunt involuti

tenebris ignorantie et culpe. contra spiritualia
nequitie. i. contra spiritus nequam sive malignos. hoc
etiam dicitur ad ostendendum quod per rectores mundi
hic demones intelliguntur. in celestibus
. i. in hoc aere caliginoso quod frequenter in scriptura celum nominatur in quo demones habitant usque ad iudicium propter quod aves celi nominantur. Math. 13. ca. ubi dicitur quod aves celi comederunt semen quod cecidit secus viam. propterea accipite armaturam dei. s. virtutum ut
predictum est. Ut possitis resistere insultibus
demonum. in die mala. i. in presenti vita ubi
imminet temptationum pugna et in omnibus
. s. prosperis et adversis perfecti stare. ita quod
non frangamini adversis nec elevemini prosperis.
State ergo. hic consequenter describit apostolus arma virtutum magis in speciali. d. State ergo succincti
lumbos vestros cingulo castitatis. unde greg. super
ezech. 32. lumbos enim precingimus cum carnis luxuriam per continentiam coartamus
in veritate et non simulatorie tantum sicut faciunt ypocrite. Et induite loricam iustitie. sicut
enim lorica operit corpus undique sic iustitia
reddit debitum unicuique. et calciati pedes. i.
affectiones. In preparatione evangelii pacis
. i. ut sitis preparati ad predicandum evangelium
xpi quod annuntiat pacem eternam. Ad significationem huius marcus. 6. ca. dicit missos
ad predicandum calciatos sandaliis. quibus
muniuntur pedes ne immediate tangant
terram. et inde remanet in parte superiori. quia
affectiones predicatorum non debent ad terrena
affici sed ad celestia sicut dicitur in glosa super
locum istum In omnibus temptationum insultibus sumentes scutum fidei quod est substantia sperandarum
rerum. in quo possitis omnia tela et firma
enim fides de bonis celestibus que sperantur repellit
ictus demonum quasi scutum. et galeam salutis
assumite. s. caritatem quia sicut galea supponitur tamquam perfectio et complementum aliorum
armorum sic caritas est perfectio et forma
aliarum virtutum et gladium spiritus. i. datum a spiritu
sancto quod est verbum dei. Mt. 10. ca. Non enim
vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur

in vobis. Dicitur aut verbum dei gladius quia
percussus eo divide a mundo. Et qm het arma
tura dependet ex dei gra io subdr. p omem oroez
que est simplex petitio a deo et obsecrationem
que est cum expressione rei sacre p quã pe
titio fit exaudibilis vt dr. p passione tua libã
nos dne z hmoi. Orantes oi tpre ad hoc ordiato
In spu. i. in mente z no tm voce. z in ipo vigi
lantes. i. ferventer orando z non remisse cu
oi instantia. i. pseverantr pro oibz scis ut
habeant arma pdicta gnale. z p me spale
vt detur m sermo in apticoe oris mei. i. gstanã
pdicadi euuagem xo pro quo legatoe fungor
in cathena mea detentus rome. Ita ut in xpo
audeaz zc. i. ut tribulatões qs sustineo in nllo
me terreat a pdicatoe retrahendo. Vt aut
hec est vltia pars huius eple z est gfirmatio p
cedentiu p hoc q aplus eam misit p dilectu
discipulum vt plenius possz significare statum
apli ephesijs et eos in dno gsolari Et hoc e
qd dit aplis. Vt aut zc. et pz lra usqz ibi. Et
fidelis minister in dno. i. in hijs que sut ad
diuin. et consolent corda vra nos in bono co
firmando p sacra sacramenta. Pax fribz. i. in
xpm credentibz simple sit. et caritas cum fide
alr fides eet informis. a deo pre nro qui est
dator oim bonorum. z dno ihu xo. p quem
ad nos puenit dei dona. Gra cum omnibus
gnaliter credentibz In incorruptione Amen
.i. sit maneat in gra q non decidant ab ea
s pueniant ad gliaz q e gra gsumata amen.
Explicit postilla fris Nycholai de lyra
sup eplam ad ephesios. Sequitur eiusd
postilla ad philipenses.

.I.

Paulus z thimotheus.
Hic incipit epla
pauli ad philipen
ses. que divide in
tres partes. s. pre
fationem z prosecutione ibi. Gras.
et gsumatoez pre finem ibi. Salu

.2.

tate. Circa pm ponitur. primo ponuntur
psone salutantes cum dr. paulus z thymotheus
hunc adiungit secum in salutatione q missu
rus erat ad eos ipm. vt hetur cu. sequenti. vt
cum veniret ad eos reverentius z magis cari
tatiue reciperetur. Scdo ponitur psone saluta
te cum dr. omnibus sanctis. i. p baptismu sctifi
catis in xo ihu. In primitiva eni ecclia vt no
men ihu redderetur magis autenticu et
amabile et reverendu apli baptizabat i noie
xpi in quo tn intelligitur tota trinitas. qz
xpus grece vnctus dicitur latine. et sic intel
ligitur filius vnctus. et pr vngens. et sps scus
vnctio. q sut philippis. Nomen est civitatis
in macedonia quã hedificavit philippus rex
pat allexandri magni et a noie suo eam de
nominavit cum epis z dyachonibz. p epos
in plurali intelliguntur sacerdotes ut dicit
hic glosa quia plures epi non preesunt vni
civitati. pt etiam dici q p epos intelligunt
sacerdotes cum pontifice civitatis. Epus eni
dr ab epi quod est supra et scopos quod est
labor vel intentio. quasi sup intendes. s. pplo
cui preest. hoc aut competit tam epis q pres
biteris curatis. Isti aut pp spalem eminetia
sup pplm erat spaliter exprimendi in salu
tatione apli. io expressit illos spaliter post
salutatione oium gnaliter. Tercio ponuntur
optata bona cu dr. Gra vobis in pnti. z pax.
in glia celesti q quietat totaliter hois appe
titum. A deo pre nro. qui e dator oim bonoru.
z dno ihu xpo p quem tamqz p mediatore
nrm nobis provenient dicta bona. Gras.
pmissa salutatione. hic gnr ponit psecutio
eple in qua philipenses pmo reddunt beni
uoli. 2o. dociles ca. 2o. Et 3o. autentici. ca. 3o.
Primu aut facit aplis duplr pmo pro bonis
eoz gras agendo. 2o. tamqz amicis specialibz
suu animu apiendo ibi. Scire aut uolo.
Circa pm dit. Gras ago deo meo. quē devote
colo. In omi memoria vri semp. i. quocies
cuqz occurrit michi memoria de vobis cum
gaudio. i. gaudens de bono vro. deprecationem
faciens sup conatione vram zc. i. de eo quod

michi contastis fide et ope in euuagelio xo
ihu credentes et operantes sicut ego a prima
die cuisionis vestre usque nunc in bono pseuerates
nam in fide pstiterant nec falsos aplos rece
perant ut dicit ihernimus in prologo propter quod
aplus de bona osumatione confidebat io dicit
Confidens hoc ipm quia qui cepit etc. sicut ei
inchoatio opis meritorii est a deo ita cotinui
atio et osumatio usque in diem xo ihu in quo
veniet ad iudiciu vera remunerating bona.
Sicut enim est michi iustum hoc sentire
de tam eni bono pricipio iustum est sentire
finem boni et maxime circa dilectos quia
dilectio facit opinare bonu de dilecto io subdit
eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis
s. caritate et in defensione et confirmatione
euuangelii. philipenses vero iam constanter
certauerunt pro veritate euuangelii ut hetur
in fine huius capli. socios gaudii etc. q. d. ex
hoc iustum est michi sentire quod eritis socii
consolationis mee in patria. sicut estis socii tri
bulationis in pugna. Testis enim michi est
deus etc. Confirmatio est sue dilectionis er
ga eos io subdit. Et hoc oro ut caritas vra
etc. quia caritas crescere pot semper in via. In oi
scia etc. Nam crescente caritate crescit noticia
que expedit ad salutem ut probetis potiora
i. approbetis ea sequendo ut sitis sinceres i. puri
et mundi in vobis et sine offensa proximis in
diem xpi repleti etc. i. ut in die iudicii appa
reatis pleni bonis opibus a deo remunerandis
In gloriam et laudem dei. quia in remunera
tione celesti est laus — iugis. ps. 83. Beati
qui habitant in domo tua dne in scla sclorum
laudabunt te. Scire aut. hic cosre aplus
reddit philipenses beniuolos amicabiliter eis
signans statum suu et diuidit in duas ptes
s. principalem et incidentalem que incipit ibi
quidamquidem Circa primu dicit. Scire aut
volo vos fres tamquam amicos meos spales quia
que circa me sunt s. tribulationes et vin
cula que rome sustineo magis venerunt
ad profectum euuangelii. Nam ex hoc fuit
magis publicatum contra intentione me

psequentiu qui per incarcerationem mea cre
debant extinguere euuagelium nam in car
cere pdicabat et miracula faciebat ex quibus
plures de incarceratis et custodibus couertebat
et hec omnia ad diuersas partes orbis diffe
rebantur eo quod roma toti mundo dnabatur
et sic de omnibus ptibus veniebant aliqui et
reuertebantur. Ita ut vincula mea mani
festa fierent in xpo i. manifestum fieret
quod vincula constanter sustinebam propter xpm in
omni ptorio. aliud enim in pretorio erant
iudices maiores et minores aliud. Et aliud
cum eis presidebat imperator et in omnibus istis
dictis fuit aplus in ptorio adductus et ita
constanter se habuit quod plures xpi discipulos
animauit ad pdicandu publice xpm qui prius
hoc facere non audebant. io subdit. Ut plures
de fratribus etc. Quidaquidem. hec est pars in
cidentalis quia pdixerat immediate aliquos
audatiam pdicandi sumpsisse ex vinculis
suis. io incidenter ponit distinctionem pdica
tiu. nam aliqui faciebant hoc intentione
bona. Alii vero mala. Et diuidit in duas
ptes. Nam primo ponit hanc diuersitatem
2o circa hoc suam caritatem ibi. quid enim
Circa primum dicit. quidaquidem et propter
inuidiam et contentionem i. inuidia et con
tentione moti contra me. eo quod pdicatio mea
de preterito apparuit magis virtuosa et ex
hoc facta est magis famosa quam ipsorum propter quod
me incarcerato fortius pdicant ut sapi
entiores et famosiores appareant. Quida
aut propter bona volumtatem non intendentes
ex sua pdicatione consequi propriam gloria
sed honorem dei et salutem proximi. quida
ex caritate non solum ad proximu sed etiam
ad me spaliter Scientes quoniam in defensione
euuangelii i. pro defensione euuagelii positus
sum s. in carcere et io predicando supplet
vicem meam qui non possum ad hoc faciendum
discurrere. et releuant fama meam quia
aliqui nituntur deprimere ut dictu est.
Quida aut ex contentione etc. Iste modus male
anunciandi xpm differt a primo quia illi qui

rebant deprimere famam pauli et sua ele-
uare. Isti vero querebant penam sui carceris
aggrauare ut subdit. ex instinctu, pressura
se suscitare vinculis meis. dicentes se esse pauli
discipuli false tamen ut per hoc pena pauli ag-
grauaretur. sicut torquatus dicebat se discipulus
sancti tiburtii ut a iudice grauius puniretur.
Propter quod isti non videntur fuisse christiani nisi simula
torie et huic consonat quod dicit. christum annuntiant
non sincere sed simulatorie. Et sic patet quod apostolus
ponit quatuor modos annuntiantium christum. quorum
primus et quartus sunt mali quia inde est ex intencione
denuntiatum. Tertius et secundus boni utroque modo
Quid enim. hic consequenter apostolus declarat suam cari
tatem et primo quantum ad dictas predicatores. secundo quantum
ad philipenses ibi. Coartor. Circa primum
apparet caritas apostoli eo quod omnem modum denunci-
andi christum ipse acceptat quamuis aliqui sint ad
contumeliam suam quod contempnit propter honorem diuinum
et hoc est quod dicit. Quid enim dum omnimodo et
quasi dicat. de diminutione fame mee et aggrauatione
corporalis pene non curo. dum tamen nomen christi
predicetur. ymo de istis gaudeo in presenti et
magis gaudebo in futuro. et subdit causam di
cens. scio enim quod hoc michi proueniet ad salutem
id est ad augmentum meriti per vestram orationem et sub
ministrationem spiritus ihesu christi id est quia ipse christus
dabit michi vires et constantiam sustinendi
per orationes vestras ad dominum pro me fusas et fundendas
Secundum expectationem et meam spem beatitudinis
obtinende cuius signum subdit. dicens. quod in nullo con
fundor ex persecutione aduersantium sed in omni
fiducia id est firma constantia. sicut semper
simpliciter fui de preterito a tempore conuersionis mee
et nunc scilicet de presenti et futuro magnificabit christus
in corpore meo etc. quod si viuam predicabo nomen
eius magnifice et si moriar in eius gloriosa
confessione. Michi autem viuere christus est me vi
uificans per suam gratiam et mori pro eo lucrum
scilicet ut sim ei perfecte coniunctus per gloriam. et quod
utrumque bonum est. nam sic viuere est augmen
tare meritum ut dicit. quod si viuere in carne scilicet
mortali et passibili hoc michi fructus operis
est id est augmentatio meriti et simpliciter statim

mori est absque dilatione consequi premium ut subdit.
Et quid eligam ignoro. Coartor. hic consequenter on
dit caritatem suam ad philipenses. et primo hoc
ondit. secundo eos ad martyrii tollerantiam inducit
ibi. Tantum ut digne. Primum autem ondit per hoc quod
preelegit bonum philipensium accelerationi sue
glorie dicens. Coartor enim ex duobus id est moueor ad
appetendum duo que non possunt simul haberi
desiderium habens dissolui per mortem corporalem
et esse cum christo in gloria multo magis melius
videtur pro me. permanere autem in carne id est di
utius viuere necessarium est propter vos ad vestram confirmationem
in fide et moribus per doctrinam meam et eligens
hanc partem subdit. et hoc confidens scilicet bonum
vestrum per me promouendum scio quia manebo in
vita presenti ad utilitatem vestram ut subdit et per
manebo omnibus vobis id est ad profectum vestrum scilicet in
fide et moribus et gaudium fidei id est fidelium. Ut
gratulatio vestra habundet in christo ihesu que est gra
tulatio facta in me per meum aduentum iterum
ad vos. quod philipenses summe desiderabant. et
apostolus hoc intendebat facere habita opportuni
tate ex diuina ordinatione alias enim non asse
rit se venturum ut patet in parte sequenti. Tan
tum ut digne. hic consequenter ponitur monitio de
tollerantia martyrii ad quam tamen prius exigit
conuersatio sancta ut dicit. tantum digne euuangelium christi
conuersamini id est in tantum conuersamini digne sanctam
euuangelicam doctrinam. Ut siue cum venero
ad vos si deus voluerit. siue absens si aliud
deinde ordinauerit. audiam absens vel ui
deam presens. quod statis firmiter in uno spiritu
id est in spiritu sancto qui est unus unanimes in corde
conlaborantes in opere fidei euuangelii id est in hiis
que pertinent ad fidem euuangelicam. et in nullo
terreamini ab aduersariis vos persequentibus. que scilicet
persecutio est illis causa perditionis gehenne.
vobis autem salutis eterne. et hoc a deo qui dat
gratiam et gloriam quia vobis donatum est pro christo
id est pro honore christi. Non solum ut in eum cre
datis ut infirmi fideles. sed etiam ut pro illo
patiamini constanter sicut fortes quod pro
uenit ex speciali dono dei. Idem certamen habentes
contra aduersarios fidei. quale et vidistis in me

qm fui apud vos flagellatus procurator puelle phitonice ut habetur Act. 16. et nunc audistis de me quod sum incarcerat(us) Rome.

II

Si qua ergo. Postquam apostolus reddidit benivolos philipenses. hic consequenter reddit eos dociles informando eos caritative et plane de moribus et fide. et primo premittit quandam deprecationem. Secundo subdit suam informationem ibi. Ut idem. Circa primum sciendum quod consolatio proprie videtur esse anxietatis terminatio. solatium vero consolationis diffusio. societas autem solacii continuatio. miseratio vero anxietatis supportatio quia sicut in corporalibus duo simul iuncti levius portant onus quam unus solus. sic suo modo compatiens alteri supponit se cum eo suo honeri ut dicitur 2. Corinthiorum et hoc quartum precedit alia tria ut patet de se. apostolus autem erat in carcere propter quod istis quatuor indigebat. et ista quatuor dicit se consequi si beraciter optemperent sue monitioni. et ex hoc debent ad hoc moveri. dicit ergo. Si qua ergo consolatio in Christo. i. ordinata ad Christum q. d. si me vultis consolari in anxietatibus et solacium prebere et societatem spiritus quia societatem corporalem exhibere non poterant. et per viscera misericordie compati laboribus meis. Implete gaudium meum per impletionem mee monitionis ut patet ex sequentibus. Ut idem. Hic consequenter ponitur informatio apostoli et primo per scriptum 2. per suum discipulum ibi. Spero autem. Prima in tres quia primo monet eos de fidei unitate. 2o de vera humilitate ibi. Nichil per contentionem. 3o de commoditate ibi. Itaque karissimi. Circa primum dicit ut idem sapiatis de fide. sapientia enim proprie cognitio est de divinis. fides autem habet deum pro obiecto sub ratione summi veri. sed quia fides sine caritate est informis ideo subditur. Eandem caritatem habentes caritas autem facit homines unius voluntatis. Ideo subditur. unanimes. et per consequens ad invicem compati et congaudere. ideo subditur. Idipsum sentientes. Nichil. Hic consequenter monet philipenses de vera humilitate. Et primo facit propositum 2o. ad hoc inducit exemplum ibi. Hoc enim sentite. Circa primum dicit nichil superbe faciatis per contentionem. sicut

i. impletio gaudii mei est ut idem sapiatis

faciunt superbi. proverbiorum. 13. capitulo. Inter superbos semper iurgia sunt. neque per inanem gloriam que meritum aufert. Matth. 6. capitulo. Receperunt enim mercedem suam. sed in humilitate vera superiores sibi invicem arbitrantes. vere enim humiles semetipsos iudicant aliis inferiores et subditur causa. non que sua sunt singuli considerantes etc. quia vere humiles non considerant proprias excellentias que possunt esse occasio humiliationis proprie elevationis. sed excellentias aliorum que sunt occasio humiliationis proprie et honorationis aliene. Hoc enim. Hic consequenter inducit ad hoc exemplum de humilitate Christi quod est efficacissimum. et primo proponit eius humilitatem. 2o. ostendit eius exaltationem ibi propter quod. Circa primum dicit. Hoc enim sentite in vobis etc. i. humilitatem Christi habete interius in corde et non solum exterius sicut ypocrite. qui cum in forma dei esset. i. unus in essentia cum deo patre ab eterno quia forma deitatis nullo modo est multiplicabilis. non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. s. in potestate. nam in deo non est quantitas mollis sed virtutis. dicit enim. Joh. 5. capitulo. Quecumque pater facit hec silr et filius facit et hoc dicendo non fuit rapina quia non usurpavit sibi honorem alienum sed proprium et per hoc eliditur error Arrii dicentis Christum esse creaturam. sed semetipsum exinanivit. i. maxime humiliavit cum esset tantus et talis. verumptamen quia deitas inde non fuit passa aliquod detrimentum subditur. formam servi accipiens humanam naturam in unitate suppositi In qua apparuit humilis. In similitudinem hominum factus. quantum ad naturam passibilem. non tamen quantum ad culpam. et habitu inventus ut homo. quia inter homines duxit vitam communem. Luc. 7. Venit filius hominis manducans et bibens etc. humiliavit semetipsum ad dandum nobis exemplum. Joh. 13. Exemplum dedi vobis etc. factus obediens deo patri non solum usque ad iniuria et verbera sed etiam usque ad mortem et non qualemcumque. sed usque ad mortem crucis contemptibilissimam et acerbissimam. propter quod. Hic consequenter ostendit exaltationem Christi quam meruit per dicta humiliatione. d. propter quod et deus exaltavit illum. In sua resurrectione

et ascensione. gloriam enim sui corporis et exaltationem eius ad celos meruit per suam passionem non autem gloriam anime quia habuit ab instanti conceptionis. et donauit illi nomen quod est super omne nomen. quod xpistus homo nominetur deus. licet enim hoc sibi datum fuerit ab instanti sue incarnationis secundum rem. quia incarnatio facta fuit in supposito diuino non tamen secundum manifestationem sed post resurrectionem eius et ascensionem promissionem spiritus sancti. et alia diuine virtutis opera declarata fuit eius diuinitas. et tunc dicit nomen deitatis sibi datum eo modo loquendi quo res fieri dicitur quando innotescit. Ut in nomine ihesu omne genu flectatur etc. i. ut omnes exhibeant ei reuerentiam angeli homines et demones. Et omnis lingua confiteatur corporalis et spiritualis confiteatur quod dominus ihesus xpistus in gloria est dei patris quia secundum deitatem est una gloria patris et filii. Itaque. hic quarto apostolus instruit philipenses de omnimoda sanctitate. dicens. Itaque karissimi mei. licet enim paulus diligeret omnes fideles. tamen istos diligebat dilectione speciali sicut semper obedistis mandatis et consiliis euangelicis a tempore vestre conuersionis. non in presentia mea tantum. etc. i. melius operamini in absentia quam fecistis in presentia attendentes quod semper habetis deum presentem qui summe timendus est et uenerandus. ideo subdit. cum metu. cordis et timore corporis. Timor enim in corde facit tremorem in corpore vestram salutem operamini per opera sancte uite. et quod opus meritorium dependet a deo ideo subdit. Deus est enim qui operatur in vobis et uelle opus meritorium. et perficere in opere pro bona uoluntate. s. sua non per uestram nisi ex sequenti inquantum sequimini instinctum uoluntatis diuine. quarto ostendit modum faciendi boni dicens. Omnia autem facite sine murmurationibus contra deum et hominem sed magis dulciter et deuote et hesitationibus nullo modo dubitantes de diuino subsidio vobis assistente. ut sitis sine querela. actiue et passiue. ita patienter uiuendo quod non moueatis querelam de aliis. et sic innocenter quod alii non conquerant de uobis ideo subdit. et simplices. i. sine plica dolositatis. filii dei. per adoptionem et imitationem

et sine reprehensione. i. sic quod in uobis non appareat aliquid reprehensibile. et subdit una causa cum dicit. In medio nationis praue et peruerse i. infidelium quorum plures conuertebantur ad fidem In primitiua ecclesia eo bona conuersatio fidelium inter eos [illegible] ideo subdit. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. vnde gen. xv. per stellas celi intelliguntur boni. et per puluerem terre mali sicut ibidem plenius fuit dictum. Verbum uite continentes. i. doctrinam euangelicam habentes in corde credendo et in ore docendo et in opere adimplendo. ad gloriam meam in die xpisti. i. in die iudicii in quo xpistus veniet ad iudicandum nam merita discipulorum cedunt ad augmentum glorie doctorum propter quod doctoribus debetur aureola quod non in uacuum cucurri ad terram vestram pro predicatione fidei. nec in uanum laboraui. quod sicut tuus est in uobis bonus fructus. Sed et si immollor deo. per martirium supra sacrificium et obsequium fidei vestre quod sibi antea obtuli. uos conuertendo. Gaudeo et congratulor omnibus uobis. quod non solum erit ad gloriam meam sed etiam redundauit in uobis. Id autem ipsum etc. i. si patiamini tribulationes seu martirium. Et gaudete mecum quod non solum hoc erit ad gloriam vestram sed etiam ad augmentum glorie mee. Spero autem. postquam apostolus instruxit philipenses per scriptum tamen scripto. hic quarto promittit eis mittere nuntium qui doceat eos verbo et diuiditur in duas partes secundum duplicem nuntium. secunda ibi Necessarium autem. primus autem nuntius qui promittitur hic fuit thimotheus qui fuit apostolo ualde amicabilis et ad docendum ydoneus de quo dicit. spero autem et patet ut et ego bono animo sim. i. in domino consolatus cognitis que circa uos sunt. s. bono statu vestro per eius relationem michi cognito. neminem enim habeo tam unanimem. i. unius mentis mecum qui sincera affectione pro uobis sollicitus sit. ut in bono confirmemini et crescatis. Omnes enim querunt que sua sunt. i. multi predicando querunt temporale lucrum et est impossibile sicut cum dicitur omnes de ciuitate uadunt ad tale festum. cum tamen plures frequenter remaneant. Non que ihesu xpisti. i. honorem diuinum et salutem animarum. ut dictum est capitulo precedenti. non sic autem thimotheus. experimentum autem eius

cognoscite .i. per experientiam facti poterit videre
quod ita sit. quoniam sicut patri filius mecum servivit in e
uangelio .i. euangelium predicauit se mecum conformando
qui non consului vestra sed vos. hunc igitur spero mittere
ad vos. tamquam videro meum. mox ut videro que circa
me sunt .i. cum videro oportunitatem mittendi
confido autem in domino etc. patet ex hoc quod non affuit
super primo capitulo. Iterum se venturum ad eos. sed quod hoc in
tendebat supposita dei voluntate nichil hic ex
primit. Secundus vero cum dicit. Ultimum autem existi
maui pro vestra salute. epafrodito dicitur fratrem religione
christianitatis et cooperatorem in predicatione euange
lice veritatis et commilitonem meum in tempore adu
sitatis. vestrum autem apostolum .i. doctorem et mini
strum necessitatis mee quia michi ministrauit
necessaria in carcere mittere ad vos. Corroboran
dos quinquidem omnes vos desiderabat videre et con
solari. et mestus erat de vestra tristitia propterea quod
audieratis illum infirmatum. et sic fuit in ve
ritate usque ad mortem .i. periculum mortis. sed
deus misertus est eius eum sanando. et etiam mei
ne tristitiam super tristitiam haberem .s. tristi
tiam de eius morte super tristitiam de infirmitate
festinantius ergo misi illum .s. ante thimothe
um ut viso eo iterum gaudeatis. q. d. primo ga
uisi estis de sue sanitatis auditu. et iterum gau
debitis de visu. excipite itaque illum gaudenter et
honorifice. quoniam propter opus christi .i. ut faceret opus quod
christus fecit et docuit qui venit ministrare. et non
ministrari. mathei. 20. capitulo. usque ad mortem accessit se
mortis periculis exponendo et hoc voluntarie id
est subaudi. Tradens animam suam .i. vitam suam. ut
impleret id quod in vobis deerat q. d. munera
dedistis pro sustentatione mea. sed de vobis non
fuit qui deferret michi et ministraret et ipse
hoc suppleuit.

III

De cetero fratres mei etc. Hec est
tertia pars principalis in qua
philippenses reddit apostolus cau
tos contra deceptionem pseudo
apostolorum. Et diuiditur in duas partes. Nam primo circa
hoc philippenses hortatur. secundo eos consolat
ur. ibi. prima in duas quia primo premittit breuem pre
fationem. secundo prosequitur suam intentionem ibi. Videte.

Circa primum dicit. de cetero fratres mei christiana reli
gione. gaudete. de vestra conuersione ad deum eadem
vobis scribere. que .s. scripsi aliis ecclesiis de cessatione
legalium ad cauendum doctrinam pseudo apostolorum qui
docent contrarium. de hoc enim scripserat aliis apostolis ut
patet in precedentibus epistolis. michi quidem non pigrum
est. supple quia sollicitus sum de vestra salute vobis
autem necessarium ut caueatis a deceptionibus eorum. Videte.
hic prosequitur intentum ostendens euacuationem
legalium. primo ratione. secundo exemplo ibi. Si quis. circa
primum dicit. Videte canes .i. attendite pseudo apostolos
quos nominat canes. eo quod contra veros apostolos verbis
detractoriis et mordacibus utebantur. et malos
operarios quia per obseruationem legalium quam assere
bant ad salutem necessariam veritatem euangelii sub
uertere nitebantur. Videte concisionem .i. circum
cisionem quam derisorie sic nominat eo quod ad
nichilum valet. sed magis nocet quia non est nisi
violenta abscisio pelliculle. et subaudi causa
huius. Nos enim christiani sumus circumcisi .i. vere
circumcisi. Circumcisio enim carnalis fuit figura
circumcisionis spiritualis per quia auferuntur peccata
que est baptismus. baptismus auferens penam et
culpam propter quod succedit circumcisioni sicut per
fectum imperfecto et auferens eam sicut ve
ritas umbram et figuram id est subaudi. qui spiritu
deo seruimus .i. non carne tamen et gloriamur in ihesu
christo. Cui sumus incorporati per baptismum. et non
in carne .i. in carnali circumcisione. fiduciam
habentes consequendi salutis per eam .s. per circumcisionem
spiritualem. quamquam et ego habeo confidentiam in carne
.i. confidere possem in carnali circumcisione .s. de
ea. Non confidentiam. eo quod sit circumcisus sum. Si
quis hic dicit apostolus ostendit propositum exemplo. et primo
se proponit in exemplum. secundo philipenses in
ducit ad imitandum ibi. Imitatores mei. prima
adhuc in duas quia primo exemplo suo cessationem legalium
declarat. secundo de modo loquendi excusat ibi. Non
quod iam. Circa primum ostendit apostolus ante conuersionem
suam pro legalibus se multum zelasse et post
conuersionem ea viriliter impugnasse quod nullo modo
fecisset nisi euacuationem eorum per christum certitudina
liter cognouisset dicit igitur. Si quis aliquis etc.
et patet ex predictis littera usque ibi secundum legem pharisea

ricus .i. de secta phariseorum. Erant enim tunc
apud iudeos tres secte ut dicit iosephus anti
quitatum. li° 18. s. saduceorum qui negabant
spiritum et euangelium et per consequens resurrectionem
et phariseorum qui confitebantur utrumque et senorum
qui silentio animas hominum inmortales dicebant vi
uentes quasi religiosi habentes omnia in communi. secundum
emulationem .i. zelum legis persequens ecclesiam dei
ut patet act. 8. et 9. secundum iustitiam que in lege est
.i. que est imperfecta non enim iustificabat apud
deum sed apud homines sicut iustitia pollicita
sicut declaratum fuit diffusius Ro. 3. ca. et 4.
sine querela .i. sine clamore de me facto pro legis
transgressione. Sed que mihi fuerunt lucra secundum esti
mationem meam ante meam conuersationem hec
arbitratus sum post conuersionem meam propter christum detri
menta .i. detrimentum et temporale impedimenta quia dicere quod
legalia ad huc habent cursum suum est dicere christum
nondum venisse nam figura cessat adueniente
veritate. Verumptamen et existimo omnia illa lega
lia detrimentum esse salutis ex alia causa que
subditur cum dicit propter eminentem scientiam ihesu christi .i. propter
euangelicam doctrinam a christo traditam que
supereminet omni doctrine alteri non solum phi
cesset etiam doctrina veteris testamenti cui compa
tur sicut perfectum imperfectum nec potest pure
seruari cum legalibus propter quem .s. christum Omnia de
trimentum feci .i. reputaui et arbitror ut ster
cora. Incquinantia per culpam sine qua seruari
non possunt si post publicationem euangelii
ut christum lucrifaciam .i. habeam ipsum in premium
et ut inueniar in illo. Incorporatus per fidem cari
tate formata non habens meam iustitiam que ex
lege est quia dicit suam eo quod fuit nutritus
in illa. sed illam que ex fide est christi que facit dignos
vita eterna ad cognoscendum illum in presenti per
speculum et in enigmate et in futuro facie
ad faciem et virtutem resurrectionis cognoscendo
eam ut causam effectiuam mee resurrectionis
future et societatem passionis illius in presenti
non formidandam sed magis amplectendam
configuratus morti eius .i. ut assimiler sibi in
passione et per consequens associer ei in corpore et anime
glorificatione ideo subditur. si quomodo occurram

ad resurrectionem que erit ad vitam inmortalem
Non quod iam. quia apostolus dixit plura esse pertinentia
ad excellentiam vite posset aliquis credere quod di
ceret se totaliter perfectum quantum ad meritum quod
non est verum quia potest homo crescere semper in
merito quamdiu est in via vnde dicit hic glosa
Nemo fidelium et si multum profecerit dicat
ecclia legatur ⁊c. vt doctrina mea vobis
communicata eis ꝓficiat ad salutē ⁊ eq°. Et
eple tn̄ ad laodicenses apud nos non habetur
Et dicite archippo qui recepat ministeriū sup
ecclīam colocensiū. vide diligēt attēdēdo ministe
riū qd͡ accepisti in dn̄o .i. in diuinis rebꝫ ut
illud͡ impleas ad honorē diuinū ⁊ salutem
aiarꝝ. Salutatio mea manu pauli. hec
scripsit paulꝰ manu ppria ad magis certifi
cand͡. q͞ epla ab eo eet missa. eo q͞ pseudo apli
aliquid scribebant sub noīe verorꝝ aplorꝝ ad
magis decipiend͡ ut dictu fuit supra .ii. corꝝ.
vltio. memores estote vinculorꝝ meorꝝ in
compatiendo et etiā in hoc si nītē fuerit
me imitando. Coīe subdit que sit sua sa
lutatio. d. gra dn̄i nr̄i ihū xp̄i uobiscū suple
sit que suplet oēꝫ defectū. Amen. Explicit
postilla sup eplam ad colocenses. Incipit
epla .i. ad thesalonicenses.

I

Paulus ⁊ siluanus
et thymotheus.
hic incipit epla p͡a.
ad thesalonicenses
que diuidr̃ in tres

partes . s . in salutatione et persecutionem
ibi gras agimus et conclusionem circa finem eple
ibi fres orate . In prima parte ponitur primo
persone salutantes cum dr . paulus et siluanus .
iste est qui uocatur silas . act . 15 . quem acce
pit paulus in socium ut dicitur ibidem thymo
theus . Isti duo iunguntur paulo in saluta
tione quia cum eo laborauerunt in thesalo
nicensium conuersione . 2° ponitur persone salu
tate cum dr . ecclie thesalonicensium suple con
gregate in deo patre etc . est aut ciuitas the
salonica metropolis in macedonia que e
quedam pars grecie . 3° ponitur bona
optata ibi gra uobis in presenti et pax in fu
turo ubi totaliter quietabitur appetitus)
Gratias . hic incipit persecutio in qua primo red
dit aplus thesalonicenses beniuolos . 2° dociles
4° ca . 3° cautos 5° ca . Circa primum reddit
illos beniuolos dupliciter primo de bonis eorum deo gra
tias agendo 2° in aduersis eos consolando . 2° ca .
prima in duas quia primo gras agit de bona eorum
inchoatione . 2° de bonitatis huius diffusione
ibi . et uos . Circa primum ponit duplex motiuum huius
gratiarum actionis . primum est bona eorum conuersatio . d . gra
tias agimus deo semper in omnibus horis adorandi
determinatis uel semper in habitu et si non actu
quia non semper homo actualiter orare tenetur
memoriam uestri specialiter et expressam faci
entes in orationibus meis sine intermissione expo
natur dicitur sicut dictum est de semper . memores
operis fidei uestre quia fides sine operibus mor
tua est laboris in hiis que pertinent ad promis
sionem fidei et caritatis dei et proximi et sus
tinentie spei etc . i . tolleratio tribulationum
quas patienter sustinuistis in spe recipiende
mercedis a dno ihu xpo ante deum ita constanter
uos habuistis ac si deum presentem uideretis stetes
hic consequenter ponitur 2m motiuum ad gras agendi
quod accipitur ex parte dei eo quod specialem dilec
tionem ondit thesalonicensibus uocando eos
ad fidem non solum per predicationem sed etiam
per multorum miraculorum operationem et hoc e
quod dicit . Scientes fres dilectissimi . i . sci
entes electionem uestram tamquam specialiter dilectorum

a deo habemus suple materiam gras agendi
quia euuangelium meum i . predicatio mea . et non
fuit ad uos in sermone tm . sed in uirtute . i .
in miraculis uirtutis dnm factis et in spiritu
sancto . i . datione spiritus sancti in signo uisibili .
et in plenitudine multa . s . carismatum et
donorum dei sicut scitis quia uidistis quales fui
mus in uobis propter uos q . d . talia miracula
per nos non fecit deus inter uos pro nobis qui
iam eramus in xpo firmati sed propter uos ut crede
retis et in fide solidi essetis et ita fuit quia
prestiterunt in fide nec falsos aplos receperunt
(ut dicit iheronimus) in prologo . Et uos . hic consequenter
aplus gras agit de bonitatis eorum diffusione
nam in xpo eorum alii profecerunt in fide
et operibus bonis et hoc est quod dicit et uos imi
tatores mei facti estis in fide et moribus .
dni . s . ihu xpi . quantum ad eius uitam non
quantum ad fidem quia in eo locum non ha
buit . eo quod habuit obscuritatem annexam sed
ab instanti conceptionis habuit claram visi
onem excipientes uerbum in tribulatione
multa . In principio enim sue conuersionis habu
erunt persecutionem etiam a ciuibus suis
ut habetur . 1° et 2° . ca . Cum gaudio spiritus
sancti . et in hoc conformabantur ab aplis de
quibus dicitur act . 5 . quod ibant gaudentes a con
spectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine
ihu contumeliam pati . Ita ut facti estis forma
. i . exemplar uirtutis omnibus credentibus in
macedonia et in achaya . prouincie sunt grecie
a uobis aut diffamatus est sermo dni i . occa
sione uri diuulgatum est uerbum dei quia multi
prius tacentes timore exemplo uri constantes ef
fecti predicauerunt publice in pluribus locis
ut subditur . non solum in macedonia et in
achaya . sed in omni loco regionum circum ad
iacentium . fides uestra que a deo ordinata est
profecta est . i . processit ultra . Ita ut non sit nobis
necesse quicquam loqui . s . de uobis . ad alios inci
tandum per uerbum exemplum et subditur . ca . ipsi enim de
uobis annunciant uos commendando qualem
introitum habuerimus ad uos quoniam gaudenter
et prompte . fidem suscepistis ad predicationem

nram non formidantes tribulationem insur
gentem. Et quomodo quer si estis ad deum. deum
eligentes ex seruitute ydolatria reiecta. ex
pectare filium eius de celis venturum ad iudi
cium sicut dicitur act. i. hic ihesus qui assumptus
est a vobis in celis sic veniet etc. qui eripuit
nos ab ira ventura. i. a gehenne pena.

II

Nam ipsi scitis. postquam apostolus
reddidit thesalonicenses
beniuolos de bonis eorum gratia
gas agendo. hic quidem idem
facit in aduersis eos consolando et diuiditur
in duas partes quia primo facit hoc per confor
mitatem ad seipsum. 2°. per conformitatem ad
ecclesiam ierosolimitanorum ibi vos enim. Circa
primum primo facit talem rationem. nullus
debet desolari sed magis consolari de conformi
tate ad inconformitatem ad suum magistrum
quia in hoc consistit eius perfectio. luc. vi°.
perfectus omnis erit et sit sicut magister eius. Ergo
vero qui sum magister et doctor vester sustinui
multas tribulationes et sustineo propter quod de
betis in tribulationibus consolari quia in hoc
conformamini. circa autem hoc sic procedit
quia primo declarat modum huius rationis per
tribulationes quas sustinuit ad eos veni
endo. 2°. per eas quas sustinuit cum eis ma
nendo ibi memores enim. prima adhuc in
duas quia primo ponit suam declarationem.
2°. remouet multiplicem obiectionem ibi ex
ortatio. Circa primum dicit. Nam et ipsi scitis
fratres introitum nostrum ad vos. i. modum introe
undi quia non fuit inanis. i. leuis et fa
cilis sed valde grauis. sed ante passi. grauia
verba et contumeliis afflicti per verbera
aspera sicut scitis quod hoc non fuit longe
a ciuitate vestra id est scilicet in philippis. que
est ciuitas macedonie ut habetur act. 16°.
ibi paulus et silas fuerunt virgis grauiter
cesi et incarcerati ut habetur ibidem fidu
ciam habuimus in deo nostro loqui ad vos etc.
quasi dicat ex illis tribulationibus non fuimus
territi sed in deo confidentes venimus ad pre
dicandum vobis euangelium dei et circa hoc
fuimus valde solliciti. quasi dicat propter quod in tri
bulationibus debetis consolari tanquam nobis con
formes effecti. Exhortatio. hic quidem re
mouet multiplicem obiectionem. poterat enim ali
quis dicere quod non esset consolabile paulo con
formari eo quod esset defectuosus in vita et
doctrina sicut dicebant pseudo apostoli de ipso propter
quod hoc remouet excludendo illam per que posset
impingi in eius doctrina vel vita dicens. Ex
ortatio enim nostra non de errore. Circa fidem
qualis erat hereticorum doctrina. sed de veritate
mera. nec de inmunditia sicut erat doctrina
epicureorum que tunc vigebat ut habetur act.
17°. nec in dolo sicut decebant falsi christiani
qui aliquando dicebant vera de fide catholica ut de
prehenderentur christiani sicut de torcato legitur
in legenda sancti thiburtii. Sed sicut probati
sumus a deo. i. approbati ab ipso ut crederetur
nobis. tanquam fidelibus ministris. Euangelium. i.
predicatio euangelii. Ita loquimur fideliter pre
dicando querentes dei beneplacitum et non
hominum. Sicut scitis ex visu et auditu
nec in occasione auaritie predicando propter
questum neque propter vane glorie fastum sicut
predicabant pseudo apostoli. Cum possemus vobis
honeri esse. accipiendo sumptus a vobis. et etiam
honorem ut christi apostoli veri quibus talia debentur
sed facti sumus paruuli in medio vestri inter vos
humiliter conuersando et non solum humiliter
sed etiam caritatiue ac dulciter. Tanquam si ma
ter foueat filios suos lacte et nutrimento
corporali ita desiderantes vos et non vestra. cu
pide. i. intense desiderantes vestram salutem
volebamus tradere non solum vobis euan
gelium dei. quod est spirituale nutrimentum.
Sed etiam animas nostras. i. vitas nostras parati
simus pro salute vestra exponere. Quoniam carissimi
facti estis nobis maiorem enim caritatem
nemo habet ut animam suam ponat quis pro
amicis suis. Memores enim. Postquam apostolus
ondit se tribulationes passum ad thesalom
censes veniendo hic idem ondit cum eis
manendo. d. Memores enim fratres estis fratres.

q. d. non est diu q vidistis. et sic non estis obliti laboris nri in corpe 7 fatigationis pp excessiuu laboris nocte et die operantes manuale horis exceptis quibus intendebant pdicationi uel oroi ut ipe et sui uiuerent de pprio labore ne aliquem vrm grauaremus· in vobis euuangeliu dei gratis attinendo a vob sumptus pdicauim. n. vob euuagelu dei gtis cum tn sumptus de vro possemus attipe. vos testes estis quatu est ad exteriora et deus quantu ad interiora. qm ste erga deu. et iuste erga proximu et ita q nullus poterit conqueri de nob. quale vnu quemqz vrm sicut pr filios suos deprecantes vos. i. paterno affectu inducentes vos ad bonu et consolantes si quis vrm fuerat desolatus pp pcca comissa uel alia de causa. Testificati sumus. i. sub testimonio sanctorum vos adiurauimus ut ambularetis digne deo de virtute in virtutem procedendo qui vocauit vos in regnu suum. i. ut essetis de regno eius p gram in pnti et gloriam suam in futuro. et q sic fecerunt thesalonicenses. io gras agens deo subdit io. et nos gras agimus deo sine intermissione. i. omnibus horis ad hoc aptis qm cum accepissetis a nobis p pdicatione nram verbum auditus dei. i. verbum euuangelicu nob diuinitus reuelatum. accepistis illud no ut verbu humanu sicut est doctrina philosophica. s; sicut e verbum dei. i. sic recepistis deuote sic recipi debet verbum habitum et ex diuina reuelatione. qui opatur in vobis docendo interius homines. i. non solum monet auditu exterius io dicit aplus. Ioh. 15. Sine me nichil potestis facere. Vos em fres postqm aplus consolatus est thesalonicenses per conformitate ad seipm. hic idem facit per conformitate ad ecclia ierosolimor. In illa em primo incepit ecclia put dicitur contra synagogam ut pz actu. i. Et inde p diriuata est ad alia iudee loca et ille ecce constanter sustinuerunt psecutiones a iudeis qui xpm occiderant 7 pphas et in hoc ecclia thesalonicensium erat eis conformis q psecutiones

sustinuerat a ciuibus suis quod debebat ee sibi consolationis materia pp conformitatem ad eccliam primitiuam. Et hoc est quod dicit Vos em fres imitatores facti estis 7c. et patet lra usqz ibi. phibentes nos gentibus loqui. s. euuagelium. 7. ut salue fiant. s. gentes ut impleant. i. augeant pcca sua. s. iudei in sua pfidia obstinati deo pmittente et diabolo pcurante peruenit enim ira dei sup illos quia subtraxit iuste gram suam ab eis. usqz in finem. i. usqz versus finem mundi. tunc em sunt ad fidem conuertendi sicut dictu est supra frequenter pot etiam alr exponi usqz in fine. i. eternaliter quantu ad illos qui in sua pfidia moriuntur. Nos aut postqm aplus consolatus est thesalonicenses scripto hic consolatur eos nuncio. Et pmo describit mittendi roez. 2o. narrat missione in principio tercij capli. Ratio aut consistit in hoc. quia desiderauerat ire thesalonica et eccliam psonaliter consolari. s; habuit impedimentu pp qd ad h misit nunciu. dicit igitur. nos aut fres desolati a vobis ad tempus. i. desolati pp hoc q vobiscum non eramus ore aspectu non corde. i. licet no possemus vobis loqui. nec vos videre tame habebamus vos in corde. io sbdr habundantius festinauimus. i. disposuimus festinanter venire ad vos. ad vram consolatione Ego quidem paulus cum socijs meis. s; impediuit nos sathanas. Tacet aut modu impediendi et sic glo. nec ego volo in hoc diminuere. Consequenter subdit roez quare desiderabat videre vos et consolari in dno. que est augmentatio sui meriti et pmij. d. Que est em nra spes in pnti de augmento meriti et pmij aut gaudiu spuale. aut corona glorie. i. ro consequendi pmiu aureole que doctoribus debetur. nonne vos. q. d. sic. quia conuerterat eos ad fidem io seqr. vos ei estis gloria nra 7 gaudiu s. materiale habebat em materia gloriandi in dno 7 gaudendi de eorum conuersione 7 bona conuersatione

Propter qd. III

posita ratione mittendi nuncium hic quem mittit eu. Et diuidi

in duas partes. Quia primo describitur missio et pauli deprecatio ibi: ipse autem deus. prima
ad huc in duas. quia primo ponitur utilitas
missionis et reuersionis ibi nunc autem. Cir-
ca primum continuando se precedentibus dicit
propter quod .i. quia gloria mea estis et gaudium. non susti
nentes amplius .i. non expectantes ultra
scire certius statum vestrum placuit nobis .i.
michi et siluano remanere athenis solus
sine thymotheo qui est tertius in salutatione
positus ut dicit hic glosa. sed quia non est hic con
suetum quod nuncius epistole ponatur in eius salu
tatione cum videat personaliter ad salutatos. ideo
videtur aliis quod iste thymotheus qui dicitur hic mis
sus. cum dicitur. et misimus thymotheum. est alius
a predicto quia plures erant eiusdem nominis
fratrem nostrum religione christiana ministrum dei
in euuangelio christi .i. in predicatione euuan
gelii ad confirmandos vos in omni bono et
exhortandos pro fide vestra stabilienda. ut nemo
moueatur ab ea. In tribulationibus istis
que nobis et vobis superuenerunt a fidei ad
uersariis. ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus
.i. dispositi a christo dicente Ioh. 16. Venit hora
ut omnes qui interficiunt vos arbitrentur obse
quium se prestare deo et subdit quare debeat
hoc scire dicens Nam etc. Et patet sicut et fac
tum est in nobis. Et scitis etiam de nobis
propterea et ego non amplius sustinens aliquam
dilationem. misi ad cognoscendum fidem vestram
per certum nuncium et fidelem ne forte tempta
uerit vos is qui temptat .i. dyabolus qui semper
nititur per temptationes suas bonos subuer
tere. et inanis fiat labor noster. Si vos sub
uerterit quod absit. Nunc autem. hic ponitur
utilitas reuersionis cum dicitur. Nunc autem ve
niente thymotheo ad nos a vobis. completo
suo ministerio. Et annunciante nobis fidem vestram
stabilem. Et caritatem crescentem ad proficiendum
in melius. et quia memoriam nostri habetis bo
nam orando pro nobis semper desiderantes)
etc. Ergo quod ista supple speramus audire in red
ditu eius ideo consolati sumus iam in spe.) In
vobis .i. pro bono quod speramus audire de

vobis in omni necessitate Ita quod omnis tribu
latio et angustia nobis superueniens diminuitur
propter bonum fidei vestre quod speramus audire. quoniam
nunc viuimus .i. quasi de morte ad vitam suscitati
sumus. Si vos statis in domino immobiles et
firmi nec sufficeremus ad reddendum gratias
deo de tanto bono ideo subdit quam enim gratiarum ac
tionem etc. et patet littera usque ibi. Et compleamus
que desunt fidei vestre licet enim haberent noti
ciam fidei quantum ad ea que sunt ad sa
lutem necessaria tamen ad maiorem eorum perfectum
cederet si apostolus venire posset ad magis ex
plicandum aliqua que non potuit eis ad ple
num dicere quando fuit prius cum eis. quia fuit com
pulsus exire propter commotionem ciuitatis ut habetur
actuum 17. Ipse autem. hic ponitur apostoli
deprecatio pro thesalonicensibus ut deus
sua gratia suppleat quod ipse facere non poterat
ideo dicit. Ipse autem deus omnium per creationem.
et pater noster .s. fidelium spiritualiter per gratie adopti
onem. et dominus ihesus christus qui est mediator dei
et hominum dirigat viam nostram ad vos re
mouendo impedimenta a sathana procu
rata. Vos autem multiplicet numero et merito
et habundare faciat. caritate qua crescente
crescunt alie virtutes infuse mutua. cari
tatiue mutuo subueniendo. Et in omnes
etiam infideles vos ad fidem conuertendo.
quemadmodum et nos in vobis habundamus
caritate. ad confirmanda corda vestra. in mo
ribus et in fide. ut sitis sine querela .i. sine
reprehensione aliqua. In sanctitate ante
deum .i. in sanctitate vera et non simulata
que est coram hominibus tantum. In aduentu domini
nostri etc. .i. ut in aduentu eius ad finale iu
dicium sitis de numero et consortio sanctorum.
Et subditur. Amen. ad confirmationem pre
cedentium).

IIII

De cetero fratres. hic incipit
tertia pars principalis. In qua
reddit thesalonicenses
dociles eos de moribus infor
mando et de defectibus corrigendo. licet enim
conuersatio eorum esset sancta. tamen ibi erant aliqui

de defectibus corrigendi specialiter de quatuor. Et secundum hoc presens capitulum in quatuor partes dividere que patebunt prosequendo. Circa primum sciendum quod gentiles reputabant simpliciter fornicationem esse licitam et ideo propter consuetudinem pristinam aliqui de gentilitate conversi erant ad huc fornicarii propter quod apostolus corrigit hoc vitium ad virtutem oppositam inducendo dicens. De cetero ergo fratres rogamus vos et obsecramus id est per rem sacram adiuramus quod debet plus vos monere quam simplex deprecatio mea. Ut quemadmodum accepistis a nobis verbo et exemplo quomodo oporteat vos ambulare in via morum et placere deo. Caste et munde vivendo. Sic et ambuletis ut habundetis magis in hiis semper proficiendo. Scitis enim id est scire debetis quae precepta dederim vobis per dominum ihesum christum id est de mandato ipsius cui simpliciter est obediendum. Hec est enim voluntas dei eius mandato expressa. Sanctificatio vestra id est emundatio a carnalibus peccatis ut abstineatis vos a fornicatione que tamquam a deo prohibita. Ad eam enim sequitur incertitudo prolis ex vago concubitu que est directe contra bonum humane nature. Pater enim debet filiis nutrimentum et documentum. Que non possent bene facere. Nullus autem est sollicitus de talibus circa prolem sibi incertam. Ut sciat unusquisque vestrum vas suum id est corpus proprium quod vas dicitur eo quod in ipso fortius per naturam anima a deo infunditur per creationem possidere permanenter in sanctificatione et honore. Corpus enim fornicationi deductum dehonoratur quia bestiale efficitur. psalmo 48. Homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus etc. Non in passione desiderii id est non sequendo passionem concupiscentie venereorum que est nimis vehemens. Sicut gentes que ignorant deum simpliciter sequuntur eam credentes fornicationem simpliciter esse licitam. Et ne quis. Hic incipit pars secunda in qua corripit cupiditatis vitium inducens ad oppositum. Et primo ponit hanc inductionem. Secundo quandam excusationem ibi de caritate dicit. Circa primum dicit. Et ne quis supergrediatur opprimendo proximum ut ab eo extorqueat iniuste possessionem suam vel rem aliquam. Neque circumveniat ipsum decipiendo et illaqueando debitis per usuras vel mercationes malas et consimilia. Quoniam vindex est dominus de hiis graviter puniendo sicut prediximus vobis omnibus sicut predicavimus vobis apud vos existentes et testificati sumus per testimonium scripturarum ordinis. Non enim vocavit nos deus in immunditiam id est ut simus immunditie puri cuiuscumque sed in sanctificationem id est vivamus sancte. Itaque qui hec spernit que predixi non hominem spernit tantum sed deum cuius sunt mandata. Qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis in adiutorium impletionis mandatorum suorum. De caritate autem fraternitatis. Hic ponit excusationem suam scilicet scribendi ad thessalonicenses de operibus pietatis dicens. De caritate autem fraternitatis id est de operibus pietatis ad pauperes fideles non necesse habemus scribere vobis quia thessalonicenses diligenter exercebant talia. Nec istud obviat ei quod predictum est de correctione cupiditatis. quia frequenter inveniuntur aliqui exercentes usuras et mercationes malas qui tamen erga pauperes faciunt opera pietatis. Rogamus autem. Hec est tertia pars principalis huius capituli in qua corripit otiosos et vagabundos dicens. Rogamus autem vos fratres ut habundetis magis in operibus bonis et operam detis et diligentia adhibeatis ut quieti sitis et non vagabundi quia tales solent cadere in alia vitia scilicet curiositatis et carnalitatis. Et ut vestrum negotium agatis quia homines circa hoc negligentes depauperantur et quia volunt tenere modum vivendi consuetum per consequens latrones et raptores efficiuntur. Et operemini manibus vestris ad evitandum otiositatem que est sentina omnium vitiorum et ad conservandum sanitatem quam facit labor moderatus et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt id est ad infideles ut ex bona vita conversationis vestre trahantur ad fidem. In incorabilibus enim magis movent exempla quam verba. Et nullius aliquid desideretis ita quod non solum caveatis a malo actu exteriori sed etiam interiori. Nolumus autem

(vide circa mathei 17° omelia 95)

vide tho. 2° 2e gen. et buridanum 1q 8 sup yconomicam

Tertio ocludit intentu ibi ·

Hec est pars quarta pncipal in q corripit ali
quos moderate lugentes mortuos · Et diuidit
in tres partes quia pmo arguit hunc luctu
2° ponit occasionale future resurrectionis mod'
ibi · hoc em · Itaqz · Circa pm dicit · Nolumus
aut vos ignorare fres de dormientibus · i · de
functis qui dormiunt Sono mortis a quo
excitabuntur tpre resurrectionis ut no contris
temi in consolabile · io subdit · sicut et ceteri
qui spem non habent · s · future resurrectois
et sic credunt amicos defunctos pisse corpar
ad semp pp hoc hnt occasione lugendi eos · q ·
m cosolabilit non sic aut xani qui habent
spem resurrectionis uel resurgendi pp quod
viciosum est eis immoderat mortuos lugere
quia in hoc assimulantur in fidelibus spem
future resurrectionis non hntibus lugere tn
defunctos moderate est opus pietatis · q aut
resurrectio mortuorum sit futura ondit dices
Si em credimus rc · et accipit hic si pro quia
nam ad articulos fidei ptinet credere ihm
vere mortuu fuisse et resurrexisse · Ita et
deus · qui suscitauit ihm eos qui dormierut
in sono mortis p ihm · tamqz p mediatorem
dei z hominu · adducet cu eo ad vitam immor
talem resuscitando · hoc em · quia locutus est
aplus de resurrectioe futura · Ideo hic ostre de
clarat mod illius resurrectionis · Ad cuius
intelligentiam sciend q aliqui dixerut q xo
veniente ad iudiciu aliquos homines reperiet
viui qui transferentur ad statu immorta
litatis sine morte intermedia · sic exponetes
qd hic dr · deinde nos qui viuimus qui relin
quimur · s · viui usqz ad aduentu xpi · simul
rapiemi cum illis · i · cum mortuis resuscitatis
obuiam xpo descendenti ad iudiciu et dicit
q aplus se connumerat eis eo q ptinet ad idem
corpus ecclie · sz hec expositio pmo deficit in hoc
q dicit aliquos sine morte ad immortalem vita
transire quia omes descendentes ab adam
preter xpm incurrunt originale pctm cuius
pena est mors · et ideo omes soluerut uel sol
uent debitu mortis pp quod alij dixerut q illi
qui in aduentu xo reperientur viui in raptu
illo obuiandi xpo subito morientur et statim
resurgent sz ad huc hoc videt inquenienter
dictum quia flagrationis ignis purgantis
elementa z memorans corpa mixta pcedet
aduentum xpi ad iudiciu et sic nulli homines
reperientur viui qui obuient xpo venienti
nisi de resurgentibus post igne dictu sz pterea
q aplus connumeret se cum pdictis eo q per
tinet ad idem corpus ecclie cum eis no videt
ronabile dictum · Nam eadem roe diceretur
de omnibus fidelibus preteritis et futuris pp qd
saluo meliori iudicio videntur michi verba
apli aliter exponenda cum dicit · hoc enim
vobis dicimus de mo future future resurrec
tionis · In verbo dni · i · sic reuelauit nobis q
nos qui viuimus qui residui sumus in hoc mu
do a patribus defunctis non pueniemus in re
surrectione futura eos qui dormierut citius
resurgendo illis qui iam ante diu mortui sut
quia resurrectio fiet virtute diuina que opat
in instanti io subdit · Qm ipse dns ihus xpus
in iussu · dicendo surgite mortui ad iudiciu
et in voce archangeli · s · michaelis qui est
pnceps ecclie sub quo intelliguntur angli alij
qui ministerium adhibebunt in resurrectione
colligendo cineres z magnu sonu facient
tamqz iudicij precones · pot etiam aliter exponi
ut illud dictum · Surgite mortui ad iudiciu ·
sit archangeli michaelis exequtiue z xpi im
patiue cuius virtute infinita fiet resurrectio ·
et sic cum dr in iussu · refertur ad xpm · et
subdit · Et in voce archangeli ad michaelem
archangelum · Et in tuba dei · Ista tuba non
est aliud q vox predicta que dr tuba pp simili
tudinem tube materialis veteris testamenti
qua fiebat vocatio ad conciliu z pparatio ad
bellum et inuitatio ad festum quia tuc omes
congregabunt in iudicio et armabitur cre
atura ad vltione inimicorum et inuitabut
iusti ad festum angelorum descendet de celo · na
iudicabit in forma humana apparens sm
qd dr · Act · i · hic ihus qui assumptus e a
vob · s · in forma humanitatis sic veniet · s · ad
iudiciu · Et mortui qui in xpo sunt resurget

primi deinde nos etc. Ista prioritas et posteritas non potest referri ad actum resurgendi ita quod aliqui resurgant prius alijs prioritate temporis nam omnes resurgent in eodem instanti secundum quod dicitur prima cor. 15. omnes quidem resurgemus et subditur in momento in ictu oculi etc. nec potest hic accipi prioritas dignitatis quia patres veteris testamenti in resurrectione non erunt digniores apostolis qui erunt assessores iudicis Math. 19. Sedebitis super sedes duodecim etc. de quibus dicit hic apostolus. deinde nos etc. propter quod salvo meliori iudicio videtur mihi quod ista prioritas et posterioritas sit referenda ad quietem in Christo per benedictam mortem. sic exigendo literam. Et mortui qui in Christo sunt .i. quiescunt in eius fide mortui primi respectu nostri qui adhuc vivimus resurgent tamen posterius. deinde nos qui vivimus. supple quiescemus in Christo in eius fide moriendo simul rapiemur cum illis iam resuscitati cum ipsis obviam Christo venienti ad iudicium. In aera. ubi proferet sententiam iudicij super valle Iosaphat ut dictum fuit Iohelis 3. Et sic semper cum domino erimus. quia electi a Christo non separabuntur amplius sed semper erunt sibi coniuncti non solum in anima sed etiam in corpore. Itaque hic ex dictis concludit intentum .s. quod fideles non debent immoderate lugere defunctos sed de ipsis consolari ex quo sunt ad vitam immortalem et felicem resuscitandi et hoc est quod dicit. Itaque consolamini invicem in verbis istis de resurrectione fidelium predictis.

De temporibus. Postquam apostolus reddidit thessalonicenses benivolos et dociles. hic consequenter eos reddit cautos. Circa quod sciendum quod cautela maxime requiritur circa illa de quibus certum est quod venient. tamen hora veniendi est simpliciter ignota. sic autem est de die iudicij secundum quod dicitur Math. 24. de die illa et hora nemo scit neque angeli in celo etc. propter quod apostolus circa eam reddit thessalonicenses cautos. et dividitur in duas partes quia primo incertitudinem ostendit secundo thessalonicenses cautos reddit ibi. Vos autem. Circa primum sciendum quod dies iudicij dupliciter

accipitur in scriptura. uno modo pro ipsa die iudicij generalis in fine mundi. Alio modo pro die iudicij particularis que est dies mortis cuiuslibet hominis. Nam in illo statu in iudicio finali presentabitur in quo in morte invenitur. intentio vero apostoli videtur hic magis esse de die mortis quia ipse sciebat diem iudicij finalis multum distare ut patet in epistola sequenti. ipse autem hic hortatur thessalonicenses ut sint cauti ne repente veniat super eos dies domini et inveniant imparati. verumptamen utroque modo littera exponitur. et primo de die finalis iudicij cum dicitur de temporibus autem et momentis pertinentibus ad diem iudicij finalis. non indigetis ut scribamus vobis. quia talia scire ad vos non pertinet secundum quod dicitur act. i. c. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate etc. Ipsi enim diligenter. supple considerando scitis. quia dies domini. quia tunc Christus apparebit ut dominus qui in primo adventu apparuit ut servus. sicut fur in nocte etc. non est per hoc intelligendum quod dominus sit venturus ad iudicium tempore noctis sed magis clara die. sicut dicitur ludibrium attendit. act. 1. hic Ihesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet etc. sed quia veniet subito hominibus hoc non providentibus. cum enim dixerint pax et securitas etc. glosa super locum istum dicit quod hoc intelligitur de sotijs antecristi qui post mortem eius credentes esse in pace et securitate facient festa et convivia docentes diversa iura sed istud non videtur convenienter dictum quia glosa premittit quod antechristus fulminabitur et maxima pars suorum exercitus peribit cum eo. propter quod non est verisimile quod remanentes esse debeant in tanta securitate et iocunditate sed magis in timore. et sic videtur glosa sibimet repugnare. Item videtur esse contra dictum commune doctorum et sanctorum qui dicunt quod mortuo antichristo et falsitate eius manifeste detecta. Omnes gentes convertentur ad Christum et sic non remanebunt aliqui in secta antichristi. potest dici sustinendo glosam premissam Et illi qui fuerant de secta predicta antichristi festa et convivia faciant eo quod sunt conversi ad fidem Christi quia de ipsis dicentibus pax et secu-

ritas. subdit aplus tunc repentinus superveniet
eis interitus etc. quod non potest exponi de
bene gaudentibus sed quod videtur melius reduci ad
tempus dominationis antixpi quo obtenta civitate
et templo ostendet se tamquam sit deus ut dicitur epistola
sequenti. Et tunc satellites eius gaudebunt
de potestate domini sui sed repentinus semper veniet
eis interitus quia subito fulminabitur an
tixpus cum maxima parte sui exercitus nec
obviat huic expositioni quod dominatio antixpi
et eius fulminatio precedent diem iudicii
de qua loquitur aplus ante immediate quia
frequenter prius facta posterius narrantur in
scriptura sacra ut patuit supra in pluribus
locis veteris et novi testamenti. Secundo expo
nenda est litera de die mortis sic de temporibus
autem et momentis in quibus debeat mors
venire non indigetis ut scribamus vobis. q.
d. quia non scriberem vobis nisi iam sciretis
nisi illud quod iam scitis. s. quod hoc est tocius
incertum ideo subdit ipsi enim diligenter scitis
per experientiam cotidie videntes quia dies domini
i. mortis que dicitur dies domini quia tunc venit
ad particulare iudicium ipsius morientis vel
supradicta tamquam fur in nocte etc. i. veniet
repente et ex improviso. ideo subdit. Cum enim
dixerint homines mundani pax et securitas
credentes diu vivere in deliciis et temporali pace.
repentinus veniet illis interitus. s. mortis
corporalis. sicut dolor in utero habenti. quantum
ad penam inferni et non effugient. quia
in inferno nulla est redemptio. de hoc po.
exemplum salvator. luce. 12. de illo qui dicebat
anime sue. anima mea habes multa bona repo
sita in multos annos quiesce comede. bibe.
epulare. dixit autem ad illum deus. stulte hac
nocte repetent animam tuam a te que autem congre
gasti cuius erunt. Vos autem. hic igitur aplus
reddit thessalonicenses cautos contra diem
mortis et per consequens contra diem iudicii gene
ralis quia sicut dictum est qualis in morte
quis invenitur. s. iustus aut iniustus
talis in iudicio presentabitur. Cautela vero ad
hoc est ut homines semper sint parati per bona

vitam ad recipiendum mortem hoc autem fit
per hoc quod homo bene se habet ad seipsum ad pro
ximum et ad deum propter quod ad hec tria inducit
aplus. Et secundum hoc dividitur in tres partes
que prosequendo patebunt. Igitur ad primum in
ducit d. Vos autem fratres non estis in tenebris
s. erroris sicut sunt infideles. Ut vos dies
illa. s. mortis tamquam fur comprehendat
i. imparatos. omnes enim vos filii lucis estis. i. xpi
qui est lux vera illuminans omnem hominem.
Joh. i. Cuius estis filii per baptismum. et filii
diei. i. novi testamenti. quod dies dicitur. Ro. 13. Nox
precessit dies appropinquabit. non sumus noctis
i. iudaice obscuritatis neque tenebrarum. i. diu
sorum errorum gentilium. Igitur non dormiamus
in peccatis sicut et ceteri qui sunt increduli.
sed vigilemus per attentionem mentis ad ea que
sunt salutis. Et sobrii simus ex parte corporis
utentes temporalibus ad nature sustentationem
et bonam sensuum dispositionem. qui enim dor
miunt. s. ignorantie. nam ignorat omnis
malus secundum quod dicit philosophus. ethice. 3. Et qui
ebrii sunt immoderate utentes bonis
temporalibus unde dicitur ebrius. a bria quod est mensura
quasi extra mensuram positus. nocte ebrii
sunt. s. ignorantie vel dicta. Vos autem etc.
patet ex dictis supra. induti loricam fidei
sicut enim lorica consistit ex pluribus maculis
invicem se complectentibus. sic fides integratur
ex pluribus articulis adinvicem connexis. Et ca
ritatis que est forma fidei. sicut autem lorica
protegit corpus. sic fides caritate formata
protegit animam a demonum insultibus. Et galeam
spem salutis. sicut enim galea munit caput
quod est superior pars corporis. sic spes su
periorem partem anime nostre ad celestia elevando
quoniam non posuit deus nos in iram. i. in
dampnationem eternam. sed in acquisitionem
salutis. i. ut acquiramus vitam beatam ex
operibus meritoriis. per dominum nostrum etc. sine
cuius adiutorio nullum opus potest esse meri
torium. ut sive vigilemus corporaliter vivendo.
sive dormiamus mortis corporalis sompno. sit
cum illo vivamus vita gratie que est in anima

immortali ꝑ qd consolamini inuicem in laboribus vite presentis et hedificate alterutrum verbis bonis et exemplo sicut et facitis semper tamen proficiendo in istis. Rogamus autem. hec est secunda pars in qua inducit thessalonicenses ad hoc quod bene se habeant ad proximum et primo ad prelatos eos honorando dicens. Rogamus autem vos. id est precipue et diligendo quanto spiritualia corporalibus preferuntur ꝑ opus illorum. ad vestram salutem ordinatum patrem habete cum eis obediendo eis humiliter et deuote. 2o ortatur eos ut bene se habeant ad imperfectos. dicens. Rogamus autem vos fratres corripite caritatiue. Inquietos. id est curiositas et contemptiosos consolamini pusillanimes. id est in tribulationibus deficientes. suscipite infirmos. mente uel corpore infirmitates eorum quantum secundum deum potest fieri supportando. quia enim ex tali supportatione insolescunt eos non expedit supportare quia hoc esset malum nutrire patientes estote ad omnes non solum fideles sed etiam infideles. et intelligitur ista patientia quantum ad actum animi interiorem. quantum autem ad actum exteriorem scilicet defendendi se uel sua aut repetendi rem uel iniuriam a iudice non semper expedit ut potest si ex hoc audacia male faciendi tribuatur nisi ex tali repetitione maius malum ut potest grauie scandalum oriretur. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat hoc enim est vindicare seipsum quod semper est malum cum nullus sit iudex in causa sua. sed tamen aliquis non habeat superiorem iudicem iniuriam sibi factam debet et potest punire non tamen libidore vindicte sed zelo iustitie. sed semper quod bonum est sectamini inuicem. id est fideles ad fidelem Et in omnes. id est etiam erga infideles semper gaudete in domino et si non actu quia oportet aliquando interrumpi saltem in sopino tamen in habitu Et eodem modo intelligitur quod subditur sine intermissione orate. uel hoc est referendum ad horas ad hec aptas uel constitutas quarum nulla est intermittenda in omnibus prosperis et aduersis gratias agite deo qui aduersa ordinat ad salutem vestram ꝑ meritum vestre

patientie sicut patet in sancto Iob. et subditur causa hec est enim voluntas dei etc. cui est in omnibus obtemperandum. Spiritum. hec est tertia pars in qua hortatur eos bene se habere erga deum. dicens spiritum scilicet deuotionis erga deum. Nolite extinguere. ꝑ moderatam curam rerum temporalium prophetias. id est expositiones sacrarum scripturarum nolite spernere. quia frequenter reuelatur viro simplici quod occultatur prudentibus Matth. xi. abscondisti hec a sapientibus et reuelasti ea paruulis veruntamen quia expositores aliquando deficiunt. subdit omnia autem probate. id est dicta eorum discutite. quod bonum est tenete contra multos qui in locutionibus et predicationibus male dicta melius retinent quam vtilia. Ab omni specie mala abstinete vos Non solum enim abstinendum est a malo sed etiam ab eo quod habet apparentiam mali ꝑ scandalum vitandum. saltem quousque declaretur quod illud est licitum. Ipse autem deus pacis. id est dator et actor pacis sanctificet vos ꝑ omnia ad corpus et animam pertinentia id est subditur Ut integer spiritus vester quantum ad superiorem eius partem. Et anima quantum ad inferiorem. In aduentu domini. ad iudicium futurum Et quod istud sit sperandum subditur fidelis est deus qui vocauit vos ad fidem. scilicet deus qui etiam faciet quia nulli deficit quantum est ex se. Fratres hec est vltima pars que est conclusio epistole in qua ponitur sui recommendatio et aliorum salutatio id est dicit. Fratres orate etc. In osculo sancto non libidinoso nec proditorio sicut plenius fuit expositum. Vltimo ubi idem et sub eisdem verbis ponitur Adiuro vos ꝑ dominum. id est iniungo vobis ꝑ ipsum ut legatur epistola hec omnibus sanctis. id est baptismate sanctificatis gratia domini nostri ihesu christi vobiscum supple sit in presenti Et gloria in futuro. Amen.

Explicit super primam epistolam ad thessalonicenses

Incipit super secundam ad thessalonicenses.

I

Paulus et silvanus. hic incipit secunda epistola ad thessalonicenses Et diuiditur in tres partes. scilicet salutationem

vt nouit etc. id est ordinat ꝑ effectum vos nostre prelatos debite eos honorando tamen ratione doctrine. ideo subditur. Et monet hoc.

et animam etc. Et dicit spiritus vester

et prosecutionem ibi · Gratias agere · et conclu
sionem ibi · Salutatio mea · In fine epistole
sententia prime partis patet ex dictis in principio
precedentis epistole · Gratias agere · Hic incipit pro
secutio que dividitur in tres partes. Nam apostolus
primo reddit thessalonicenses benivolos · 2° cautos
tamen · 2° · 3° · dociles sive doctos ibi · Nos autem
Circa primum facit duo · scilicet gratias agendo de bona
eorum conversatione · et orando de bona eorum co
nversatione · et orando pro meliori confirmatione
et ibi · In quo etiam oramus · Circa primum
dicit gratias agere debemus deo a quo est omne bonum
semper scilicet actu vel habitu vel semper · idest omnibus
horis ad hoc ordinatis pro vobis fratres quia
bonum discipulorum redundat in magistrum Ita
ut dignum est q. d. digni estis ut hoc agamus
quoniam supercrescit fides vestra · Intensive firmius
hiis que sunt fidei adherendo · et etiam extensive
sive ea que sunt fidei magis explicite cog
noscendo et eam verbo et exemplo ad alios
dirivando et habundat caritas in affectu
interiori et opere exteriori · Ita ut nos ipsi in
vobis gloriemur · idest de vobis · In ecclesiis dei pro
ponendo aliis ecclesiis vitam vestram pro exemplo
ideo subdit pro patientia vestra solida et fide firma
sustinetis in exemplum iusti iudicii dei · idest per hoc
specialiter apparebit iudicium dei esse iustum pati
entiam vestram premiando ideo subdit ut digni ha
beamini etc. · Et persecutores vestros puniendo ideo
subdit · si tamen iustum est · Et accipitur hic si pro quia
quia iustum est apud deum retribuere re
tributionem · idest gehenne penam · hiis qui vos
tribulant persequendo · Et vos qui tribula
mini patienter sustinendo · Requiem nobiscum ·
qui similiter tribulamur · Et subdit retri
butionis tempus cum dicit · In revelatione domini
ihesu de celo · idest quando manifeste apparebit ve
niens ad iudicium · sicut dicitur Matthei · 24° · sicut
fulgur exit ab oriente · et apparet usque in
occidente ita erit adventus filii hominis
cum angelis virtutis eius qui erunt execu
tores divini iudicii In flamma ignis dantis
· idest facientis vindictam hiis qui non nove
runt deum · idest fidem eius non receperunt

sicut sunt pagani et iudei obstinati Et qui
non obediunt evangelio · ipsum opere adimplendo
sicut sunt mali christiani habentes fidem sine ope
ribus que mortua est · qui penas dabunt · idest
solvent sive sustinebunt · a facie domini etc. · idest per
sententiam ab ore eius egredientem quando dicet · Ite
maledicti in ignem eternum etc. Matthei 25. Et
electis Venite benedicti patris mei etc. · ideo
subdit · Cum venerit glorificari In sanctis
suis etc. · idest dare eis gloriam suam mira
bilem · nam excedit intellectus creati ca
pacitatem · idest corinthiorum · 2° · oculus non vidit · et
auris non audivit · et in cor hominis non
ascendit que preparavit deus hiis qui diligunt
illum quia creditum est testimonium meum
super vos · idest quia credidistis illud quod testi
ficati sumus vobis predicando in die illo · idest de
die illo glorificationis sanctorum · Ita quod li · In · tene
tur hic materialiter sicut cum dicitur virgo
herculis est in lapide · In quo · Hic secundo red
dit thessalonicenses benivolos orando pro eorum
felici confirmatione · dicens · In quo · idest pro quo · scilicet
die glorificationis obtinendo oramus semper pro
vobis · exponatur li semper · ut supra · Ut dignetur
vos · idest faciat vos dignos vocatione sua ad
gloriam sicut vocavit ad fidem ideo subdit
Et impleat omnem sue bonitatis voluntatem
Tunc enim implebit omne desiderium electorum
et opus fidei quod est constans confessio Romanorum
10 · Corde creditur ad iustitiam · ore autem
confessio ad salutem · In virtute · idest in con
stantia martirii pro fide impleat in vobis
In presenti ut sit non solum habeatis auream
omnium sanctorum sed etiam aureolam
que est propria martirum Ut clarificetur no
men domini in palma martirii vestri hoc
enim modo dicitur · Iohannis ultimo de petri martirio
Cum autem senueris extendes manus tuas
et alius te cinget et ducet te quo tu non
vis · Et subdit evangelista exponendo hoc
autem significans qua morte esset clarifica
turus deum Et vos in illo · ipsum in patria
clare videndo etc.

II

Rogamus aut. Hic ca. aplus
reddit thesalonicen cautos
Circa quod sciend q aliqui
thesalonicensium credebant
diem iudicii ee pinquu. tum pp tribulationes
quas sustinebant 7 xpus in euangelio
dixerat eciam maxime tribulaci appro
pinquante die iudicii ut patet. ma. 24. pp
quod timebant ad huc maiores psecutiones
incurrere. Cum quia aplus dixerat epla
precedenti. ca. 4. Nos qui uiuimus qui relin
quimur. simul rapiemi cum illis in nubi
bus obuiam xo. s. uenienti ad iudiciu ut
dictum fuit ibidem. q aliqui thesalonicen
male intelligentes credebant illam obuia
tione tpe pauli futuram eo q dixerat
Nos qui uiuimus simul rapiemi ec pp quod
eos asserat diei iudicii longa distantia
reddens cautos ut non decipiantur circa hoc
ex cuiuscumq doctrina. Et diuidi in duas ptes
quia p remouet errorem. 2o. docet ueritatem
ibi. Qm nisi. Circa pm dicit. Rogamus aut
uos fres p aduentum dni ad iudiciu et nre
congregationis in ipm. tunc enim electi co
gregabuntur ad eu. ma. 24. Ubicumq fuerit
corpus congregabuntur et aquile ut non
cito moueamini a uro sensu. i. a uro intel
lectu. neq terreamini. q instet tribulatio
maxima q pdicta est fore pxe diem iudicii
neq p spm. s. maligni transfiguratu in
angelum lucis et asserentem uobis contrarium
s. q dies iudicii sit pinqua neq p simone
aliumue pseudo apli neq p eplam tamq per
nos missam. quod exponit dupr. Uno modo
sic. Neq p eplam ec. i. p eplam alterius.
sub noie nro uobis missam nam aliqui falsi
apli et heretici mittebant eplas sub noie
uerorum aplorum xo ad fideliu deceptione. ut s.
dictum est. Alio modo est sic neq p eplam
ec. i. p eplam nram precedentem instet dies
dni eo q ibi dixeramus de iude Nos qui uiui
mus ec quia non fuit intellectus nr q dies
iudicii eet pinqua ut ibidem fuit dictum
Ne quis uos seducat ullo modo hoc addit
ad excludendu omniu deceptionis modu
circa materiam istam. Qm hic ca. docet
circa diem iudicii ueritatem de quo dicit q
duo notabilia precedent. primu ponitur
cum dr. Qm nisi uenerit discessio primu
quod exponunt aliqui de discessione a romano
imperio quod florebat tpre pauli a quo iam
recesserunt quasi omia regna negantia ei
subici et redditione tributi iam a multis
annis Illud etiam imperiu caruit impa
tore pluribus annis 7 tamen non uenit ad
huc antixps qui tn debet uenire completa
illa discessione ut uidetur aplus dicere infra.
Et tunc reuelabitur ille iniquus ec. pp qd
alii exponunt de recessu ab obediencia ecclie romane
a qua iam diu recessit grecia. sed saluo me
liori iudicio michi uidetur melius intelligendum
de recessu a fide catholica sicut exponunt
aliqui non tamen sic intelligendo q omnes
sint a fide catholica recessuri quia durabit
in aliquibus ad finem mundi. sed quia maior
pars credentium discedet ab ea. q sm testimonium
saluatoris ma. 24. appropinquante antexpi tpre
habundabit iniquitas. et refrigescet cari
tas multorum et p ons fides uera deficiet
multis Et tunc ueniet antixps facta dis
positione ad receptione eius. Huic etiam dicto
concordat dictum apli. i. ad thi. 4. Ubi dicit
q in nouissimis tporibus discedent quidam
a fide catholica attendentes spiritibus erroris
ec. et sm ——— eundem. 3. In nouissi
diebus instabunt tpra periculosa et erunt
homines seipsos amantes ec. Sequitur ibidem
homines corrupti mente reprobi circa fidem
ec. Et reuelata fuit ec. hic ponit 2m no
bile quod precedet diem iudicii s. aduentus xpi
antixpi. Cuius primo ponitur superbie excessus
2o tempus ueniendi et eius causas ibi. et tunc
reuelabitur. Tercio demonis effectus ibi
cuius est aduentus excessus uo superbie erit
quia faciet se sicut deu adorari. Dicit ergo
Et reuelatus fuit. i. manifeste homo crossus
homo peccati. i. totaliter deditus pcto sicut
homo deditus agriculture dicitur homo agri

filius perditionis .i. dignus perditione sicut 2. Reg. 12. dicitur filius mortis quia dignus morte qui adversatur et extollitur loquitur de futuro per modum presentis propter certitudinem prophetie loquitur enim de antichristo prophetice. Supra omne quod dicitur deus quantum ad deos gentilium qui dicuntur dii sed non sunt aut colitur ut unus deus verus omne quantum ad sanctam trinitatem que colitur ut unus deus verus omne enim talem cultum exterminare conabitur ut ipse solus tamquam deus ab hominibus adoretur. Simile dicitur Judith 3. de nabuc. qui precepit exterminare omnes deos terre ut ipse solus deus diceretur ita ut in templo dei sedeat. reedificatio in ierusalem ab ipso et iudeis sibi adherentibus. Alii autem exponunt in templo .i. sic se ostendet ac si ipse sit templum dei eo modo quo humanitas christi est dei templum. Non retinetis etc. q. d. non deberet elabi a memoria vestra. Et nunc quid detineat .i. que sit causa more eius scitis. sciebant enim quod omnia futura a deo sunt disposita determinatis temporibus ventura ideo subdit. ut reveletur in suo tempore a deo disposito. licet autem antichristus sit venturus personaliter venit tamen figuraliter sicut dictum fuit de antiocho illustri daniel. 11. qui fuit figura antichristi. et eodem modo dicitur hic de nerone qui tunc imperabat et primus de romanis principibus movit persecutionem ecclesie tunc dicitur. Nam misterium .i. figura iniquitatis .i. antichristi qui dicitur iniquitas in abstracto propter excessum sue malitie sicut homo multum liberalis dicitur ipsa liberalitas. Iam operatur in nerone ecclesiam persequente tantum superest ut qui tenet nunc .s. romanum imperium ut exponunt aliqui teneat donec de medio fiat .i. donec deficiat imperium romanum per discessum ab obedientia eius. Sed michi videtur melius exponi de discessione a fide que supradicta sic tantum superest ut qui tenet nunc fidem catholicam teneat eam firmiter in persecutione neronis et aliorum tyrannorum sequentium donec de medio fiat .i. donec deficiat modo supradicto et tunc etc. quia sicut predictum est deficiente sic fide apparebit antichristus ideo dicitur. Et tunc revelabitur ille iniquus. sic antonomasice dictus. quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui quia de mandato eius fulminabitur per ministerium michaelis archangeli. et destruet in anima et corpore illustratione adventus sui .i. in adventu suo claro. Cuius. hic ponitur etc. antichristi ponitur demonis effectus. habebit enim antichristus demonem privatum qui a deo permissus faciet multa mirabilia ad eius nutum propter subversionem fidelium Et hoc est quod dicitur. Cuius est adventus secundum operationem sathane in omni virtute .i. temporali potestate et signis et prodigiis mendacibus. Nam aliqua fient per illusionem sensuum a demone que videbuntur esse et non erunt. Et aliqua erunt res vere. sic demon super oves iob fecit ignem verum descendere. dicuntur tamen signa mendacia quia fient ad assertionem mendacii. Et in omni seductione iniquitatis ut pote munerum et promissorum et aliis modis exquisitis. hiis qui pereunt. In illis enim habebit eius deceptio effectum eo quod caritatem veritatis .i. quia veritatem euangelicam que est lex amoris non receperunt credendo ut salui fierent. quia contra virtutem euangelicam non est salus. Ideo .i. propter eorum demerita mittet illis deus .i. mitti permittet operationem erroris .i. ducentem in errorem modis dictis ut credant mendacio qui repulerunt veritatem ut iudicentur omnes etc. s. in iudicio condempnationis. Nos autem hec est tertia pars in qua reddit thessalonicenses dociles eos in moribus informando Et primo quantum ad operationem boni 2°. quantum ad evitationem mali ibi. Denuntiamus. prima in tres. quia primo de bono eorum gratias agit. 2°. ad perseverantiam eos inducit ibi. Itaque fratres Tertio orationes eorum petit in principio tertii capituli

apli de iudaysmo conuersi non tamen recte quia cum obseruatione euuangelii volebant obseruationem legalium introducere ut hec i. eod. ca. Quos oportet redargui. quia legalia mortua fuerunt in passione xpi. Et mortifera post publicationem euuangelii prout supra declaratum est diffuse. Ro. 3°. et gala. 2°. et .i. thimotheum .i. c. Qui vniuersas domos fidelium subuertunt .i. subuertere nituntur docentes que non oportet .i. non sana sed pestifera turpis lucri gratia .i. propter questum et sic in duobus peccabant .s. in doctrina et intentione docendi et declarat propositum per dictum cuiusdam doctoris illius gentis .d. quidam ex illis proprius ipsorum propheta. per hoc autem quod non dicit propheta absolute sed propheta ipsorum datur intelligi quod non sit vere propheta loquens spiritu diuino sed humano sicut expertus fuerat viuens inter eos dicitur tamen propheta large et participatiue inquantum verum dixit sicut et prophete vere loquuntur. et subdit eius dictum cum dicit. Cretenses semper mendaces .i. assueti mendaciis. Male bestie .i. mordaces in verbis ventris pigri .i. gulosi ille enim qui habet ventrem nimis repletum ire non potest expedite. sed tarde et pigre propter quam obcausam .i. quia sunt talibus vitiis assueti. increpa illos dure et non molliter sicut et heli .i. Re. 2°. vnde dicit Jeronimus heli pro filiorum suorum iniquitate dampnatus est corripuit quidem eos. sed leni tate patris non auctoritate pontificis ut sani sint in fide catholica non intendentes iudaicis fabulis de obseruatione legalium que mortua fuerunt in passione xpi. Et ideo quidquid dicitur de obseruatione ista corporum totum est falsum et fabulosum. Et mandatis hominum auersantium se a veritate fecerunt enim iudei multa statuta per quorum obseruationes vitabant precepta diuina sicut quod impediebat eis saluatio. Mt. 15. d. Quare irritum fecistis mandatum dei propter traditiones vestram. Omnia .s. cibaria munda supple mundis .i. per baptismum sanctificatis. coinquinatis autem et infidelibus nichil mundum. Et subdit causam cum dicit Sed coinquinate sunt corum mens et conscientia. propter quod dicit saluator Mt. 15. non quod intrat per os non coinquinat hominem .s. cibus sed quod procedit ex corde hoc coinquinat hominem .s. detractiones et blasfemie et huiusmodi que primo procedunt ex corde malo .i. conscientia coinquinata Confitentur se nosse deum dicentes se esse xpianos falso tamen. ideo subdit factis autem negant cum sint abhominabiles deo Et incredibiles .i. increduli et ad omne opus bonum reprobi quia nullum opus potest esse bonum meritorie sine fide ad hebre. 11°. sine fide impossibile est placere deo

II



Tu autem. postquam apostolus instruxit titum de ordinatione ministrorum ecclesie hic consequenter instruit eum de informatione plebis sibi commisse Et primo quantum ad aliquos status specialiter 2° quantum ad omnes generaliter. 3°. ca°. Prima in tres secundum tres gradus hominum partes patebunt prosequendo literam In prima parte docet eum quantum ad eos qui sunt in statu senili d. Tu autem loquere informando populum que decent sanam doctrinam .i. in moribus. Senes ut sobrii sint .i. moderati in actibus suis quod exigit maturitas etatis Pudici .i. casti quia contrarium est valde detestabile in antiquis eo quod in eis frigescit calor naturalis. Prudentes in agibilibus quod debet esse in eis acquisitum per experientiam longi temporis Sani in fide absque admixtione errorum in dilectione que est forma fidei et patientia Similiter sint sani. ita quod non frangantur per impatientiam in aduersis. Anus similiter in habitu sancto .i. religioso et honesto supple sint. Non criminatrices .i. imponentes de facili crimina iuuenculis non multum vino seruientes Nam potatio vini excessiua inducit ad fractionem

castitatis vidualis bene docentes. Non in publico sed in secreto iuniores mulieres docendo. Adolescentulas. Hec est 2a pars in qua instruit eum de personis existentibus in statu iuuenili dicens. Adolescentulas supple admoneat vt viros suos ament sicut seipsas quia vir et vxor sunt vna caro filios suos diligant non solum quantum ad corpus eos nutriendo sed quantum ad animam eos in moribus informando. prudentes supple esse in gubernatione domus et familie. Castas castitate maritali. Sobrias in cibo et potu quod multum facit ad castitatem suadendam. Domus sue curam habentes et non per alienas domos vagantes benignas erga omnes subditas viris suis. vt nobilitate vel diuiciis elate nolint eis obedire ut non blasphemetur verbum dei idest doctrina euuangelica. Et refertur hoc ad omnia predicta et etiam sequentia tunc enim habitabant christiani inter infideles et ideo si fuissent incompositi moribus infideles fidem catholicam deriderent. Iuuenes similiter hortare ut sobrii sint. quia iuuentus impellit ad sequendum impetus passionum maxime concupiscentie carnis propter quod retinenda est freno sobrietatis. Et quoniam turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum et in moralibus magis mouent facta quam verba ideo consequenter informat titum dicens. in omnibus teipsum prebe exemplum bonorum operum informando subditos factis. In doctrina informando eos verbis sacris in integritate idest puritate mentis et corporis In grauitate. gestus exterioris Verbum sanum et irreprehensibile supple sit tibi. Vt is qui ex aduerso est idest aduersarius fidei vereatur idest confusus ad seipsum reuertatur nichil habens malum dicere de nobis. et sic tandem ad fidem conuertatur. Seruos hec est tercia pars in qua titum instruit de hiis qui sunt in condicione serui et primo ponitur instructio. 2o instructionis racio ibi apparuit tamen. Circa primum dicit apostolus. seruos. supple doce. dominis suis subditos

esse eis debitam reuerentiam. et obsequium exhibendo. et hoc siue sint boni siue mali fideles aut infideles. In omnibus placentes non contradicentes Et hoc est intelligendum In licitis tamen et honestis non fraudantes dominos in rebus suis vel obsequiis debitis Sed in omnibus fidem idest fidelitatem bonam ostendentes verbis et factis ut doctrinam saluatoris in omnibus ornent nostri. et hoc suis bonis moribus. hoc enim faciendo sanctus paulinus seruiens regi infideli sic fidem suam moribus ornauit quod liberationem sui a seruitute et omnium ciuium suorum meruit apud regem infidelem. Apparuit. Hic ponitur instructionis dicte racio que accipitur ex saluatore christo. qui dedit semet ipsum pro nobis et subiecit ut nos redimeret a seruitute diaboli propter quod non debent esse durum seruis fidelibus dominis suis etiam infidelibus subici propter quod dicit. Apparuit enim gratia dei et saluatoris nostri in carne pro nobis assumpta erudiens nos verbo et exemplo ut abnegantes impietatem idest ydolatriam sic per oppositum pietas dicitur cultus diuinus et secularia desideria que tendunt ad delitias honores et diuitias. Et iuste ad proximum et pie ad deum viuamus in hoc seculo fragili et transitorio. expectantes beatam spem idest gloriam eternam a nobis speratam. Et aduentum glorie magni dei et domini nostri Iesu christi. Nam in primo aduentu venit in humilitate et subiectione. In 2o veniet in gloria et potestate. Et subdit de primo aduentu. Qui dedit semetipsum pro nobis. In humilitate factus obediens usque ad mortem crucis. vt nos redimeret ab omni iniquitate scilicet originali et actuali et mundaret per sacramentum baptismi quo deletur originale peccatum etiam actuale. Sibi populum acceptabilem. Sectatorem bonorum operum. Ita quod gratia baptismalis non detur in vacuum sed ad bene operandum. Hec loquere ignorantes docendo. Et exhortare iam scientes ad melius inducendo. Et argue delinquentes cum omni imperio idest auctoritate pontificali

Sobrie

Nemo te contempnat. platus enim nimis
mollis contemptibil reddit suis subditis.

III

Admone. Postquam apostolus
titum instruit de infor
matione ipsius secundum conditiones
speciales. hic consequenter instruit
eundem in formatione generali quo ad omnes
Et primo quales se debeant habere erga princi
pes. 2º erga ceteros homines ibi Hec tu.
Prima in duas quia primo ponitur in
structio. 2º instructionis ratio ibi Eramus
enim. Creta primo dicit admone illos .i.
subditos tuos generaliter principibus et po
testatibus secularibus subditos esse. tales enim
potestates procedunt ex dei ordinatione qui secundum
voluntatem suam transfert regna atque
constituit. daniel. 2º. et ideo qui tali potestati
resistit ordinationi dei resistit ideo subditos esse
dicto scilicet potestatis. obedire. In licitis et honestis
et ideo subditos esse ad omne opus bonum paratos esse
In hoc enim non solum obeditur homini
sed deo cuius minister est iudex sive potestas
ut dicit. Ro. 13. Neminem blasfemare in
iuriantem. Sed patienter tollerare. aut
rationabiliter obviare ideo subditos non litigiosos
esse sed modestos mensuram debitam rationis ser
vando. Nam aliquando expedit de iniuriatibus
iustitiam querere utpote quando ex tolerantia
nutritur iniuriantibus audatia male fa
ciendi. omnem ostendentes mansuetudinem
secundum dictamen rationis aliter non esset mansue
tudo sed magis pusillanimitas ad omnes ho
mines tam fideles quam infideles. Eramus
enim. Hic consequenter ponitur dicte instructionis
ratio Et est duplex. prima autem accipitur
ex parte status conversorum ad fidem ca
tholicam ante conversionem in quo erant
mali et defectuosi et ideo debent defectuosis
hominibus et infidelibus condescendere per
mansuetudinem quantum potest fieri bono
modo secundum rationis dictamen ideo dicit. Eramus
enim et nos aliquando insipientes .i. sine
sapientia vera que Christus est quamvis aliqui

cum esset philosophi mundana preditti sapientia.
Increduli. In hiis que sunt supra rationem
cuiusmodi sunt ea que fidei errantes
in moribus. Servientes desideriis et va
.i. passionum sectatores in malitia et invidia
agentes quantum ad illos qui peccabant ex certa
malitia et quia hoc est valde detestabile ideo subditos
odibiles .s. deo. odientes invicem quia mali
homines non habent amicitiam ad alios nec etiam
ad seipsos ut declarat philosophus. 8. ethicorum. Cum autem
apparuit. hic ponitur 2ª ratio. et 2º ex dictis
infertur quedam conclusio ibi fidelis. ratio vero
accipitur ex credentium statu post suam con
versionem ad quem vocati sunt ut sint he
redes vite eterne et hoc ex mera dei gratia et
benignitate propter quod benignum aliis et etiam
infidelibus debet esse maxime principibus quantum
potest fieri secundum deum et hoc est quod dicit
Cum autem benignitas. et humanitas in eius
nativitate benignitas autem in sua conver
satione. non ex operibus iustitie que fecimus
nos cum essemus peccatores. sed secundum suam misericordiam
salvos nos fecit. Salus enim eterna excedit
totaliter facultatem nature humane propter quod
non potest eam attingere nisi ex largitate
divine misericordie per lavacrum regenera
tionis .i. baptismum qui est spiritualis generatio
Joh. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua
et ex spiritu sancto non potest introire in regnum
dei et renovationis spiritus sancti. Spiritus enim
sanctus baptismo datus terminat vitam
veterem que est sub peccato et inchoat novam
que est in gratia. quia effudit in nos habunde
ad deletionem omnium peccatorum et copiam virtutum per
Ihesum Christum ex cuius passione habet efficatiam
baptismi sacramentum ut iustificati gratia ipsius que facit
nos dei filios adoptivos et per consequens heredes secundum
spem vite eterne in presenti et in futuro erimus
secundum rem. fidelis. hic ex dictis infertur con
clusio .s. quod titus de hac spe vite eterne infor
met suos subditos et devitet doctrinam inuti
lem et curiosam. dicit igitur. fidelis sermo est
.s. quod sumus heredes secundum spem vite eterne. Et
de hiis volo te confirmare subditos tuos esse

13.

enim spes ista anime anchora tenes eam immobilem in bono sicut anchora materialis nauem in mari s3 in hoc dria . q anchora materialis figuratur deorsum in maris fundo hec aut figitur sursum in celo . 10 . he . hebre . 6 . fortissimu solatiu habeamus qui confugimus ad tenendam ppositam spem qua sicut anchora habemus aie tutam ac firmam incidentem usq3 ad interiora velaminis ad secreta celestia que sunt nob velata . ut curent bonis opibus preesse ut sint de primis in opibus bonis . hec . s . commeta sut bona &c . Stultas aut questiones . i . irrationabiles . Et genealogias . s . falsas p quas pseudo apli nitebantur ondere ihm nazarenu de dauid non descendisse sicut dictum e supra . i . ad thymotheu . p . Et contemptiones verbosas et pugnas legis inutiles p quas aliqui nitebantur falsum intellectum introducere . lo subdit . sunt enim inutiles . i . sine fructu et vane . i . false . Hereticum . hic cons onditur qualit titus et sui subditi se debeant hre erga hereticos dicens . Hereticu hoiem qui recepit fide catholicam et postea corrumpit ea . post unam . i . primam eo modo loquendi q dr gen . i . et factum est vespe & mane dies unus . i . prius et 2a correptione deuita . et facias ab aliis deuitari ne p eum inficiant alii Sciens quia subuersus est absq3 reditu et hoc de comuni cursu pprio iudicio condepnatus . Nam fidem quam recepit ut vera impugnat ut falsam . Cum misero ad te hec est ultima pars huius eple que dicit conclusio in qua pro tito mandat et eu salutat . dic igr . Cum misero ad te arthemia . aut tichicu . ad regend in habundancia tua populum tuu festina ad me venire . nicopolim &c quia pponebat ibi manere p aliquod spaciu temporis . ideo mandabat pro tito ut illo tpris spacio possit eu plenius informare de ecclesiastica disciplina Zenam legis peritum et appollo sollicite pmitte . i . prius q3 ad me venias remitte

sollicite . q pruidendo eis de necessariis ut nichil desit eis . In ma eni erat apollo eps corinthiorum . Et pp seditionem qstionis adiusu se concitatam p pseudo aplos discesserat cum zena socio suo veniens ad titum cretensem epm s3 sedatis corinthiis p eplas pauli mandauit tito ut primo eos veniret nicopolim ad eu remitteret hos decenter quod aut prius nominat zena et dicit eum legis peritum no e eo q eet maior uel peritior s3 quia dignitas epalis ipius appollo et eius sanctitas erat note et famose . no sic aut alterius io prius ipm nominauit et peritu expressit ne circa pmissionem circa eum negligeretur . Et si queratur unde fieret ista pmissio . rndet dicens discat aut et nri . i . cretenses nobis subditi bonis opibus pesse . i . insistere . s . ministrando doctoribus ad usus necios non superfluos ut non sint infructuosi Et sic excidant et in ignem mittantur sic arbor infructuosa mt . 2 . omis arbor que non facit fructu excidetur et in igne mittetur . gnr salutat eum . d . Salutant te qui mecum sunt omes quorum noia tacet pp breuitatem Saluta eos qui nos amant in fide . i . fideliter et non ficte . Coir salutat omes generalr dicens . Gratia dei que est causa vite ecterne cum omnib3 vobis . supple sit Amen .

Explicit epla ad titum . Incipit epla pauli ad philimonem .

.I.

Paulus vinctus &c . hic incipit epla ad philimone que diuidit in tres partes . s . in salutatione et pscriptionem ibi . Gratias ago . et conclusione ibi Confidens &c . In prima pte primo ponitur salutantes psone . cum dicitur . paulus vinctus ihu xpi

·i· incarceratus pro fide ihu xpi· hic nō no
minat se aplm qd est nomē dignitatis sed
vinctum pro ihu xpo quod ē expressiuū pi
etatis eo q intendebat monere philimonem
ad pietatem erga onesimū pro quo scripsit
hanc eplam philimoni ut patebit psequēdo·
et thymotheus frater hunc adiungit in sa
lutatione qui erat dilectus philimoni ut sic
petitio sit magis exaudibilis non solum pro
reuerētia pauli sed etiam p amore thymo
thei· 2º· ponuntur psone salutate cum dicit
philemoni dilecto et adiutori meo in opere
pdicationis· Et apie sorori carissime hec
ut dicit glosa erat uxor philemonis·ið no
minat in salutatione ut inclinet philimo
nem ad petitionis exauditionē et archipo co
militoni meo in milicia xpi resistendo viriliter
aduersariis fidei et iste nominatur eadem ra
tione qua et apia et eclie ·i· congregationi
fidelium q̄ in domo tua est· Nam cum eo
plures fideles habitabant· 3º· ponitur opta
ta bona cum dr̄· Gra vobis 7c̄· Et exponatur
sicut in principio eple precedentis· Gras ago
hic ōnē ponitur huius eple prosecutio et
diuidit in duas ptes quia primo paulus
captat philomonis beniuolentiā 2º ponit
suam petitionē ibi pp quod· Circa pmū dicit
Gras ago deo meo semp actu uel habitu·
uel semp ·i· omnibus temporibus ad hec dicen
tibus memoriam tui faciens agendo gras
de bonis tuis pteritis et deprecando p futuris
Audiens caritatem tuam et fidem ·i· com
mendationē tue caritatis et fidei asseren
tibus m̄· q̄ habes in dno ihu· cui fueris fide
liter· Et in omnes sctōs quibus tua bona co
municas misericorditer· Ut communicatio
7c̄· Hoc refertur ad id quod supra dicitur
memoriam tui faciens in orationibus meis
s· orando ut communicatio fidei tue In effi
ti quo fueris xº fideliter et sanctis eius mi
nistrans misericorditer· Euidens fiat
p receptionē premii in agnitione omis
boni ·i· in clara visione dei in quo est omē
bonū· In xpo ihu ·i· p ihm xpm tamquam p

mediatorem nrm uel dicitur· In xpo ihu
quia beati reficiuntur interius in aspectu
sue diuinitatis et exterius in aspectu sue
humanitatis· Gaudiū enim magnū habui
7c̄· quia bonū discipuli redundat in bonū
magistri· quia viscera sanctorum requieuerunt
p te frater· Consolatus enim fuerat eos
verbo et etiam necessaria ministrando· hanc
autem commendationē et consimiles nō fa
ciebat aplus ad adulandū sed ut prouocaret
eum ad maius bonū quia virtus laudata
crescit pp qd hic aplus format suam peti
tionē· 7 2º· remouet excusationē ibi· For
sitan enim· Circa pmū dicit pp· ·i· pp cari
tatem de te auditam multam fiduciam
habens in xpo ihu ·i· p amore ihu xpi impe
randi tibi qd ad rem ptinet ·i· qd est decens
7 racionabile pp caritatem Inter te 7 me mu
tuam magis obsecro· cum sis talis vita
et etate ut paulus senex pp quod magis
volo uti deprecatione quam imperio vnde et
scribens thymotheo dicit pma epla cº· qº·
Seniorem ne increpaueris sed obsecra
ut prem· Nunc autem et vinctus ihu xpi
q·d· mea senectus et incarceratio moue
re te debent ad acquiescendū mee deprecationi
que subditur cum dr̄· Obsecro te pro meo filio
spuali quem genui in fide In vinculis onesimo
pp quod teneris ipsum diligo qui tibi aliquando
Inutilis fuit· tua tollendo quando erat infi
delis· Nunc autem in xpo est mihi et tibi
utilis seruiendo fideliter mihi et tibi quē
remisi tibi melioratū tu autem illum ut
mea viscera suscipe ·i· ut filiū mihi ca
rissimū ac si fuisset genitus ex meis vis
ceribus quē ego volueram mecū detinere
ut pro te qui filius meus es tu tamen dicū est
mihi ministraret cum sit seruus tuus et
sic mihi ministrares p ipsum· In vinculis
euuangelii ·i· quibus sum alligatus pdicator
euuangelii· Sine consilio autem tuo ·i· sine
assensu tuo nichil uolui facere de eius
retentione ut ne velud ex necessitate bonū
tuū eet 7c̄· s· ne bonū ministeriū qd fieret

michi p eum q sedm veritate debet dici tuu
eo q est servus tuus videretur magis coactu
q voluntariu ex pte tua forsitan em. hic
gnre removet duplicem excusatione qua
pot iste philimo facere pma est q onesi-
mus ab eo recesserat ipo nesciente pp quod
non debebat ab eo iteru recipi graciose. hoc
aut excludit aplus p hoc q ille recessus
cedit ad bonu philimonis. d. forsitan enim
discessit ad hora a te. i. modico tpre quod
quasi nil est computand' 2°. phisicor. ut
ineternu illum reciperes. i. non solum in
presentia ad tuu servitiu paratum sed etiam in
futuro tecum ad celi gloriam ordinatum
io subdit iam non ut servu sed pro servo ca
rissimu fratrem religione xpiana maxime
michi. s. carissimu eo q in fide genui eu
ut predictum est. quanto aut magis tibi
supple debet ee carus magis q ante recessu
ipius In carne. quia servus tuus est ad
serviendum tibi corpale. et in dno quia
fidelis factus est ad regenerandu tecum
eternaliter io concludit. Si ergo me
habes sociu. tibi verissima caritate con
iunctum. et accipit hic si pro quia. sus-
cipe illum sicut me. i. dulciter et benig
ne. si aut. hic removetur secda excusao.
quia pot philimon dicere q onesimus
recedendo intulit sibi dampnu in psonis
uel in suis rebus quia removet aplus
p hoc q obligat se ad satisfaciendu. d. si
aut aliquid nocuit tibi In psona tua
aut debet ex aliqua obligatione Imputa
michi tamq debitori. Ego paulus scripsi
manu mea ad maiore certitudine. Ego
reddam. i. satisfaciam ipi dno qui est
superior. Omnium io subdit. Ut no dica
tibi tuiq subdit eo cum dic. q et te etc.
quia etiam te ipm michi debes eo q est
creatura mea in fide catholica et in-
structione euuangelica q. d. minus
exigo a te q michi debeas ita frater
Ego te fruar in dno. i. gaudebo de te in
deo si feceris que peto. Refice viscera mea

complendo desideriu meum faciendo qd'
postulo. In domino. i. pp dnm principaliter
et pp me secundario. Confidens. hec est
ultima pars uel eple conclusio In qua
primo dicit se scripsisse philimoni confidens
de sua promptitudine sive obediencie dicens
Confidens etc. et pz. 2°. mandat sibi hos
pitiu parari ex amicitia spali dicens Si-
mul aut etc. 3°. salutat eum ex parte
sociorum suorum. d. Salutat te epafras etc
Et ultimo benedicit ei et aliis simul
dicens. Gra dni nri ihu xpi que est arra
vite beate cum spu vestro sit pseverantes
Amen. Explicit postilla fris nicho
lay de lyra sacre theologie doctoris super
eplam pauli ad philimone et sup alias
precedentes. Sequitur epla ad hebreos

Prohemium

[C]um venerit quod
perfectum est eva
cuabitur qd' scrip
tum est p. cor. 13. In
primitiva ecclia
illi qui de iudaismo
convertebantur ad fidem xpi nimis ze
labant et indiscrete pro lege moysi sicut
qd' scribitur in libro actuu apostoloru
In quo quid' libro texitur historia nas
centis ecclie ut dicit Jeronimus in epla ad
paulinu ibi enim 20. ca. Introducuntur
verba beati Jacobi loquentis ad paulu
apostolu de zelo quorundam ad fidem xpi
pro lege moysi sic dicentis. Vides frater
quot milia sunt in iudeis qui crediderunt
xpo et omnes sunt emulatores legis etc.
Et intantu pro lege moysi zelabant
quod dicebant ee necm ad salutem spua
observari. ut habetur act. 15°. quidam des
cendentes de iudea. s. in antiochia ubi
erat ecclia fidelium inchoata docebant
fres quia nisi circumcidamini sm more
moysi non potestis salui fieri. Et inde

orta fuit heresis nazareorum dicentium
obseruantiam omnium legalium esse necessariam
ad salutem ut dicit augustinus hoc de heresi
bus. paulus igitur a deo datus non solum in
terris per inspirationem sicut ceteri apostoli
sed etiam in celis per raptam visionem in rap
tu secundum augustinum ad paulinam. Accidendo deo
videns hoc esse contra euangelii veritatem
scripsit hanc epistolam hebreis ad fidem christi
conuersis in ea manifeste ostendens imper
fectionem legis respectu euangelii et
per consequens eius cessationem in tempore perfec
tionis quod est tempus christi et ex hoc patet
quod ista epistola inter epistolas pauli prima est
ordine doctrine licet sit ultima scribendi
tempore quod patet ex duobus. primo ex modo scri
bendi. quia hanc epistolam scripsit apostolus he
braice ut magis videbitur infra. scrip
tura autem hebraica antiquior est inter
omnes secundum quod dicit ysidorus libro primo
ethimologiarum. Unde et alie littere deriuantur
ab hebraicis et quantum ad sonum et quantum
ad nominationem quod patet de litteris grecis. prima
enim littera hebraica dicitur aleph. secunda beth.
prima in greco dicitur alpha secunda betha. et
sic de aliis saltem ut in pluribus. unde patet
quod littere grece sunt deriuate ab hebraicis
et non est dubium quod latine sunt deriuate
a grecis. sicut ydioma latinum ab ydioma
te greco et sic patet propositum. Secundo hoc
patet ex materia quia in hac epistola veritas legis
euangelice et eius perfectio ostenditur. In
aliis autem epistolis paulus apostolus ad obseruantiam
euangelii fideles ortatur. prius est autem
legis veritatem agnoscere quam ipsam obser
uare. patet igitur quod hec epistola ut dictum est prior
est ordine doctrine. In verbo igitur premisso
tria designantur ad euidentiam huius epistole. primum
est imperfectio legis mosayce. secundum est per
fectio legis et euangelice. tertium est ordo
utriusque. Primum tangitur cum dicitur quod ex
parte est. secundum cum dicitur quod perfectum est. tertium cum
dicitur. venerit euacuabitur. quia adueniente
euangelio lex euacuatur ut magis
videbitur. primo igitur in verbo premisso
tangitur imperfectio mosayce legis. cum dicitur
quod ex parte est. pars enim habet rationem
imperfecti sicut per oppositum totum habet rationem
perfecti secundum quod dicitur tertio physicorum totum et
perfectum idem. et ideo imperfectio legis mosayce
bene designatur cum dicitur ex parte. ad cuius
euidentiam notandum quod in lege diuina occurrunt
tria consideranda. Primum est fides unius
dei quod est primum ad substitutionem legis di
uine quia per fidem populus adunatur cui
lex datur. quia lex non datur nisi populo
aliquo modo adunato. Secundum est ipsa lex
uel corpus legis quod consistit in ipsius
mandatis uel monitis. Tertium est eius
finis. finis autem legis diuine est beatitudo
eterna sicut finis legis politice et hu
mane est felicitas politica. in istis tribus
lex mosayca inuenitur imperfecta quod patet
de primo videlicet de fide quia licet in illa
lege fuerit notitia aliqualis unius dei et
etiam christi in quodam generali tamen
non fuit ibi notitia explicita trinitatis
personarum in unitate essentie nec per consequens in
carnationis cuius ratio est quia sicut cognitio
naturalis procedit de imperfecto ad perfectum
ut dicitur primo physicorum. Unde et pueri primo uocant
omnes viros patres et omnes feminas matres
postea distinguunt. Ita similiter supernalis cog
nitio minor fuit in veteri lege quam in no
ua. In qua per christum veritas lucide est reue
lata propter quod dicit saluator Joh. 17. pater
magnificaui nomen tuum hominibus quos
dedisti michi etc. et in figura huius moy
ses loquebatur ad populum velata facie. ut
habetur exo. 34. quia misteria fidei nostre
erant figuris et enigmatibus velata propter quod
patres veteris testamenti poterant dicere illud
quod scribitur. prima cor. 13. ex parte cog
noscimus et ex parte prophetamus similiter lex mo
sayca fuit imperfecta quantum ad secundum quod
est legis corpus siue mandata ipsius. Ad cuius
euidentiam considerandum quod mandata legis
in tria genera distinguuntur quia quedam

sunt moralia precepta. cuiusmodi sunt illa
que sunt de dictamine rationis etiam si nulla
esset lex posita sicut est illud mandatum
quod scribitur exo. 20. honora patrem tuum
et matrem tuam etc. et similiter illud quod
per modum monitionis scribitur leuitici.
19. coram cano capite consurge et honora
personam senis et consimilia. quedam autem
sunt iudicialia precepta que sunt determi-
nationes quedam moralium preceptorum
in ordine ad proximum sicut de dictamine
rationis naturalis est quod malefici moriantur propter
quod illud preceptum morale est. quod ha-
betur exo. 22. maleficos non patieris
viuere. Sed modus mortis ut quod lapidentur
uel decapitentur uel comburantur. et
huiusmodi pertinet ad determinationem legis et de-
terminatur in iudicialibus preceptis. Que-
dam autem sunt cerimonialia et sunt de-
terminationes moralium preceptorum in or-
dine ad deum sicut de dictamine rationis
naturalis est quod deus honoretur et ideo datur
de hoc preceptum morale. exo. 20. Me-
mento ut diem sabbati sanctifices etc.
Modus tamen honorandi deum ut per talia
uel talia sacrificia uel talibus temporibus
et huiusmodi pertinet ad determinationem legis
et hoc determinatur in cerimonialibus
preceptis. propter quod preceptum predictum. exo. 20.
Memento ut diem sabbati sanctifices
etc. quantum ad determinationem temporis
scilicet diei sabbati cerimoniale est. morale
autem inquantum ibi precipitur quod homo
vacet diuinis. Ista autem tria predicta
genera preceptorum in lege moysi fuerunt
imperfecta et hoc declaratur primo de
moralibus preceptis duplici ratione. prima
ratio est ista quia precepta moralia in lege
moysi ordinabant actus hominum ex-
teriores tantum propter quod apostolus in epistola ad ro.
4. vocat legem moysi legem factorum.
de actibus autem interioribus in quibus prin-
cipaliter consistit bonum moris nichil or-
dinabant aut parum. Sed contra hoc

uidetur esse illud quod habetur exo. 20.
ubi concupiscentia prohibetur non concu-
pisces uxorem proximi tui etc. dicendum
est secundum antiquos quod talis concupiscentia non
prohibetur inquantum erat uel latens
in corde sed prout prorumpebat exterius per aliqua
signa ut per uerba scurrilia impudicos
tactus et oscula et huiusmodi et ideo sic expo-
nunt. non concupisces id est signa concupis-
centie non facies. unde super libro. 3. dicit
glossa. quod lex uetus prohibebat manum non
animum uel secundum alios dicendum quod licet lex
uetus prohibebat concupiscentiam animi
latentem. hoc tamen erat in paucis scilicet
in mechia et furto. Iterum in istis in-
sufficienter prohibebat concupiscentiam
quia non puniebat transgressores et
sic patet quod insufficienter lex mosayca
ordinabat actus interiores. Secunda ratio
est quod lex mosayca etiam actus exterio-
res insufficienter ordinabat sicut patet
deut. 23. ubi dicitur sic non fenerabis fratri
tuo ad usuram pecuniam neque fruges
neque aliquam aliam rem. Sed alieno ibi
enim permittitur usura cum extraneis personis
quod est illicitum et contra dictamen
recte rationis similiter deut. 24. permittitur
uiro dare uxori libellum repudii etiam
ex causa indebita unde ibidem dicitur
si acceperit homo uxorem et habuerit
eam et non inuenerit gratiam in oculis
eius propter aliquam feditatem scribet libellum
repudii et dabit in manu eius et dimit-
tet eam de domo sua. Indiuisibilitas
autem coniugii per totam uitam est de dic-
tamine rationis naturalis ut alias declaraui
super matheum. Et sic patet quod lex uetus
imperfecta fuit in moralibus propter hanc
autem imperfectionem lex mosaica dicitur
pedagogus in gala. 3. id est regula puerorum
et imperfectorum in quibus non queritur
perfectio interior sed ab exterioribus inho-
nestis timore discipline reprimuntur. Et
in exterioribus actibus nulla eis permittuntur

que non p̄mitterentur viris pfect̄. pp
q̄d augustinus li°. de spū et lr̄a exponens
illud. 2. cor. 3°. lr̄a occidit etc̄. dicit hoc
ee intelligend̄ non tantū de ceremonia
libus s; etiam de moralibus veteris legis q̄
s. non prohibebant aliqua que de se sut
mortifera ut patet ex p̄dict̄. pp q̄d d̄r
ad Ro. 3°. ex opibus legis non iustificatur
omis caro. Scd̄o ond̄r q̄ ceremonialia
fuerunt imperfecta. ad cui⁹ euidētiā conside
rand̄ q̄ ceremonialia veter legi sunt in
quadruplici d̄ria. quedā ptinet ad sacra
menta. q̄dam ad sacrificia. q̄dam ad ob
suatione. et quedā ad sac̄. Sacra aut̄
et obsuationes ordinantur ad sacrificia
et sacramenta. q̄z sac̄ dicunt vasa et loca
huiōi quibus vtebant in sacrificiis ex ritu
colendi. obsuationes dicuntur quidam
modi religiosi viuendi quibus vtebant
iudei qui erant pplūs peculiaris ipius dei
ut p̄ote q̄ custodirent se ab aliquibus cibariis
et potibus et vestibus et consimilibus. ex hoc q̄
erant pplūs deo consecrati p sacramentum
circūcisionis et alia sacra. Clar̄ aut̄ ita
est q̄ ex fine accipitur r̄o eoꝝ q̄ sut ad
finem. et io s; ostendatur q̄ sacrificia et
sacramēta erant imperfecta sufficient̄ erit
ostensum q̄ sacra et obsuationes erant imp
fecta quia ordinabantur ad duo p̄dicta
sicut ad finem ut p̄dictum est. q̄ aut̄ sac
ficia veteris legis essent imperfecta ond̄r
q̄z q̄dam erant sacrificia p pcc̄o oblata et
hec erant imperfecta quia non poterant
auferre pcc̄a pp quod apl̄s dicit ad hebreos.
10°. Impossibile est sanguine yrcoꝝ et tau
roꝝ auferri pcc̄a. et iterū ibidem omis
quidem sacerdos s. veteris leg̃ presto est
cotidie ministrans et easdem offerens ostias
que non possunt auferre pcc̄a et hoc idem
habetur. ysa. 40°. libanus nō sufficit ad
succendend̄ et aīalia non sufficient ad
holocaustum. libanus aut̄ hic vocat p̄mū
templum quod fuit factum de lignis li
bani aīalia aut̄ ibi oblata et quantum

ad parte cōcremata non sufficiebat ad amo
tione pcc̄i. Alia aut̄ sacrificia pacifica
.i. ex deuotione oblata ad grām dei impetrādā
seu aliquod bnficiū diuinū non impetra
batur vi oblati muneris licet aliqn̄ da
retur pp deuotionem et fidem offerentis
et hoc est quod dicit apl̄s ad hebre. 9°. taber
naculum factum est p̄mū etc̄. Sequitur
que est parabola instantis tp̄ris iux̄ quam
munera et ostie offerunt que nō possunt
s̄m conscientiam pfectū facere seruientē pfectio
continentie est p domū tre et sic patet ppositū
quantū ad legis sacrificia. Similr̄ sacrā
veteris leg̃ erant imperfecta ad cui⁹ euidē
ciam considerand̄ q̄ illa sacra erant ordi
nata ad faciend̄ homines ydoneos ad cultū
diuinū et io aliqua erant cōia toti pplo
tam viris q̄ mulieribus ut purificationes
alique a tactu immūdi uel mortui que pu
rificationes fiebant per aspsione aque ex
piationis de qua habetur numeri. 19°. et cō
similia. aliqua aut̄ erant sacramēta solis
viris conuenientia sicut circūcisio aliqua
solis sacerdotibus sicut consecratio et vnctio
sacerdotis et huiusmodi cui⁹ rō est quia
sacerdotes spāli modo applicabant ad cultū
dei ista tn̄ sacrā p̄dicta erant imperfecta q̄z
non conferebant grām sine qua nō effici
untur hoīes ydonei ad cultum diuinum
io sacramenta legalia dicr̄ egena et infirmā
ad gal. 4°. ubi d̄r sic nūc aut̄ cognoueritis
deum ymo cogniti estis a deo quo conuerti
mini iterum ad egena et infirma elemēta
dicuntur aut̄ infirma q̄z non conferebant
aliquā ptatem spualem sicut conferunt
sacramēta noue leg̃. Similiter dicūt ege
na q̄z non conferebant grām q̄ ncīa est
ad bene vtendum illa ptate. s; contra hoc
vr̄ in exo. et leuitico. q̄ ubiq; d̄r q̄ illa sa
cramēta reddebant homines ydoneos ad cultū
diuinum dicend̄ q̄ talis ydoneitas erat p
quandam munditiā et expiatione corpalē
sicut in noua lege quis d̄r ineptus ad ministrād̄
uel celebrand̄ pp immūditia manuū. Secūo

manuum reddit eum aptum. sed hec aptitudo est tamen corporalis. sic erat de aptitudine que dabatur per sacramenta veteris legis propter hoc dicuntur ista sacramenta emundationes carnis ut habetur ad Hebreos 9. ubi dicitur sic sanguis hircorum qui s. offerebatur in consecratione sacerdotum et cinis vitule aspersus quo omnes mundabantur a tactu mortuorum vel immundi. ut dictum est inquinatos sanctificat ad emundationem carnis i. corporis. quia sicut dictum est talia non conferebant gratiam sed auferebant quedam impedimenta et irregularitates impedientes a tabernaculi ingressu. sicut in nova lege patet per exemplum quando enim per prelatos dispensatur cum aliquo illegitime nato vel privato uno oculo vel huiusmodi non confertur sibi ex hoc gratia sed tantum tollitur irregularitas. Sed contra hoc videtur quia secundum doctrinam sanctorum circumcisio tollebat peccatum originale et per consequens conferebat gratiam ut communiter tenetur. dicendum secundum antiquam opinionem quod tollebat peccatum originale non tamen conferebat gratiam. hec enim erat proprietas circumcisionis ut tenetur a multis quorum voces propter prolixitatem hic omitto. et in hoc differebatur a baptismo quod non solum aufert peccatum originale sed confert gratiam. aliter potest dici quod si in circumcisione conferebatur gratia hoc non erat in virtute illius sacramenti sed ex fide Christi venturi quem protestabatur ille qui circumcidabat si adultus erat vel alius pro eo si parvulus erat. et hoc est quod dicitur communiter quod valebat ex fide suscipientium non autem ex opere operato per quem modum valent sacramenta nove legis. patet ergo quod ceremonialia precepta legis erant imperfecta. 3o. ostendendo quod iudicialia precepta erant imperfecta quod patet ex duobus. primo ex modo inducendi homines ad observationem iustitie ad quod ordinabant iudicialia precepta. 2o. ex ipsis preceptis. primum patet sic proprium est imperfectorum hominum ut inducantur ad iustitiam observandam per timorem pene. unde dicit Oratius libro epistolarum. oderunt peccare mali formidine pene. hoc etiam declaratur per quia illud quod cum timore

oderunt peccare boni virtutis amore

fit penale est et non delectabile unde dicitur primo Joh. 4. timor penam habet. operari autem opere virtuose non est penale virtuoso et perfecto sed magis delectabile propter quod dicitur 2o. ethicorum quod signum habitus generati est delectatio in opere. lex mosayca inducebat homines ad iustitiam observandam per timorem penarum propter quod dicitur lex timoris et in signum huius lex data fuit in terroribus ut patet Exo. 19. Iam advenerat dies tertius in quo s. data est lex sequitur. Et ceperunt audiri tonitrua et micare fulgura et nubes densissima operire montem clangorque bucine vehementius perstrepebat. timuitque populus qui erat in castris et similiter eadem ratione facies Moysi apparuit cornuta quando 2o apportavit legem in tabulis descriptam et timuerunt filii Israel ut habetur Exo. 24. In cornibus enim illis designabatur terror et feritas. patet igitur primo imperfectio iudicialium preceptorum ex modo inducendi iustitie per timorem pene. 2o. idem patet ex dictis iudicialibus preceptis que aliquando infligebant penam innocenti et aliquando culpabilem non puniebant. primum patet secundum illud quod habetur Numeri 35. de homicidio omnino casuali ubi dicitur talis qui fortuitu et absque odio et inimicitiis etc. interficiebat hominem deberet fugere ad unam civitatem refugii et ibi manere usque ad mortem summi sacerdotis. quod aliquando erat per magnum tempus et per consequens talis qui erat innocens cum homicidium fuisset omnino casuale et involuntarium sine culpa puniebatur gravi pena quia oportebat eum exulare per magnum tempus a sua civitate et sua possessione. 2m patet quod ubi subditur de tali fugitivo innocente quod si extra fines urbium inventus fuerit et percussus ab eo qui ultor est sanguinis absque noxa erit qui eum occiderit. debuerat enim per fugam usque ad mortem summi pontificis in urbe residere. et sic patet quod interfectio innocentis in tali casu veniam habebit sine pena que tamen est gravius culpa talis. aut imperfectio legis continebat imperfectionem populi qui erat pronus ad effusionem

sanguis et io si interfector a casu rema
neret in sua ciuitate inter amicos interfecti
eet In periculo mortis quamuis innocens et sic
de facili possint in populo homicidia mul
tiplicari et io ad hec mala euitanda data
est lex pdicta de eius fuga. qmuis eet innocens
et eadem roe precipiebat lex si aliquis cum
amicus mortuu interficeret eum cum ex
fines ciuitatis refugii ut sic cogeretur In
urbe remanere non ex sua culpa sz pp ho
micidia euitanda ad que pplus erat pnus
exemplu ad hoc ydoneu ponit phus. 5°. ethi
corum. d. q alique leges sunt similes regulis
quibus utuntur artifices utiles ad doland'
lapides illius regionis sunt male dolabiles
Ideo utuntur artifices regulis plubeis ut
possint tortuositati lapidu applicari. sic
in ueteri testo date sunt leges aliqua imp
fectione hntes pp impfectione illius ppli. pz
igr ex pdictis q legis prepta tam cerimoni
alia q etiam iudicialia erant impfecta
pp quod dicit dns. eze. 20°. tá. dedi eis prepta
non bona. no pp hoc q ibi aliquod malum
precipetur. Sz quia p ista actus exteriores
hoim impfecte ordinabantur ut uisu est
s. addit iudicia in quibus non uiuet quatu
ad iudicialia p que regebatur ille pplus
timore pene in quo non consistit uita aie
Sz magis in amore. dicit ulterius Et pol
lui eos in muneribus suis. i. pollutos ostedi
qntum a cerimonialia quia p illa que offe
rebantur a petis polluti ondebant ut uisu
e supra patet igit q lex mosayca erat
impfecta si consideret ipm corpus legis
Sic lex mosayca erat impfecta. Si con
sideretur eius finis. sicut em finis legis
humane est felicitas pollitica ita finis
legis diuine est felicitas eterna non so
lum legis noue sz etiam ueteris. pp qd dic
aplus Ro. 10. finis legis xpus in quo co
sistit beatitudo obiectiue sm qd dr. Jo. 17°.
hec est uita eterna ut cognoscant te solu
deum. Et que misisti ihm xpm hunc at
finem non consequit quis nisi p gram

sedm quod dr ad Roma. 6°. gra dei uita e
terna lex aut mosayca non poterat gram
conferre ut uisum est Et p gns non potuit
ad hunc finem introducere pp quod prres ue
teris testamenti quantumcumque iusti descende
bant in infernu ad limbum patrum pp qd
dixit sctus Job. 17°. In profundissimu in
fernu descendent omia mea pp q felicitas
eterna non promittebatur in lege mani
feste sz tantum sub figura prosperitatis
terrene. et si aliter pmittitur hoc est raro
et obscure pp quod dicit aplus ad hebre. 10°. um
bram hns lex futurorum bonorum non ipam
ymaginem rerum quia non manifeste
sz obscure futura bona que sunt bona ce
lestia promittebat. pz igitur ex pdictis im
perfectio legis quantu ad id quod e legi
pmu et quantu ad legis corpus et qntu
ad finem ipius pp quod aplus hebre. 7°. nil
ad pfectum adduxit lex et hec impfectio
designatur cum dr in uerbo. primo proposito
ex parte ut pdictum est pp quod de hoc pot
exponi illud quod dr. Job. 26. Ecce hec ex
parte dicta sunt uiarum dei uie em deuem
endi ad deum sunt uetus et ac nouu tes
tamentum. Sz ea que in ueteri testamento
dicta sunt illa sunt ex parte quia sunt
impfecta ut pz per pdicta. 2° pricipalit
tangitur in uerbo proposito pfectio legis euua
gelice cum dr id quod pfectum est. et pz
eius pfectio comparando eam ad legis im
pfectione quia pfecta est respectu cogni
tionis fidei et respectu preceptorum. et re°tu
finis in quibus lex mosayca erat impfecta
q aut cognitio dei pfecta sit in lege noua
patet p illud quod habet. Jo. 17°. pr quod
manifestaui nomen tuu &c. In figura
aut huius uelum templi fuit scissum xpi
passione ad ostendend q declarata et ma
nifestata erant que prius latebant sub
uelamine. pp qd ista lex noua tamq pfecta
in cognitione est unu pfectu descendens
a patre luminu. ut habet. Ja. p°. Sic
lex noua pfecta est quantu ad ipm corpus

legis .s. quantu moralia precepta ad sacramenta et quantu ad sacrificia. Primo patet hoc de preceptis moralibus quia lex noua perfecte ordinat actus humanos non solum exteriores sed etiam interiores et in hoc perfectione legis supplet. propter quod dicit salvator Mt. 5. Imperfectionem legis adimplendo audistis quia dictum est antiquis non occides. qui aut occiderit reus erit iudicio. Ego aut vobis dico quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio in quo ordinat motu interiore ut patet. Similiter lex noua actus exteriores ordinat nullum malum permittendo. propter quod dicit salvator Mt. 12. Dico aut vobis quoniam omni verbo — otioso — quod locuti fuerint homines super terram reddent rationem in die iudicii. sic hic prohibet verbum otiosum per quod omne nociuum verbum. et multo fortius omnem actum malum. propter quod matthei quinto post suppletione preceptorum moralium veteris legis concludit perfectione euangelii dicens Estote ergo perfecti etc. perfecit aut Christus moralia precepta legis eis consilia euangelica superaddendo. propter quod dicit Mt. 19. Iuueni dicenti se custodisse mandata legis et querenti ulterius viam perfectionis dicit salvator adhuc unum tibi deest. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thezaurum in celo et veni et sequere me. Secundo dico quod lex noua perfecta est quantum ad sacramenta quia conferunt gratiam quod non faciebat sacramenta veteris legis propter hoc dicitur Joh. 1. Lex per moysen data est gratia et veritas per ihesum Christum pro hoc de Johanne baptista qui per suam predicatione et suum baptismum disponebat populum ad Christi baptismum. et per consequens ad alia sacramenta cum baptismus sit ianua aliorum sacramentorum. luce .1. dicitur ipse precedet ante illum in spiritu et virtute helie parare domino plebem perfectam. Tertio lex noua perfecta est quantum ad sacrificia quia in ipsa est unum sacrificium perfectissimum .s. eucaristia que non est tantum sacramentum sed etiam sacrificium quia ibi Christus quodammodo immolatur et fructus sue bone passionis a populo percipitur. Istud autem sacrificium tamquam unum et perfectum fuit in lege figuratum per multa sacrificia et varia. sic perfectum per imperfectum. eius aut perfectio apparet in duobus primo quia tollit peccata quod non poterant facere legis sacrificia propter quod dicitur Joh. 1. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi .i. peccata secundum quod dicit beatus Johannes prima canonica 2. capitulo ipse est propiciatio pro peccatis nostris. non pro nostris aut tantum. sed etiam pro totius mundi. Secundo apparet eius perfectio quia augmentat gratiam secundum quod dicitur Jo. 6. qui manducat me viuit propter me per augmentum .s. gratie. de utroque aut effectu huius sacrificii dicitur ad hebreos 10. hic aut unam pro peccatis hostiam offerens .s. seipsum sedet in dextera dei patris. Sequitur una enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Remotio culpe ostenditur cum dicitur in auctoritate una pro peccatis hostiam offerens Collatio et augmentatio gratie cum subditur consummauit in sempiternum sanctificatos et sic perfectio euangelii patet ex perfectione sacrificii propter quod dicitur hebreos 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius etc. Tertio ostenditur perfectio legis euangelice quantum ad iudicialia quia inducit ad obseruantiam legis non per timore pene sed per amore iustitie quod est proprium perfectorum ut supra dictum est propter quod lex noua dicitur perfecta secundum quod dicitur Ja. primo capitulo. qui aut perspexerit in lege perfecte libertatis etc. Item quia nullum innocentem punit nec aliquod malum impunitum relinquit. quia etiam verba otiosa punienda ostendit ut supra dictum est etc. Et non solummodo verba otiosa sed etiam malas cogitationes secundum quod dicitur Mt. 5. Ego aut dico vobis quia quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est in corde suo propter quod lex noua est perfecta de qua patet illud canticorum 6. una est columba mea perfecta mea dicitur etiam lex noua columba metaphorice quia est sine felle amaritudinis nullum

innoxium punientis. dicitur etiam perfecta quia
nullum malum permittens et sicut apparet
perfectio legis euangelice quantum ad legis cor
pus quod continet mandata. Sic lex noua
perfecta est quantum ad finem legis quicquid
finis est uita beata ad quem finem inmediate
introduxit lex euangelica quod non poterat
facere lex uetus nisi tantum in figura propter quod
dicit apostolus ad hebre. 12. non accessistis ad
tractabilem ignem .i. ad corporalem et ui
sibilem. sicut accesserunt iudei in monte sy
nay sed accessistis uos .s. credentes in christo ad
syon montem ciuitatem dei uiuentis celestem
ierusalem et multorum milium angelorum frequentiam
et primitiuorum qui conscripti sunt in celis iudi
cem omnium deum et spiritum perfectorum propter quod
apostolus hebre. 7. postquam dixerat nichil ad perfec
tum adduxit lex .s. lex uetus adiunxit. In
troductio uero melioris spei per quam proxi
mamus ad deum .s. in lege noua patet igitur
ex predictis quod lex noua perfecta est et quantum
ad cognitionem fidei legis priuam et quantum
ad ipsum corpus legis. et quantum ad eius fi
dem. Ista autem perfectio figurata est. 3. Reg. 6.
ubi dicitur sic perfecta est domus domini in omni opere suo
lex enim noua potest dici conuenienter domus
domini quia huius domus ipse est hedificator quia
lex noua data est ab ipso inmediate non
autem lex uetus secundum quod dicitur hebre. 1. Multifa
rie multisque modis olim deus loquens pa
tribus imperfectis nouissime diebus istis locutus
est nobis in filio sibi consubstantiali et eterno
ut ibidem subditur. dicitur etiam lex noua domus
domini quia ipse est huius domus inhabitator
quia in sacramento et sacrificio noue legis
.s. eucaristia continetur totus christus realiter
bene igitur dicitur. perfecta est domus domini in omni
opere suo quia perfecta est lex noua in cognitione
fidei in preceptis moralibus in sacrificiis
in sacramentis et iudicialibus et perfecte in
troduxit ad finem legis .s. beatam uitam
que est finis diuine legis. et sic patet 2m
principale. 3m principale ostenditur in uerbo pre
assumpto ordo utriusque .s. legis et euan

gelii cum dicitur. Cum uenerit hoc euacuabitur
illud. In quo adueniente euangelio hoc ostenditur
euacuari ubi ostenditur triplex ordo legis et euan
gelii .s. ordo temporis dignitatis et uirtutis.
prioritate uero temporis lex uetus prior est
quam noua quia erat quedam dispositio ad ipsam
inquantum per eam retrahebantur homines
ab ydolatria et tenebantur sub cultu unius
dei et sic disponebantur ad susceptionem euan
gelii et hoc est quod dicit apostolus ad gala. 3. Prius
autem quam ueniret fides .i. lex euangelica ubi
habetur fides explicita sub lege custodiebamur
conclusi in eandem fidem que reuelanda
erat prioritate autem dignitatis est econtrario propter
quod apostolus ad gala. 4. comparat duo testa
menta duobus filiis abrahe quorum primus
origine secundum carnem natus est secundus autem
.s. ysaac per repromissionem propter quod fuit prior
dignitate. Sic lex noua prior est ueteri
testamento ordine efficacie et uirtutis quia
obligatio illius legis cessat adueniente euan
gelio secundum quod dicitur ad gala. 3. Et ubi uenit
fides iam non sumus sub pedagogo .i. sub lege
que erat pedagogus noster in christo ut ibidem dicitur
quia lex euacuatur adueniente euangelio.
Considerandum tamen quod diuersimode euacuantur
precepta moralia legis et cerimonialia et
iudicialia ad cuius intellectum sciendum quod quando
fit mutatio a contrario in contrarium oportet
terminum a quo totaliter euacuari sicut
quando ex albo fit nigrum albedo tollitur. quando
autem ex imperfecto fit perfectum non tollitur
totaliter terminus a quo sed tamen eius imperfectio
sicut quando ex minus albo fit magis album
non tollitur albedo precedens sed tamen eius im
perfectio ulterius considerandum quod quando corrum
pitur terminus a quo per quem illud quod est
ei adiunctum corrumpitur potest tamen manere
cum termino ad quem si non habeat ad ipsum
contrarietatem non tamen manet idem
numero sed specie tamen sicut quando de aere fit
ignis manet qualitas symbola cerimo
nialia igitur euacuantur primo modo quia
contrariantur noue legis cultui. Ad cuius in

intellectum sciendum quod cerimonie sicut dictum est ordinantur ad cultum divinum secundum quod dicit augustinus in enchiridion 3° capitulo. deus colitur spe fide et caritate loquendo de cultu interiori. Igitur cerimonie que sunt quedam protestationes cultus interioris debent concordare cultui interiori qui est per fidem et caritatem. Est autem triplex status hominis. Unus in quo habetur fides et spes de bonis celestibus et de hiis per que ad ipsa introducimur scilicet de misteriis christi et de utrisque sicut de futuris et hic est status veteris testamenti. Alius est status in quo habetur fides de bonis celestibus sicut de futuris sed de hiis per que introducimur ad celestia scilicet de misteriis christi habetur fides sicut de presentibus vel preteritis et hic status est nove legis. 3us status est in quo habentur utraque tamquam presentia et evidentia et nil creditur et hic est status patrie celestis. In hoc autem statu 3° ubi nil creditur nil est cerimoniale vel figurale ad cultum pertinens secundum quod dicitur apocal. 21. et templum non vidi in ea dominus enim deus omnipotens templum illius est. Pari igitur ratione adveniente statu 2° scilicet nove legis cerimonie primi status id est veteris legis cessare debuerunt et induci alie que convenirent statui nove legis in quo bona celestia expectantur de futuro sed beneficia christi habita sunt de preterito. et ideo quia cerimonie veteris legis significabant christum venturum debitum est quod evacuentur in nova lege in qua misterium christi iam est preteritum. et hoc est quod dicit apostolus ad hebr. 7° translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat quantum scilicet ad cerimonialia turificatione tamen excepta que non significabat misterium christi venturi directe sed devotionem populi ad christum. non autem debet esse minor devotio ad christum iam principaliter exhibitum quam erat tunc ad christum venturum propter quod in nova lege manet thurificatio per quam significatur misteriorum ecclesie et ipsius populi devotio. Moralia autem precepta evacuantur tamen

modo secundum quid scilicet quantum ad imperfectionem eorum. Ratio est quia sunt de dictamine recte rationis et ideo manent quantum ad substantiam preceptorum. remota tamen imperfectione sicut patet math. 5. ubi positis preceptis moralibus additur perfectio que non intelligebatur a iudeis esse sub precepto unde ibidem dicitur Audistis quia dictum est antiquis Non occides etc. Et suppletur illud quod sequitur Ego autem dico vobis quod omnis qui irascitur fratri suo etc. Et eodem modo de prohibitione mechie posito precepto additur prohibitio concupiscentie. unde ibidem dicitur. Audistis quia dictum est antiquis. Non mechaberis et subditur. Ego autem dico vobis quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Et sic intelligendum est de aliis. et sic patet quod moralia precepta veteris legis non evacuantur quantum ad substantiam legis. sed solum ad imperfectionem propter quod dicit apostolus 1 cor. 13. Cum autem factus sum vir evacuavi que erant parvuli. Status enim veteris legis comparatur puero secundum quod habetur gala. 3. lex pedagogus noster fuit. pedagogus autem est ductor pueri. status autem nove legis comparatur viro perfecto. et ideo sicut manet idem homo quantum ad substantiam in puericia et virilitate remota tamen imperfectione puericie sic est de moralium preceptorum evacuatione. Iudicialia autem precepta evacuantur 3° modo quia adveniente lege gratie cessat eorum obligatio potest tamen aliquis princeps ordinare quod servaretur in regno suo ita quod non reputaretur ea esse obligatoria ex lege moysi. Ratio autem predicti est quia iudicialia precepta per se et directe non erant ordinata ad figurandum aliquid futurum sicut erant cerimonialia sed erant ordinata per se et directe ad servandum ordinem iustitie in populo iudaico. quod tamen status illius populi erat totus figuralis respectu christi ut dicit apostolus prima cor. 10. omnia in figura contingebant illis per que et precepta

iudicialia illius ppli erant figuralia nō
directe sed ex consequenti et iō si aliqui
suaret ea ex hoc quod fuerunt tunc sta
tuta hoc eēt dicere quod status ille adhuc
durat qd' est erroneū et illicitū si tamē
aliquis princeps vellet ea de nouo sta-
tuere posset licite. Considerandū tamen
quod in lege noua transeunt quantū ad eorum
rigorē quia essent magis obseruanda
ex timore quam ex amore virtutis. quia
lex noua est lex amoris propter quod dicitur
prima. Jo. 4. perfecta caritas foras mittit
timorem et sic patet ex predictis quod omnia
legis precepta aliquo modo per euuangeliū
euacuantur propter quod dicit apostolus ad Ro.
3. alloquens iudeos in lege gloriantes
Ubi est gloriatio tua. tu iudee qui in
lege gloriaris ut supra premiserat ex
clusa est .i. euacuata est. Sequitur per
quam legem factorum q.d. non lege enim
factorum vocat legem veterē nulla autem
res excludit seruam uel euacuat sed est
per legem fidei. legem fidei vocat lege
nouam quia sicut dictum est euacuat
et excludit legem veterem patent igitur
tria predicta in verbo primo notata .s. im
perfectio legis mosayce perfectionis legis
euuangelice et ordo utriusque. Ad maiorē
autem sequentiū et predictorū euidentiam
queritur utrū hec epistola sit pauli apostoli. Et
arguitur primo quod non quia in hac epistola
non tenetur modus scribendi qui est in
aliis epistolis pauli preponendo s. nomē
suū et suū apostolatus officiū ut patet igitur etc.
Item quia elegantior est stilus in hac
epistola quam in aliis. Ad quod est usus et cosue-
tudo ecclesie in qua allegatur ista epistola
tamquam ab apostolo scripta. Ideo dicendū
quod propter rōes predictas ab aliquibus fuit opi
natum quod hec epistola nō eēt apostoli pauli
propter quod aliqui dicebant quod erat epistola
clementis pape et martiris et moueba
tur ad hoc quia ipse scripsit athenien
sibus epistolam quasi per omnia consimilem

Alii autem dicebant quod erat epistola luce e
uuangeliste et mouebantur ad hoc
quia ipse scripsit eam primo grece ut
dicitur in prologo. Alii autem dicebant quod erat
tertuliani qui fuit propinquus apostolorum
tempore sed modo indubitanter tenetur quod
est epistola pauli quod probatur multiplici
rōe primo autem auctē cuius est talia dubia
determinare. Insimodo aut'' ecclesia rece
pit ecclesia istam epistolam tamquam ab apostolo
scripta. 2°. hoc probatur per auctoritate
antiquorum doctorum et potissime beati dy
onisii qui fuit discipulus beati pauli. Iste
autem in scriptis suis allegat dicta huius epistole
tamquam dicta pauli magistri sui. 3°. hoc pro
batur ex auctoritate grisostomi super
epistolam istam dicens quod paulus eam scripsit
rome existens. postquam enim rome biennio
fuerat propter appellationē factā ad cesarem
de qua habetur in actibus apostolorum habuit
licentiam transeundi in hyspaniam
et iudeos ibi vidit. et postea roma re
diens de illo loco hanc epistolam eis scripsit
ut dicit grisostomus. Quarto patet propositum
ex hiis que dicuntur ultimo capitulo huius
epistole. 13. quod missa fuit hec epistola per thy
motheū qui fuit filius spiritualis pauli
apostoli. Quinto hoc idem arguitur ex zelo
apostoli ad salutem iudeorum de quo zelo dicit
ad Ro. 9. optabam anathema esse pro fratribus
meis qui sunt cognati mei ex quibus
xpus secundum carnem. et ad Ro. 2. Quamdiu
sum apostolus gentiū ministeriū meū hono
rificabo si quomodo prouocem ad emulandum
carnem meam .i. iudeos ut saluos faciā
aliquos ex eis et iō non est aliquo modo
probabile quin paulus scripsit iudeis ad
eorum salutem qui tot alia scripsit aliis
gentibus pro salute earumdem nulla
autem alia epistola pauli apostoli dicitur scripta
hebreis nisi ista ergo etc. Sexto probatur
propositū ex zelo pauli ad euuangelicā
ueritatem. ex quo zelo reprehendit
petrum manifeste. ut habetur ad gala. 2°.

Ad tertium autem dicendum est quod sicut necessarium fuit ecclesiasticam veritatem predicari ad conversionem infidelium, sic necessarium fuit eam scribi ad confutationem heresium insurgentium. Propter quod Johannes evangelium suum incepit a nativitate Christi eterna, quia videbat heresim Ebionitarum insurgere qui dicunt Christum ante Mariam non fuisse. Paulus autem apostolus vidit tempore suo heresim Nazareorum insurgere qui dicunt esse necessarium ad salutem servare legem veterem, et nimium invaluit hoc dictum, ita quod etiam Petrus aliquo modo offenderat in observatione legalium, propter quod Paulus ei restitit in faciem ut dictum est. Ideo non est verisimile quin Paulus apostolus scriberet aliquid conversis de Iudaismo ad confutationem huius erroris. Hoc autem fit in hac epistola ut patebit Deo concedente. Et ideo tenendum est inconcusse quod ista epistola fuit ab apostolo Paulo scripta. Ad primum argumentum patet solutio in prologo. Non enim erat apostolus Iudeorum sed gentilium, secundum quod ipse dicit ad Galatas 2: Creditum est mihi evangelium preputii sicut et Petro circumcisionis etc. Et ideo non scripsit in hac epistola que dirigebatur Iudeis nomen sui officii, scilicet nec nomen persone, quia ipse erat odiosus Iudeis, ut patet in Actibus apostolorum in multis locis. Propter quod epistola fuisset minus recepta ab eis si nomen Pauli esset ibi prepositum. Ad secundum dicendum quod stilus est elegantior quia quilibet elegantius loquitur lingua propria quam aliena. Ipse autem Paulus scripsit hanc epistolam solam hebraice, et ideo loquitur magis ornate. Sed contra hoc insurgit unum dubium, quia per infusionem spiritus sancti habuit donum linguarum, secundum quod habetur prima ad Corinthios 14: Gratias ago Deo meo quod omnium vestrum lingua loquor. Dona autem spiritus sancti perfecta sunt, ergo ita perfecte loquebatur alia ydiomata sicut hebraicum. Dicendum quod donum linguarum datum est apostolis ad predicandum fidem Christi omnibus populis, et ideo datum est hoc donum apostolis prout sufficiebat ad efficaciam predicationis. Ad hoc autem non multum facit ornatus verborum, sed aliquando magis impedit, ut patet per apostolum I Cor. 2: Sermo meus et predicatio mea non in persuasibilibus humane sapientie verbis etc. Et ideo non est mirum si Paulus apostolus habuit aliquem ornatum verborum in hebraica lingua ex humana sapientia acquisitum, quem non habuit in aliis. Habuit tamen omnia ydiomata in quantum valent ad efficaciam predicandi.

I

Multipharie etc. Sicut predictum est, apostolus hanc epistolam scripsit aliquibus conversis ad fidem Christi de Iudaismo volentibus servare legalia cum evangelio, quasi non sufficeret ad salutem gratia Christi. Et ideo in hac epistola ostendit eminentiam novi testamenti respectu veteris, ostendens quod vetus comparatur ad novum sicut dispositio ad formam et sicut imperfectum ad perfectum, quod evacuatur et cessat adveniente perfecto, ut dicitur I ad Cor. 13. Dividitur autem hec epistola in duas partes: in prohemium et executionem. Secunda pars incipit ibi: Qui cum sit splendor. In prima autem parte proponit excellentiam novi testamenti respectu veteris ex tribus, videlicet ex tempore, ex legislatore et ex modi tradendi diversitate. Circa temporis tangitur in hoc quod vetus testamentum olim fuit traditum, novum autem diebus istis novissimis. Gratia enim perficit naturam, et ideo similis est processus gratie sicut et nature suo modo. Nature autem in cognitione naturali processus est de cognitione confusa et indeterminata ad determinatam et perfectam, ut patet primo Physicorum. Propter hoc, ut ibidem dicitur, pueri in principio vocant omnes viros patres, postea distincte cognoscunt. Et sic est in cognitione supernaturali, quia in veteri testamento fuit cognitio imperfecta. In novo autem, quod posterius est datum, veritas est manifeste revelata. Excellentia autem ex parte legislatoris ostenditur, quia licet utrumque testamentum sit a Deo datum, vetus

tamen tradidit p angelum qui loqbat
moysi in psona dei ut habetur actuum
7°. hic est moyses qui fuit in ecclia in soli-
tudine. cum angelo qui loquebatur et in
monte synay. Nouum aut testamentu tra-
didit deus p seipm quia p filiu incarnatu
qui est unus deus cum pre. Et hec excellentia
noui testamenti ad vetus tangit. cu dr.
Q deus olim erat loquens prib; in pphis
In nouo aut testo locutus est nob in filio
Excellentia aut ex modo tradendi est q
vetus testamentum traditum est obscure
sub velaminib; et figuris. Nouum autem
testamentum editum e lucide et aperte et
hoc notatur cum dr. loquens est. s. plane
et sensibili voce et humana. Unde Jo. 16°.
dictum fuit ipi xpo ab aplis. Ecce nunc
palam loqueris et puerbiu nullu dicis. hijs dictis
patet sna. Multipharie. i. p diusas fi-
guras et velamenta in sacrificijs et sacra-
mentis et huoi que erant figure eorum
que sunt facte tempore xpi. Multisq; mo-
dis. q aliquo fit reuelatio p visione cor-
poralem. sic daniel. q. apparuerunt digiti
manus scribentis in pariete. Aliquo per vi-
sionem ymaginariam sicut de ysay. 6°.
vidi dnm sedentem sup solium excelsum
et aliquo p visione intellectuale tantu
sicut de dd dr. in prologo sup ps. Olim
deus loquens. i. ab antiquo et ex multo
tpre ut paulatim a sue fati cresceret ho-
mines in cognitione misterioz incarna-
tionis & veritatis q p xpm facta e ut dicit
Joh. 1°. Prib; in pphetis quib; angeli re-
uelabant occulta diuina. et ipi ulterius
pplo denuntiabant. Nouissime diebus istis
i. tempore gre et veritatis reuelante. lo-
cutus est nob in filio. i. p filiu incarnatu
quem constituit heredem uniuersoz qm
ad naturam assumptam eo em ipo q
natura huana a verbo assumpta est in
unitate suppositi eo ipo constituta e sup
omne creaturam p que fecit et secla qntum
ad naturam diuinam. pater em opatur
p filium sicut p artem. quia sm augustinu
filius est ars omnipotentis dei plena roib;
omnium viuentium. Secula sunt reuelati-
ones & spatia tempoz quia a pre p filiu
non solum facta sunt incorruptibilia
et eterna a pte post. sed etia corruptibilia
sed et temporalia. Qui cum sit splendor
hic ponitur executio in qua declarat illud
quod pmissum est. s. eminentia noui testi
ve veteris. Et q differentia utriusq; testi
ex pte tpris manifesta est. io hoc dimittit
tamq manifestum. s; 2m probat et de-
clarat. s. eminentia ex parte legis latoris
et p qns alia eminentia erit declarata q
est ex modo tradendi. Igitur executio huius
epte diuidit in duas partes. quia p° ondit
eminentia datoris noui testamenti. 2° ondit
qualiter et p que adherendum est ipi legislatori
et noue legi. Scda pars incipit in pncipio
capli. 11. ibi. est aut fides 7c. Circa primu
aduertendum q vetus testamentu traditu est
p angelos ipi moysi. et p moysen sacerdotib;
et p sacerdotes pplo. et io pmo ondit emi-
nentiam xpi legis latoris trin respectu
angeloz. 2° respectu moysi. 3° respectu
sacerdotu veteris testamenti. 2a incipit
3°. ca. Unde factus. 3a. 4. ca. ois pontifex
prima adhuc in duas diuiditur. q pmo
prefertur ipe xpus anglis. 2° ex hoc con-
cludit quanta reuerentia sit exhibenda
doctrine noue legi. 2a incipit 2° ca. pptea
habundantius. prima adhuc in duas
ptes diuidit quia pmo ponitur excellentia
xpi et onditur q ab ea deficiunt angeli
2° probatur utrumq; per scriptura veteris
testamenti ibi. Cui em dixit aliquo an-
geloz. excellentia aut xpi tangitur
in quatuor. primo quia est pri coeternus
2° quia consubstantialis. 3° quia equalis
est ei in ptate. quarto quia cessus in dig-
nitate ab istis aut deficiunt angeli. coe-
ternitas aut tangitur ibi. Qui cu sit
splendor. filius eni pcedit a pre ut splendor
a sole qui splendor est soli coeuus. et esset

eterna si sol eet eternus. sed non solum dr
filius splendoris. sed splendor glie quia glo
ria est clara notitia cum laude. filius autem
procedit a patre sicut notitia de notitia quia
filius est sapia genita io dr splendor glorie
et consubstantialitas aut filii a patre tangit
ibi figura aut substantie eius etc. Accipitur autem
hic figura pro ymagine filius eni est ymago
naturalis ipius patris. homo aut est quasi ymago
artificialis ppter quod dr magis ad ymaginem
dei. qr eius ymago sicut alr est ymago
regis in filio suo naturali et in denario
seu statua. filius igitur in diuinis est ymago
naturalis. et io dr ymago uel figura
substantie eius patre. et quia illa est indi
uisibilis p quis est eadem substa numero
in patre et filio. non sic. aut e in rege et
eius filio quia est eadem in spe tm. equa
litas aut potentie tangitur ibi. portans
omia. etc. potentia eni dei patris apparet in
duobus primo in creaturarum productione et
conseruatione subtracta eni eius influe
tia in nichilum redigerentur. et quia
pr et filius sunt una causa creature. io
est causa conseruationis creature sicut et pr
et hoc est quod dr. portans omia. i. suste
tans et conseruans in esse verbo virtutis
sue. i. suo imperio virtuoso qr sim dicere
ee facere. 2o. apparet dei potentia in iusti
ficatione impiorum quia non minus e iusti
ficare impium qr creare celum et terram
sm augustinu. In hoc aut filius est equalis
patri et hoc est quod subdr. purgationem
pctorum faciens. equalitas aut dignitate
filii ad patrem tangitur. Cum subdr. sedet
ad dexteram magestatis in excelsis. quia sic
hoc refat ad diuina naturam eadem
dignitas est patris et filii sicut eadem na.
si aut referatur ad humana naturam sic
non est ibi equalitas, quia sm illam est
minor patre. dr tn etiam sm hoc filius sedens
ad dexteram patris p modum cuiusdam
assotiationis inquantum huana natura
verbo est coniuncta et sic eadem veneratioe

veneratur uel alr dr. sedens ad dexteram et
i. in potioribus bonis et quia a quatuor pductis
excellentiis angeli deficiunt et io concludit
de xpo. Tanto melior angelis effectus quato
p illis nomen hereditauit quia ipe dicit
verus deus et dns consubstantialis patri ipi
aut dicuntur serui. Cui eni dixit alno
hic cotre probat de xpo quatuor condici
ones predictas excludendo eas ab angelis.
et primo probat hoc de consubstantialitate
2o. de equalitate potentie ibi. Et tu dne in
principio. 3o. de coeternitate ibi. et ipi pe
ribunt. 4o. de dignitatis equalitate ibi.
ad quem aut dixit angelorum. primu aut pbat
p quatuor autoritates veteris testamenti
2a. ponitur ibi. et rursum. 3a. ibi. Et cu
iterum. 4. ibi. ad filium. Ad euidentiam
premissorum aduertendum qr ea que sunt fidei
non possunt efficaciter p rocem probari
qr excedit facultatem intellectus nri. et ideo
probatio in talibus debet fieri p auctoritatem
diuinam que non potest continere falsi
tatem et io p ipam est efficax probatio illis
qui recipiunt eam ut diuinam. Iudei aut
receperunt vetus testamentu sicut a deo datu
et io pbatio apli efficax est quia procedit
p auctoritates veteris testamenti. Verum
considerandum qr licet sacra scriptura habeat
multiplicem sensum non habetur tamen
efficax argumentum nisi p sensum litteralem
ut dicit augus. in epla ad vincentiu donas
ticum quia in argumento semp eet falla
cia equiuocationis uel amphibolie ppter
sensuu multiplicitatem. igitur intelligendum
est alias ondendum est qr autoritas ab aplo
inducta intelligitur ad litteram de xpo quod
patet p illud quod habetur actuum. 4o. ca.
ubi apli qui habuerunt intelligentia scripturarum
p reuelationem spus sancti exponunt illum
ps. Quare fremuerunt gentes etc. de xpo
pdictum. sicut patet litteram intuenti et per
consequens hec autoritas que hic inducit ab aplo
de illo psalmo intelligenda est ad litteram
de xpo. hoc etiam patet p litteram psalmi

quia ibi dicitur Ego genui te quod non potest de dauid intelligi sed de filio dei. cuius generatio non transit in preteritum. Item per hoc quod ibidem subditur. dabo gentes here ditatem tuam et possessionem tuam terminos terre. quod non potest intelligi de dauid cuius regnum non se extendebat ad gentes sed ad iudeos tantum. Item regnum eius non se extendebat ad terminos terre sed tantum in iudea que est parua terra. hoc etiam dicunt antiqui doctores hebreorum. Et super psalmum istum quod est de christo intelligendum sit plenius declaraui super librum psalmorum. hoc igitur supponens apostolus tamquam manifestum illis quibus scribebat qui erant docti in lege et prophetis dicit. Cui dixit aliquando angelorum filius meus es tu ego hodie genui te quasi dicat nunquam quia angeli non sunt eiusdem nature cum deo et per consequens non possunt dici eius filii proprie loquendo sicut nec artificium filius artificis. Item licet eorum creatio posset dici quedam generatio large sumpta tamen de ipsa non potest exponi illud quod dicitur Ego hodie genui te. quia eorum creatio fuit a principio mundi et ideo transierat in preteritum. et ideo non potest dici uerbum predictum nisi de dei filio cuius generatio non transit in preteritum. et ideo non potest dici uerbum predictum. Sic probata est consubstantialitas patris ad filium inquantum naturaliter et eternaliter ab eo gignitur et genitus est. Ex quo arguitur ydemptitas nature in utroque. Saltem in specie. et per consequens ydemptitas numeralis quia natura diuina non est multiplicabilis. Et rursum hoc enim probat hic per aliam scripturam que habetur i. paralipo. 22. que licet sit dicta de salomone tamen dicitur de eo prout fuit figura christi. ideo de ipso intelligitur ad litteram. Ad cuius intellectum sciendum quod nichil potest esse figura alicuius nisi in se sit res aliqua. Illud enim quod nichil est non potest aliquid figurare. et ideo res que est figura uel signum alicuius potest tripliciter considerari. Uno modo ut res tantum. Alio modo ut signum tantum. Tertio modo ut res et signum simul. Sicut circulus pendens ante tabernam potest considerari prout est corpus rotundum. Secundo ut est signum uenditionis uini tantum. Tertio utroque modo. Eodem modo dicendum de salomone qui fuit figura christi quia aliqua conueniunt ipsi salomoni secundum se. et talia de ipso exponenda sunt ad litteram et nullo modo de christo. ut quod depravatus per mulieres factus est ydolatria et similia. aliqua autem dicuntur de salomone prout fuit signum christi tantum et talia sunt exponenda de solo christo ad litteram sicut illud quod habetur ps. 71. et dominabitur a mari usque ad mare. et a flumine usque ad terminos orbis terrarum quod non potest uerificari de salomone cuius regnum fuit satis paruum. sed tantum de regno christi qui est lapis abscisus de monte sine manibus. et impleuit uniuersam terram danielis 2°. Et ideo in psalmo predicto sub nomine salomonis describitur monarchia christi. hoc etiam patet per illud quod sequitur in eodem psalmo Ante solem permanet nomen eius et illud quod ibidem dicitur adorabunt de ipso semper que soli christo conueniunt et non salomoni. Aliqua autem dicuntur in scriptura de salomone utroque modo videlicet secundum se et ut fuit figura christi et talia sunt illa que impleta sunt in utroque ad litteram. In christo tamen perfectius In salomone minus perfecte. et talia exponuntur ad litteram non solum de salomone sed etiam de christo. et perfectius quam de ipso salomone huiusmodi autem auctoritas predicta. primo paralipomenon. 22°. quia salomon filius dei adoptiuus per gratiam saltem in principio regni sui. propter quod nathan propheta uocauit eum amabilem domino. christus autem filius dei est naturalis que est filiatio perfectior. et ideo quia autem filiationem probat apostolus per consubstantialitatem filii ad patrem dicitur. Ego ero illi in patrem etc. dato etiam quod hec auctoritas non posset exponi ad

lram de xpo. s; cu sm sensum mysticum
tn eam bene inducit aplus ad suu ppositu
licet eni argumentum efficax non habeat
p scptura p sensum mysticu ut b. e dictu
pp quod ex solo sensu mystico non est ar
guendo tn si prius habeatur auctoritas in
sensu litali ad pbandum ppositum bene p
alia auctoritas adduci in sensu mystico
ad idem declarando de congruo et hoc est
quod dicit aug. in epla ad vincentiu donaj
titam. Quis aut non impudentissime
nitatur aliquid in allegoria positum posse
adducere nisi habeat et manifesta testimo
nia quorum lumine illustrentur obscura. sic
igitur auctoritas predicta inducitur ab
aplo convenienter ad suu ppositum. Sz
contra hoc vr quia ibi loquitur p modum
futuri. Ego ero illi in prem zc. generatio
enim filii eterna est et p qns non expectat
aliquid futuru sicut nec transit in pteritum
sicut supra dictum est. Dicendum q loquit
de futuro pp incarnatione pro tunc futura
p quam humana natura erat ad filiatione
eternam assumenda et quia hec assumptio
facta est virtute divinitatis ideo bene dixit
Ego ero illi zc. q. d. virtute mea fiet hoc
Et tn iterum hic ad ppositum ostendendum
inducit alia scptura assumptam de illo ps.
dns regnavit exultet zc. Ad cuius evidetia
considerandum est q magister dicit in glosa
q david fecit hunc psalmu quo restitutu
est ei regnu post mortem absalon. et dicit
hunc ee titulum psalmus david. quo terra ei
restituta est et sm hoc eet exponendus ad lit
teram de david. s; dictum magri non vr verum.
primo quia in hebraico iste ps est sine titulo
Scdo quia tituli sunt qi claues ad intelligend
ea que in psalmo dicuntur. ps aut iste non
loquitur de regno david s; solum de regno
xpi cui pfecte ei omnia subiicientur quod erit
in iudicio. et io hic ps. ad lram exponendus est
de regno xpi et hoc est quod dicit paulus
Et cum introduxit primogenitu in orbe
terre dicit et adorent eum zc. i. cum per

scripturam sacram xpm introducendo ad regnu
in orbem terre pdixit. Ex quo patet q hec
scriptura non loquitur de adventu xpi pmo
quia tunc venit cum humilitate. et io tunc
dixit regnu meu non est de hoc mundo. Joh.
18. s; loquitur hic scptura de 2° adventu quo
veniet in gloria cum nubibus et maiestate
ut dr. m. 24. et dan. 7. Ecce cum nubibus
celi quasi filius hominis veniebat et usq; ad
antiqum dierum pvenit et sequitur et dedit
ei ptatem et honorem et regnu potestas eius
potestas eterna que non auferetur zc. Et
ideo de xpo in tali honore constituto dic patri
et adorent eum omes angeli. Sz una lra
sic habet. Adorate eum omes angeli. apli n.
non semp curaverut allegare scptura de vbo
ad verbum. s; sufficit eis accipe sensu. ex hac
aut scptura ostenditur sufficienter q in xpo
sit diuina natura q illa natura adoratur a
tota natura angelica ut superior nisi diuina.
Et io ex quo scptura hoc ostendit q filius est
ab omnibus angelis adorandus p qns ostendit q
xpus sit deus. et p qns ostenditur deo pri con
substantialis quia natura diuina est indivi
sibilis sm q dr. exo. 20. Audi isrl dns deus
tuus vnus est. sequitur. Et ad angelos quide
dicit. i. quod ptinet ad naturam angelorum
exprimit p scpturam dicens qui facit an
gelos suos spus et ministros suos flama ignis
q. d. licet angeli tante excellentie sint q
sunt spualis nature non tame sunt idem
q deus sicut filius. s; sunt sui et ministri
non solum xpm adorando s; etiam nobis pp xpm
quodammo ministrando vel ut tame quia sui mini
sterii in deum refertur. io in hoc dicitur. sicut
flama ignis que semp ascendit in altum. Ad
filiu aut hic adducit tertiam auctoritatem ad
probandum suu ppositum q accipit de psalmo 44.
Ad cuius evidentiam considerandum q moderni
iudei ne cogantur recognoscere divinitate
xpi exponunt hunc psalmu de asuero et dicit
q iste psalmus factus est a macedoneo Sz hoc
pz falsum. primo p psalmi titulu quia no
intelligatur a macedoneo sicut alii psalmi

intitulantur ab asaph qui eos fecit ut patet in titulo ps. 49. et in pluribus aliis locis iste autem ps. intitulatur a david ut patet in hebraico. hoc etiam patet per literam ps. sequentem quia iste rex de quo est ps. habet tamquam deus adorandus secundum quod ibidem dicitur Concupiscet rex decorem tuum quia ipse est dominus deus tuus et adorabunt eum et translatio ieronimi sic habet et adora eum. Si autem ista verba dicantur de asuero rege secundum quod mardocheus induceret totum populum et potissime ipsam hester ad quam dirigantur verba premissa secundum expositionem eorum ad adorandum asuerum sicut deum quod manifeste patet falsum quia in eodem libro dicitur quod noluit genu flectere coram aman ne honorem dei transferret in hominem hoc etiam patet per translationem caldaicam super psalmum istum que autentica est apud hebreos ubi in hoc psalmo habemus speciosus forma pre filiis hominum. diffusa est gratia in labiis tuis. Caldaicum sicut habet pulchritudo tua messia maior quam filiorum hominum datus est spiritus prophetie in labiis tuis sic igitur patet ex predictis quod auctoritas que hic inducitur de illo ps. intelligenda est ad literam de christo hoc autem supposito probatur per hoc primo christi divinitas et per consequens consubstantialitas eius ad patrem et distinctio in persona. quia ibi dicitur Thronus tuus deus in seculum seculi etc. propterea unxit te deus deus tuus. Et sic patet quod christus est filius dei in humana natura unctus est plenitudine gratie. et cum non possunt esse plures dii ut supra dictum est. Ex hoc sequitur consubstantialitas patris et filii cetera que sunt in auctoritate patent. Et tu domine in principio. hic consequenter probat equalitatem potentie in filio et in patre et breviter transit quia probato quod christus secundum divinam naturam sit consubstantialis patri per consequens sunt probate alie tres conditiones. scilicet equalitas potestatis. dignitatis et durationis. Potentia autem dei relucet potissime in creatione rerum de nichilo et earum conservatione et hoc non solum deo patri sed etiam eius filio qui est eiusdem nature cum ipso. ideo dicit propheta Et tu domine in principio terram fundasti et opera manuum tuarum. i. tu domine pater fecisti terram de nichilo et conservas instabilitatem. et hoc exprimitur per hoc quod dicitur. fundasti. quod nulla creatura est inferior ipsa terra sicut in domo illud dicitur fundamentum quod est infimum sed quia in hoc opere communicat filius cum patre tamquam eiusdem potentie ideo dicit in principio. i. in filio per filium per quem operatur pater sicut per artem suam ut supra dictum est. quod autem filius dicatur principium patet Joh. 8. ubi christus iudeis querentibus ab eo quis es. respondit principium qui et loquor vobis et opera manuum tuarum sunt celi. Magis autem divine methaphorice dicitur Virtus sue potentie nominantur hic celum et terra que sunt extrema in creaturis ut per hoc intelligantur creature medie quia omnis creatura a patre et filio simul est producta et conservata et sic patet equalitas potentie. Ipsi peribunt. hic autem apostolus probat filium patri coeternum. ad cuius evidentiam sciendum quia sicut tempus sequitur motum et mutationem ita eternitas immutabilitatem solus autem deus est immutabilis per omnem modum ideo ipse solus mensuratur eternitate eo modo quo potest ibi dici mensura quod enim in omni creatura sit aliqua mutabilitas patet quia angeli sunt mutabiles secundum actum actum intelligendi et volendi loquendo de conditione et affectione naturali sunt etiam mutabiles de esse ad non esse si dimittantur a divina conservatione similiter celi superiores hoc secundo modo sunt mutabiles et cum hoc mutantur quantum ad situm. celi autem inferiores. scilicet ignis et aer cum istis modis mutationi sunt mutabiles quantum ad alterationem et generationem et per consequens alia elementa et mixta ex eis In omni autem motu et mutatione est aliqua corruptio secundum philosophum 4 phisicorum et etiam secundum augustinum. status autem mundi immuni

tabitur in fine quia celum cessabit a motu
cpleto numero electorum ad quem numeru
finaliter ordinatur et p ons alteratio et
generatio in elementis que etiam electe
ta p ignem conflagratois purgabuntur
et io sicut dictum est tam in celesti corpe
qp in elementis erit mutatio et sic p ons
peribunt quodammodo a statu in quo mo
sunt et hoc est quod dicit. ipi pibunt. s.
celi superiores et inferiores. sz quia no corru
pentur quantu ad subam io subdr. Et
velud amictu mutabis eos sicut em cessante
frigore mutabitur vestis que erat cotra
frigus necia. non quidem tunc mutatur
sicut vestis qd corrupatur. sz quia frigus
cessat. sic celi et elementa dicitur mutari
qz motus celi et alteratio elementorum que
sunt pp generatione ut impleatur nus
elementorum quo impleto cessabunt ma
nente tamen substantia celorum et eleme
torum deus aut solus est omnino immu
tabilis ut iam dictum est. Ideo concludit
Tu aut ipe es. s. p omne modu inmutre
rabilis. et p ons anni tui non deficiet
i. duratio tua. no qp in duratione diuina
sit aliqua successio. sicut est in annis. sz
quia eternitas diuina in se simplicissia
non pot apprehendi a nobis nisi ex co
patione ad tempus/ et p ons ex pprietate
tporum eam exprimimus ex hoc patet coe
ternitas filii ad prem quia ex quo sunt
unius sube ut supra probatum est sequit
qp ipius est unu ee. et eadem immutabi
litas et p ons eternitas. Ad qp autem
hic ons probat aplus equalitate dig
nitatis in xpo p auctem ps centesimi nom
qui ps de xpo est intelligend ad lram.
Ad cuius euidentiam considerand qp iudei
moderni aliqui dicunt ipm debere intel
ligi de abraham. et qp eliezer eius dispen
sator fecit illud psalmu ad reddendum
gras deo de victoria quam habuit abra
ham contra illos reges qui captiuaue
rant loth nepotem suum. sm qp habetur
gen. 16. sz hoc patet falsum ex titulo
psalmi quia non intitulatur ab ipso
eliezer. sz a dauid. Ideo dicunt aliqui qp
est ps. factus a dauid non tamen loquitur
de xpo sz de angelo suo ut sit sensus. dixit
dns dno. i. deus celi angelo me custodienti
sz hoc pz falsum quia infra dr. Tu es
sacerdos ineternu etc. qd non potest intel-
ligi de angelo dauid. quia sacerdotiu non
competit et io dicend qp ad lraz est ps.
factus a dauid. loquens de xpo. et hoc pz
p translatione caldaicam qz ubi habemus
Dixit dns dno meo. Caldaica sic habet
Dixit dns verbo suo etc. Ita p illud quod
sequitur Ex utero ante luciferum genui
te. i. ex suba mea ante omne creatura
hoc aut non potest copetere nisi soli
deo filio qui filius est verbum dei hoc igr
supposito pz qp aplus bene inducit autorita
tem huius psalmi ad probandum eqlitate
dignitatis in xpo q est in deo pre intro
ducens verbum dei patris ad filiu di
centis sibi. Sede a dextris meis. i. ad
equalitatem dignitatis mee si ps. referat
ad xpm sm diuina natura. sicut supra
expositum est eodem cao. sequenti. Donec
ponam inimicos tuos scabellum pedu
tuorum. hoc aut erit in iudicio futuro qn
omnia subicientur pfecte ipi xo. quantu
ad expetitione quia quantu ad auctem
omnia iam sunt ei subiecta. sz de hoc ple
nius videbitur. Sz insurgit hic dubiu
qz vr qp xpus non debuit sedere ad dex
teram pris ineternu sz tantum usqz ad
tpus determinatu In quo omnia sunt sub
icienda qz vr importari p hoc aduerbiu
donec. dicend qp hoc aduerbiu donec tenet
alno finite qn significat. s. terminum
illius cui adiungitur. Sicut cum dr. Sede
hic donec veniam. sensus est qp in aduentu
meo terminet sessio tua. Aliquo tenet
indeterminate et tunc non significat
talem determinatione. sicut cum dicitur
Iste non penituit de pctis suis donec vixit

anglis

sensus est q nunq̄ penitiut nec penitebit. quia post mortem non est locus penitentie. Isto 2° m̄ ponitur hoc adiūbiū cum dicit Sede a dextris meis. donec ponam ꝛc. Et io sensus est q nunq̄ cessabit sedere ad equalitatem dei pris. hec aūt equalitas non competit angelis io subdit aplūs nonne omnes sunt administrarij spūs ꝙ. d. sic. Sicut ēm in artificialibꝫ videmꝰ q aliq precipiūt in opibꝫ .s. architecthonici et principales alij exequūtur impata. sicut inferiores artifices materiam ꝑparantes tn̄ omnes isti dicuntur artifices ut habetur .i. methaꝑ. sic in angelis aliqui dicuntur deo assistere aliqui aūt exequi impata tn̄ omnes dicuntur administratores uel administratorij spūs .i. spūales sibi in ministerium missi. Supiores ēm angeli mittuntur missione interiori medios et inferiores illūiando ordine ierarchico. Inferiores aūt mittuntur ad aliqua circa nos exequenda ꝛ sic mittuntur missione exteriori. ꝛ sic pꝫ q omnes sunt in misterium missi licet diuersimode. Istud aūt misterium exercent angeli ꝑ salute electoꝝ ut natura humana que est inferior reducatur in deū p angelicam tamq̄ p superiorem ꝑ hoc subdit ꝑ eos qui capiūt hereditatem salutis. sm ēm dionisium hec est lex diuinitatis ut infima p media reducat in suprema.

II

Propterea habundantius. Postq̄ aplūs in sui precedenti declarauit eminentiam xp̄i hic cōnt hoc ondit quanta reuerentia sit exhibenda legi noue ab xp̄o date. Et circa hoc duo facit quia primo ponit quandam consequentiam et 2° confirmat ipām ibi. non ēm angelis. consequentia talis est. lex vetus data fuit p angelos immediate ut dictū est cā. precenti et tn̄ fuit recepta a plo israhelitico cum reuerentia magna sm qd pꝫ exo. 19. vbi dr̄ q ꝑplus ante susceptioꝫ legis p duos dies vestimenta sua lauit et a propriis etiam vxoribꝫ ↄtinuit ut essꝫ paratꝰ die 3°. ad legem reuerent suscipiendam sibi illa lex fuit diligent obsuata. quia eius transgressores puniebantur morte ergo multo fortiꝰ lex noua que data est aplis immediate a xp̄o qui est dn̄s angloꝝ et mediantibꝫ aplis mūdo diuulgata est p pdicatione et confirmatoꝫ miraculoꝝ suscipienda est cum reuerentia et diligenter obsuanda et trāsgressores illiꝰ magis puniuntur et hoc est ipē quod concludit aplūs. Propterea .i. ꝑ excellentiam legis noue a xp̄o data habundantiꝰ opꝫ obsuare nos xp̄ianos ea que audiuimꝰ a xp̄o .s. aplis ne forte ꝑfluamꝰ. fluit ēm homo p penā corpalem sm quod dr̄ 2. Reg. quasi aque dilabimur in terram que non reuertuntur vlteriꝰ effluit p culpam. s; ꝑfluit .i. perfecte fluit p eternam dampnatioꝫ quod contingit non obsuantibꝫ xp̄i legem. io concludit aplūs ne forte p effluamꝰ .i. eternam dāpnatione incurramꝰ qd̄ pbat ꝯnr p legem veterē que est minoris auctoritatis .s. d. qui ēm p anglos dictꝰ ē sermo .i. firmiter munitus ad custodiend et oīs puaricatio .i. transgressio legis p pīm commissionis quod est contra pcepta negatiua et inobedientia .i. pīm omissionis quod est cont pcepta affirmatiua accepit iustam retributione mercedis .i. penam debitam sm qualitatem et quantitatem criminis ut pꝫ in veteri testo in multis locis. si ergo ita est quomodo nos .s. catholici effugiemꝰ penam debitam. si tanta neglexerimꝰ salutem .i. si inobedientes fuerimꝰ legi noue in qua sola ē salus vite eterne. quasi diceret. nullo modo. et ↄnr ondit aplūs qualr̄ hec lex noua a xp̄o p̄ data est aplis. et p aplos publicata d. que .s. lex noua. cum initiū accepissꝫ enarrari p dn̄m q aplūs in principio eam dedit. ab eis qui audierūt a xp̄o. .i. ab ipis aplis et aliis discipulis. In nos

confirmata est per predicationem ipsorum contestante
deo .i. confirmante eorum predicatione per
miracula varia et multa. sicut dicitur Marci
ultimo. domino cooperante et sermonem confir-
mante sequentibus signis. sicut enim ea que
subsunt rationi confirmantur per hoc quod ad prin-
cipia per se nota reducuntur. Ita similiter ea que
excedunt facultatem intellectus humani
cuiusmodi sunt credibilia sufficienter confir-
mantur quando ad testimonium talis doctrine
miracula facultatem totius create nature
excedentia a deo perpetrentur. Quia cum deus
non possit esse testis falsitatis per hoc sufficienter
ostenditur quod talis doctrina meram continet ve-
ritatem et hoc est quod dicitur hic in hoc. con-
firmata est .s. lex euangelica. contestante
deo .i. confirmante ipsam signis et prodigiis etc.
.i. variis miraculis. Ad cuius intellectum
sciendum est quod miracula per que confirmata
est ista doctrina euangelica sunt in triplici
differentia. quia aliqua sunt que possunt fieri per
naturam quantum ad substantiam facti non tamen
quantum ad modum fiendi. sicut sanatio fe-
bris aliquando virtute nature. aliquando virtute
medicine ipsam naturam adiuvante et tunc
non est miraculum quia habet causam naturalem
sanatio tamen facta isto modo fit in tempore quia
natura non potest operari in instanti. si autem
sanatio febris perfecta fiat in instanti hoc
non potest esse nisi virtute divina. sicut
socrus Petri sanata est a febribus a Christo ut patet
Matthei 8. Et talia miracula vocantur hic
signa. Alia autem sunt que non possunt fieri per
naturam nec quantum ad substantiam facti nec quantum
ad modum fiendi sicut est illuminatio ceci
et sanatio leprosi et talia dicuntur hic
prodigia. Et dicitur prodigium quasi procul a digito
.i. ad remotum ab ostensione vel cognitione
humana quod est supra naturam humanam
et quantum ad substantiam et quantum ad modum
fiendi. Alia sunt que non solum excedunt
naturam sed etiam videntur esse contra naturam
sicut quod virgo manens virgo pariat et quod
unus verum corpus per corpora absque eorum

divisione transeat sicut ipse Christus intravit
ad discipulos ianuis clausis et consimilia
et talia dicuntur portenta et dicitur portentum
quasi in longinquum tensum vel extensum
ad denotandum rei magnitudinem. talibus
autem confirmata est fides catholica ut hic
dicitur signis et prodigiis etc. et non solum
ab istis sed etiam variis virtutibus et spiritus
sancti distributionibus. virtutes huiusmodi dicuntur
fides. spes. et caritas quas virtutes dedit
deus predicatoribus nove legis. distributiones
spiritus sancti sunt divisiones gratiarum que date
sunt apostolis ad hedificationem ecclesie sicut do-
num linguarum et prophetie. Et consimilia de
quibus loquitur apostolus .i. ad Cor. 12. Ista
autem non dantur predicatoribus ecclesie ex
suis meritis sed ex divina liberalitate ideo
subditur secundum voluntatem suam. Non enim angelis
etc. hic Apostolus confirmat predictam
gratiam .s. quod magis est obediendum legi nove
date a Christo quam legi veteri per angelos quia domi-
nium Christi maius est quam dominium angelorum.
Ipse circa hoc duo facit. quia primo ostendit
dominium Christi esse maius dominio angelorum
per scripturam. Secundo eam exponit de Christo ibi.
eum autem qui in modico ad euidentiam
primi notandum quod duplex est status orbis
unus qui primus est secundum generationem et
corruptionem ad elementorum productionem
Alius status erit post iudicium in quo cessabit
omnis talis transmutatio. Unde autem ita
est quod licet sit idem orbis quantum ad substan-
tiam .i. post iudicium non tamen est idem secundum
statum ut visum est. Et ideo orbis quodammodo
duplicatur secundum istam diversitatem status. Ita
dicitur orbis primus secundum statum qui currit usque
ad iudicium. dicitur autem orbis futurus secundum statum
qui erit post iudicium. orbis autem secundum statum
presentem subiectus est quodammodo ipsis angelis
quia ministerio eorum mouentur corpora celes-
tia et per consequens transmutantur ista inferiora
per ipsos et illuminantur homines de divinis.
omnia autem ista cessabunt in iudicio et
ideo orbis futurus non erit angelis subiectus

sed ipsi Christo, quia tunc omnia erunt ei plene
subiecta non solum quantum ad divinitatem
sed etiam quantum ad humanitatem, ut ma-
gis videbitur infra. Dicit igitur: Non enim angelis
subiecit deus orbem terrae futurum, id est orbem
secundum statum futurum de quo loquimur,
quia de hoc statu apostolus intendit loqui. Quod
autem orbis secundum illum statum subiciatur
Christo probat per scripturam dicens: testatus est in quodam
loco, id est in psalmo, quis dicens. Sic autem loquitur
in communi quia scriptura haec nota erat illis quibus
scribebat et similiter scriptor eius. Quid est
homo quod memor es eius etc. Verba sunt
psalmistae admirantis exaltationem humanae
naturae in ipsa incarnatione, et ideo dicit: quid
est homo etc., quasi dicat modicum est et quasi nihil
respectu naturae divinae et angelicae, et tamen
memor est eius ipsum mirabiliter visitando et
ipsum tibi uniendo in incarnatione. Sequitur:
Minuisti eum paulominus ab angelis, quia natura
humana sic exaltata in ipsa incarnatione
fuit minorata ab angelis in ipsa passione
quia angeli non sunt passibilis naturae.
Sequitur: Gloria et honore coronasti eum,
quia per meritum passionis obtinuit gloriam
corporis, quod autem ante passionem et resurrectionem non fuit
gloriosum sed passibile et mortale ad imple-
dum nostrae redemptionis misterium, et quod
ex tunc auctoritative sint ei omnia subiecta
secundum quod dicitur Matthaei ultimo, dicens apostolis post resur-
rectionem suam: data est michi omnis potestas
in caelo et in terra. Ideo sequitur: Et constituisti
eum super opera manuum tuarum. Omnia subie-
cisti sub pedibus eius etc. Verumptamen quod non omnia
sint ei subiecta executione, sed hoc complebitur
perfecte in iudicio. Sequitur: Nunc autem, id est tempore
moderno quod currit usque ad iudicium, nondum
videmus omnia subiecta ei, scilicet quantum ad ex-
ecutionem. Eum autem qui modico. Hic
consequenter exponit praedictam scripturam de Christo, et
dividitur in duas partes quia primo ponit expo-
sitionem suam, secundo removet circa hoc quandam
dubitationem ibi: Decebat enim. Exponit igitur
primo auctoritatem praedictam eo modo quo

exposita est in parte praecedenti dicens: eum qui
modico quam angeli minoratus est, scilicet Iesum
Christum qui minoratus est plus quam angeli in passi-
one ut dictum est, videmus Iesum sic immo-
ratum propter passionem mortis, id est ex merito pas-
sionis, gloria et honore coronatum. Differt
enim honor et gloria, quia honor est exaltatio
alicuius in testimonium virtutis, quae si fiat
in secreto vel coram paucis dicitur honor tal(is),
sed gloria proprie dicitur honor talis alicui exhibitus
coram multis. Unde secundum Ambrosium gloria est
clara notitia cum laude. Et ideo dicit: videmus
Iesum gloria et honore coronatum, quia per
fidem firmiter tenemus ipsum exaltatum coram
multitudine civium superiorum, et hoc ex
merito passionis ut dictum est. Et quia
hoc non fuit factum ex meritis meritis sed ex
divina gratia et liberalitate, ideo sequitur: ut gratia
dei pro omnibus gustaret mortem. Et dicit
pro omnibus, quia licet eius efficacia non se
extendat nisi ad iustos, eius tamen sufficientia
extendit se ad omnes. Decebat enim. Hic consequenter
removet quoddam dubium ex praedictis ortum.
Dixerat enim primo capitulo quod Christus praeeminet angelis
sicut dominus famulis suis, et in hoc capitulo dixit qui
in passione fuit minoratus ab angelis,
et istud secundum videtur repugnare praedicto. Ideo
quasi removens hanc repugnantiam apparentem
ostendit quod Christus quamvis sit maior angelis
et auctor nostrae salutis, tamen convenienter
passus est, et hoc ostendit triplici ratione. Prima
accipitur ex parte dei patris passionem filii ordi-
nantis. Secunda ex parte filii per redemptionem
nostram passionem sustinentis, ibi: qui enim sanctificat.
Tertia ex parte naturae humanae redemp-
tione indigentis, ibi: nusquam angelos. Prima
vero talis est: Deus pater est causa efficiens et fi-
nalis et per quem habet providentia de electis qui de-
ducuntur ad beatitudinem supernaturalem, propter
quod praedestinatio quae est respectu electorum
tantum dicitur quaedam pars specialis ipsius
divinae providentiae ut patet primo Sententiarum. Ipse tamen
deus pater omnia convenientissime facit, quia
disponit omnia suaviter ut dicitur Sapientiae 8.

p gnus redemptio electorum p quam ipi dedu-
cuntur ad gloriam conuenientissime facta
est / modus aut conuenientissimus est ut xpus
qui est verus deus et verus homo in huma-
na natura passus est ne sic remaneret de
cetero culpe sine dectore iusticie / et qui per
culpam aduersi fuerat a deo reducerentur
per penam. Conuenientissimum enim erat quod
hanc penam sustineret ille qui est deus et homo.
sic purrecturi homo qui peccauerat et satis
faceret deus qui poterat. quia offensa primi
hois quandam infinitatem continebat
hanc aut sniam breuiter tangit apls. d.
decebat enim eum .i. deum patrem. pp quem omnia
sunt. finaliter ut dictum est. et p quem oia
sunt efficienter qui multos filios in gloriam
adduxerat .i. ad gloriam adducere ab eterno
disposuerat. et loquitur hic de effectu predestina
tionis qd non potest falli. decebat inquam
deum patrem. consumare .i. ad finem nre redemptionis
adducere actorem salutis eorum .i. ihm xpm qui
est actor salutis electorum p passionem. quia passio
sua fuit conueniens modus nre redemptionis
ut visum est. qui enim sctificat. hic ponitur
2a. ro quare accipi ex parte xpi passionem susti
nentis et est talis. xpus enim scdm humana
naturam est eiusdem spei nobiscum et p gnus careo
mea et frater meus. et io sicut conicat nobiscum
in natura passibili ita conueniens fuit ut
conicaret nobiscum in passionibus carnis et
per hoc nobis impassibilitatem donaret hoc
est igitur quod dicitur hic. qui enim sanctificat et
.i. xpus. et qui sanctificantur .i. populus catho
licus ex vno omnes .i. ex vno patre licet diuer
simode quia ipse est filius dei naturalis nos
aut sumus filii adoptiui. pp quam causam
.i. pp conicationem in natura et filiationem predicta non
confunditur .i. non erubescit. fres eos vocare
.i. ipsos fideles quos vocat fres. d. ps. 21. nu
ciabo nomen tuum fribus meis. ille enim psalmus
loquitur de passione xpi vnde ibidem premittitur
foderunt manus meas et pedes meos. qd non
pot intelligi de dauid. nec de mardocheo. de
quo dicunt iudei moderni illum psalmum

debere intelligi ex quo patet eorum falsitas
quia nec mardocheus nec dd. fuerunt sic con
fossi. et io illa scriptura ad literam intelligenda
est de xpo. qui post passionem suam resurgens
a mortuis nunciauit nomen dei patris fribus
suis .i. aplis. et in medio eccle laudauit. quando
in medio aplorum et aliorum discipulorum stetit
p 40. dies eos de lege dei docuit ut habetur
act. 1o. Sequitur. et iterum ego ero fidens
in eum. hec scriptura loquitur de certa exspec
tatione resurrectionis sue quam exspectabat
xpus a deo patre. Et iterum hic ponit quartam alia
auctoritatem que habetur ysai. 8. ad idem probandum
s. quod xpus debuit participare nobiscum in pas
sionibus carnis quia vocat nos pueros suos
et p gnus eiusdem nature passibilis cum ipso
quod aut illa auctoritas. ysaye. intelligitur de
xpo patet p illud quod ibi premittitur dominum
exercituum ipm sanctificare et infra sequitur
et erit vobis. in sanctificationem in lapidem aut
offensionis et petram scandali duabus domi
bus isrl. quia gentibus recipientibus xpm iu
dei p magna parte scandalizati sunt. et
excecati et sequitur ibidem. liga testimonium
signa legem in discipulis meis quia lex euan
gelica data est a xpo ipsis aplis et aliis
discipulis. Et tunc sequitur illud quod hic
ponitur. Ecce ego et pueri mei quos de
dit michi dns pueri hic vocantur fideles ca
tholici dati ipi filio a deo patre scdm quod ipsemet
dicit Joh. 17o. manifestaui nomen tuum oibus
quos dedisti michi tui erant et dedisti eos
michi hoc igitur supposito arguit apls dicens
quia ergo pueri conicauerunt carni et sangui
.i. fideles conicauerunt xpo in natura passibili. Et
ipse similiter participauit eisdem p passionem carnis
hoc enim fuit decens ut p mortem suam de
strueret eum qui habebat mortis imperium
.i. dyabolum habebat enim dyabolus mortis
imperium inquantum ex persuasione sua
natura humana ducta est ad mortem culpe et
consequenti ad mortem nature quia p culpa
natura humana incurrit necessitatem moriendi
Et liberaret. s. ipse xpus a seruitute legis.

eos qui timore mortis .i. per legem veterem que dura fuit quia erat lex timoris dicitur etiam timor mortis quia penam mortis infligebat per totam vitam obnoxii .i. obligati erant servituti ab hac enim servitute cui eramus obligati per legem liberavit nos per suam mortem. Nusquam angelos. Hic ponitur 3a ratio que accipitur ex parte nature redemptione indigentis. nam indigens redemptione est natura intellectualis subiacens peccato irremediabili cuius ratio est quia natura carens intellectu non potest peccare et per consequens non indiget redemptione. Sic natura humana ante lapsum non subiacebat peccato et ideo redemptione non indigebat licet indigeret perduci ad beatitudinem ducente supernaturali natura. etiam angelica post lapsum licet subiaceat peccato tamen non indiget redemptore quia illud peccatum est irremediabile. Sic autem ita est quia natura humana assumptibilis est a verbo ad opus redemptionis ut satisfaciat natura que peccavit. Item natura humana assumpta est a verbo et non angelica et hoc est quod dicit hic apostolus. Nusquam angelos apprehendit .i. nullo loco sacre scripture invenitur quod natura angelica a supposito divino assumatur. sed semen abrahe apprehendit .i. naturam humanam sibi univit. sicut probatum est supra per scripturam veteris testamenti. propter hoc sequitur. Unde et debuit s. ipse christus per omnia fratribus similari hoc est quantum ad omnes proprietates nature passibilis. quia talia faciunt ad opus nostre redemptionis non tamen debuit assimilari eis quantum ad defectum culpe quia hoc non valeret ad opus redemptionis nostre. sed magis impediret. sequitur ut misericors fieret per hoc enim quod ipse habuit naturam passibilem habuit quandam aptitudinem ad compatiendum nobis et fidelis pontifex ad deum scilicet ipsum misericorditer et caritative offerendo pro nobis ut repropitiaret delicta populi per eius satisfaciendo. In eo enim in quo passus est ipse .i. natura qua passus est que est natura humana et temptatus. Primo a demone in deserto. postea ab hominibus in sua passione potens est et eis qui temptantur auxiliari .i. ex natura in qua passus est et temptatus habet quandam aptitudinem et promptitudinem ad deferendum nobis auxilium in passionibus et temptationibus nostris. Ad evidentiam huius quod dictum est in hoc capitulo et precedenti queritur. utrum omnia sint subicienda christo secundum humanitatem in futuro seculo et arguitur primo quod non quia creatura intellectualis subicitur christo per conformitatem voluntatis ad ipsum. sed homines dampnati et angeli nunquam ei conformabuntur quia habebunt voluntatem resistentem ei quantum poterunt. ergo nunquam ei subicientur. Item si angeli sunt ei subiecti aut hoc erit ratione humane nature aut ratione gratie non ratione nature quia natura humana inferior est in christo angelica natura quia christus secundum quod homo fuit eiusdem speciei nobiscum. nec ratione gratie quia bonis angelis data est gratia secundum proportionem naturalium. secundum quod diffusius tractatur in 2o sententiarum et per consequens in eis est maior gratia quam in christo quia christus secundum humanam naturam inferior est angelis sicut iam dictum est et secundum hanc naturam est recipiens gratie et non secundum divinam ergo etc. Contrarium vero in littera quia dictum est quod christo homini subicientur omnia. Respondeo in hac questione fuerunt errores contrarii. unus est error origenis qui posuit quod omnia sic subicientur christo quod demones et homines dampnati subicientur christo scilicet per conformitatem voluntatis quia posuit quod per aliquod tempus certum post iudicium demones et dampnati recipientur ad penitentiam et ulterius ad gloriam sed hic error dampnatur per illud quod habetur Matthei 25. ubi uniformiter describitur eternitas pene dampnatorum et glorie beatorum secundum quod ibidem dicitur. Ibunt hii in supplicium eternum. Iusti autem in vitam eternam et ideo pari ratione quod dampnati dicerentur redire a pena eadem ratione diceretur quod beati possent cadere a gloria. Alius est error negantium ipsum esse verum hominem quia ad

hoc sequitur q xpo nil subiciatur quantum
ad humanitatem si enim vera humanitas
non fuit in xpo nil subicitur ei in quantum
homini. hoc autem sequitur ad dictum arrij
qui posuit q verbum assumpsit sola car
nem humanam sed non assumpsit animam
quia verbum suppleuerat locum anime
et confirmabat dictum suum per illud quod
habetur Joh. i. ca. verbum caro factum est
etc. ad hoc autem sequitur q xpus non sit ho
quia q aliquis sit homo non habens animam
est implicatio contradictionis cum anima sit
forma hominis nec valet si dicatur q verbum
supplet locum anime quia non potest supplere
vicem cause formalis materiam perfici
entis. modus autem dicendi destruit scripturam
quia caro non potest habere speciem carnis
nisi per animam et ideo dicere q verbum as
sumpsit carnem et non animam est impli
care contradictionem. Ad istud inconueniens
euadendum dixerunt alii heretici scilicet apolli
naris et sui sequaces q verbum assump
sit animam sensitiuam non tamen as
sumpsit animam intellectiuam quia verbum
supplebat vicem spiritus intellectiue et ad
istam sicut ad primam sequitur q xpus
non sit homo, quia homo reponitur in specie humana
per animam intellectiuam homo enim per intel
lectum differt ab aliis speciebus animalium
vt habetur primo methaphysice. Sic hec
opinio destruit scripturam quia dato q per
animam sensitiuam xpus habuisset carnem
non tamen posset dici q haberet carnem humanam
sed tamen brutalem, quia caro non potest dici
humana nisi ab anima intellectiua que
est hominis forma. Item vtrumque dictum
scilicet arrij et appollinaris quod est manifeste
falsum contra euuangelicam verita
tem et etiam contra veteris testamenti
scripturam vbi expresse fit mentio de xpi
humanitate vera quod esset impossibile
secundum eorum dicta. Item vtraque scriptura
dicit xpm verum filium virginis secundum quod
habetur math. i. et ysaie. 7. Ecce virgo

concipiet et pariet filium etc. hoc autem
non esset verum nisi xpus esset eiusdem speci
tum ipsa virgine et per quos verus homo inte
etiam aliis viis posset impugnari predicte
heresis. sed propter prolixitate vitandam ad presens
omitto. Supponendo igitur secundum veritatem
fidei catholice q xpus sit verus homo et
verus deus. Dico ad questionem q omnia sunt
subicienda ipsi xpo etiam secundum humanitatem
quia q sunt subiecta secundum diuinitatem
non est dubium propositum autem ostenditur tripli
ci via. prima accipitur ex ratione vnionis. quanto enim
aliqua natura creata est propinquior ipsi primo
principio tanto est sublimior sicut patet
corpora celestia que presunt quodammodo ipsis
generabilibus et corruptibilibus. et ista gene
rabilia et corruptibilia sunt eis subiecta
propter quod dicitur primo methaurorum q elementa
contingunt lationibus superioribus ut omnis
virtus eorum gubernetur inde. Et q autem
ista inferiora magis distent a primo
principio patet per philosophum 2o. de generatione
vbi dicit q ista inferiora corruptibilia
sunt propter longe distare a primo principio
patet igitur assumpta propositio In corpora
libus. scilicet q quanto aliqua sunt propinquiora
primis principiis tanto alia sunt eis
magis subiecta et eadem ratione natura
angelica preest ipsis corporalibus secundum q dicit
augustinus 3o. de trinitate. Sunt autem
ita est q natura humana in xpo propinquior
est q natura aliqua angelica quia coniuncta
est ipsi deo non solum per vnionem operationis
sicut angeli beati. sed secundum esse personalem
quia in vnitate suppositi. ergo tota natura
angelica est subiecta sibi et per consequens omnia
alia. Secunda ratio accipitur ex merito sue passi
onis quod fuit quasi infinite efficacie racione
suppositi quia actiones sunt suppositorum
et ideo licet natura humana esset ratio tollerandi
passionem et merendi, illud tamen meritum
erat suppositi diuini, nunc autem ita est
q per illam passionem meruit suam ex
altationem. et per quos meruit exaltari

sup omne creatura. hac aut tangit aplus
ad philipen. 2o humiliauit semetipm factus
obediens usq ad morte mortem aut cruc
pp quod et deus exaltauit illum et dona
uit illi nomen quod e sup ome nomen
vt in noie ihu ome genu flectatur celes
tium terrestium et infernor. Tertia vo
accipr ex parte status future beatitudinis
qui respicit ordine gre magis q nature
et io ubi est gra maior p gns et dignitas
seu excellentia sublimior. In xpo aut home
est gra maxima non solum unionis sed
etiam psone singlaris sm qd dr. Jo. 3. q
spus sctus est ei datus non ad mensuram
et p gns excellentior et sublimior omnibus
angelis etiam sm quantitatem et hanc
rone tangit. Jo. 1. ca. vidimus eum quasi
unigenitu a pre plenu gre et veritatis
unigenitu dicit quia ipe solus est filius na
lis et principalis omes aut alii beati sunt
filii tantummodo adoptiui et p participatione
dicti et p gns ei subiecti. Considerand tn
pp solutionem argumentor q istam ex
cellentia et dignitatem habuit xpus sm
q homo ab instanti illius beate unionis
nature huane in diuino supposito s hoc fuit
tantum actoritatiue eo q illa natura
adhuc erat passibilis et passionibus subiec
ta. s post resurrectione suam habuit ea
executiue inquatum illa natura fuit
plene gloriosa et omnibus anglis pposita ideo
tunc dixit aplus data est michi omnis ptas
in celo et in terra. Mt. vltio. s plenarie
eam habebit post iudiciu qn voluntas eius
et sna adimplebitur in omnibus tam beatis
q dampnatis et p hoc patet ad argumenta.
Ad primu dicend q licet dampnati mo
sint habituali voluntate xpo conforme
tunc erunt ei plene subiecti inquantu sna
sue sapie et voluntatis complebitur in eis
p penam debitam. Ad 2m dicend q angli
sunt ei subiecti rone gre duplicis s. unionis
et psone singularis ut dictum est. et talis
ordo subiectionis competit statui btitudis

quod addit quia angeli recepert graz sm
pportione naturalium et sic vbi est dignior
natura ibi est maior gra. dicend q veru
est si compareretur na anglor ad inuice
quia excellentiores in nalibus fortius conusi
sunt ad deum et sic receperunt maiore
gram. s non est verum si competur natura
angelica ad naz humana xpi quia gra
non est adiecta ipi xpo homini sm conatu
liberi arbitrii ipius in deum quia nec ac
cepit gram p talem modum s ab instanti cre
ationis illius aie et unionis in psona dina
quia fuit idem instans utriusq recepit
aia xpi plenitudine gre sm mensuram
voluntatis diuine et potentiam obedientialem
ipius aie et sic licet anima xpi sit inferior
scdm gram nae tamen recepit maius do
num gratie.

III

Ulc fres sancti rc. Postq aplus
declarauit excellentia noui testi
respectu veteris p hoc q preminet
xpus angelis. hic gnr ondit
hoc idem et p hoc q excellit moysen. et
diuidr in duas ptes. qm pmo ondit ppo
situm et scdo ex hoc concludit quantum
sit xpo obediend ibi quia pp. rc. prima ad
huc in duas quia pmo declarat quandam
silitudine et 2o ondit ipam xpi excellen
tiam respectu moysi. ibi amplioris em
gre. Circa pmu aduertendu q dulciter al
loquitur illis quibus scribebat ut animos eor
ad intellectum sequentium magis alliciat
dicens. Unde fres sancti. Vocat enim eos fres
pp mutuam caritate. sanctos pp corde pura
et innocente conuersatione quia talia debet
refulgere in xpi fidelibus vocationis celestis
participes quia aliqui de iudaysmo erant
vocati ad fidem catholicam ad qua nullus
potest efficaciter et meritorie puenire
nisi pater celestis eum traxerit tactu gre
sm q dr. Jo. 6. nemo potest venire ad me
nisi pr qui misit me traxerit eu. Con
siderate aplm et pontificem confessionis
nre ihm. Dicitur aut pontifex quasi

pontem faciens quia per passionem suam fecit nobis pontem ut possemus transire ad beatitudinem. Dicitur etiam pontifex confessionis nostre quia non sufficit corde credere tantum sed oportet etiam confiteri ore secundum quod dicit apostolus Ro. 10. Corde enim creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem. Qui fidelis est ei qui fecit illum id est ipsam humanitatem Christus dicitur etiam fidelis deo patri quia in omnibus querebat gloriam patris et non suam secundum quod ipsemet dicit Joh. 8. Ego gloriam meam non quero etc. sicut et moyses fidelis fuit in omni domo eius id est in congregatione fidelium que est domus ipsius dei quam habitat per gratiam. quod autem moyses fuerit in hac domo non querens gloriam propriam sed gloriam dei patet per pentatheucum. Amplioris. hic ostendit christum excellentiorem moyse quia licet uterque fuerit fidelis in domo dei que est congregatio fidelium principalior tamen in hac domo est christus quam moyses quia ille qui fabricat aliquam domum et eam inhabitat ut propria excellentior est quam ille qui habitat in ea sicut in aliena. christus autem habitabat in hac domo sicut dominus et fabricator ipsius quia homines non possunt congregari in fide nisi ipso deo hoc faciente moyses autem habitavit in hac domo tantum ut famulus ergo in hac domo principalior est ipse christus et hoc est quod dicit apostolus Amplioris enim glorie id est maioris dignitatis iste id est christus pre moyse habitus est. quod probat consequenter dicens. quanto ampliorem habet domus id est in domo ille qui fabricat illam id est hedificavit tamquam suam propriam quod verum est de christo et non de moyse ut dictum est. Omnis namque domus fabricatur id est compaginatur ab aliquo sicut enim partes domus materialis non coniunguntur ad invicem nisi per aliquem artificem eas unientem Ita similiter domus ecclesie non est compaginata ex diversis gentibus scilicet iudeis et gentilibus nisi per ipsum christum qui potest unire corda fidelium propter hoc dicit ipse Joh. 10. Alias oves habeo

que non sunt ex hoc ovili et illas oportet me adducere et fiet unum ovile et unus pastor. quod autem talis congregatio non possit fieri nisi a deo probat consequenter cum dicit. Qui autem creavit omnia deus est. eiusdem est autem creare mundum et recreare homines per fidem et gratiam. propter hoc dicitur Jacobi 1. Voluntarie enim genuit nos verbo voluntatis ut simus initium aliquod creature eius deus autem pater omnia operatur per filium quia indivisa sunt opera trinitatis. et per eius fabricavit domum ecclesie. non sicut autem moyses et hoc est quod dicit Et moyses quidem fidelis erat in tota domo eius scilicet dei tamquam famulus In testimonium eorum que dicenda erant id est legis dande populo israel christus vero tamquam filius in domo sua id est ecclesia habitat Que domus sumus nos. Quia ecclesia non est parietes materiales sed fideles christi. et sicut in domo materiali requiritur firmitas sic in fidelibus christi ad hoc quod sint domus principalis dei requiritur stabilitas fidei propter hoc subdit istam conditionem si fiduciam et gloriam spei usque ad finem firmam teneamus. quia propter etc. hic consequenter concludit ex predictis quod christo firmiter est obediendum et circa hoc tria facit quia primo ad hoc inducit auctoritatem scripture hoc exhortante 2°. exponit illam scripturam ibi videte fratres. 3°. ex auctoritate et expositione probat suam intentionem ibi. timeamus ergo fratres in principio sequentis capituli. prima in duas quia in auctoritate scripture quam ducit primo quedam monitio ponitur 2°. ad hoc inducitur exemplum ibi. Sicut in exacerbatione. dicit igitur primo sic quia christus excellentior est moyse ut dictum est. ideo quasi concludendo admonendo per scripturam dicit. Quapropter. sicut spiritus sanctus loquens per os psalmiste. Hodie id est in tempore gratie in quo veritas est revelata tempus legis fuit quasi tempus noctis. secundum quod dicit apostolus ad Ro. 13. Nox precessit dies autem appropinquavit. Si vocem eius audieritis id est inspiratie

xpi. Et ponitur hic si pro quia quia vox
ipsius xpi loquentis audita est in euuangelio
in natura humana assumpta. In ueteri autem
testamento audita est vox prophetarum eius secundum
quod dicit augustinus libro de sermone domini in monte ex
ponens illud mathei v°. Et aperiens os suum
docebat etc. tunc ille aperuit os suum qui in
veteri lege aperiebat ora prophetarum. Nolite ob
durare corda vestra. per inobedientiam homo ei
inobediens deo ab eo se auertit. et per consequens
deus iuste gratiam suam ei subtrahit. Et
quia gratia dei cor mollificat per consequens sequitur
ipsius hominis obduratio sicut plenius videbitur.
Sicut in exacerbatione. hic ponitur
exemplum de obduratione antiquorum iudeorum
quod habetur numeri. 13°. et. 14. ubi dicitur
quod exploratores qui missi fuerant ad con
siderandum terram filiis israel promissam
terruerunt corda populi tunc incredula domino
qui tot signa et miracula eis ostenderat
in deserto voluerunt reuerti in terram e
gypti propter quod dominus iratus voluit eos delere
sed precibus moysi impedita est percussio populi
decretum per quadraginta annos impeditus
est populus ab ingressu terre promissionis
quousque omnes qui egressi fuerant de
egypto et a 20. annis et supra mortui sunt
in deserto nec intrauerunt promissionis terram
propter eorum incredulitatem duobus tamen ex
ceptis. scilicet Josue filio nun et caleph filio
iephone qui ingressi sunt terram promissi
onis propter eorum obedientiam et fidelitatem. hoc
est igitur quod dicitur hic. Nolite obdurare
corda vestra sicut in exacerbatione secundum diem
temptationis in deserto. dicitur enim illud peccatum
exacerbatio per similitudinem. fructus enim
acerbus non est aptus ad cibum et opponitur
maturo. Ita peccatum illud fuit maxime obstina
tionis quia sicut dictum est increduli
erant domino visis tot mirabilibus et signis
et ideo noluit totaliter placari eis ut dictum
est. sicut fructus acerbus non acceptatur.
Sequitur. Secundum diem temptationis. quia pluries
in deserto temptauerunt deum ut patet in dis-

cursu veteris testamenti. Ideo sequitur. Ubi
temptauerunt me patres vestri. dubitando de di
uina existencia in eis et querendo super hoc
importune signa a moyse cum tamen viderent
dei miracula quasi omni die et longo tempore
scilicet quadraginta annis. quibus fuerunt in
deserto et hoc est quod dicit probauerunt et vide
runt opera mea quadraginta annis et ideo quanto magis
erat peccatum incredulitatis eorum et magis
puniendum ideo sequitur. propter quod offensus fui
generationi huic. in psalmis ponitur pro
ximus fui generationi huic proximus scilicet ad pu
nitionem infidelitatis eorum et inde reuer
titur. Sequitur. Et dixi semper hii errant
corde etc. Iste error procedebat in eis ex
malitia quia viderant frequentissime dei
mirabilem virtutem in eis et ideo dubi
tare de ea et eam nescire non poterant
ex simplici ignorantia procedere sed ex animi
obstinatione in contrarium et talis error
non excusat. sed magis aggrauat peccatum
propter quod sequitur. Quibus iuraui in ira mea
id est firmiter decreui et irreuocabiliter pu
nire eos. et dicitur enim deus iratus methaforice
quando punit quia ad modum irati se habet
quantum autem fuit in illa punitio subditur. Si
introibunt in requiem meam id est non
intrabunt promissionis terram que dicitur
requies quia in illa requieuerunt filii
israel postquam [illegible] scilicet sub vite sua et sub
ficulnea sua secundum quod habetur 3. et 4. regum.
in pluribus locis et iterum quia per illam requiem
signata est requies conscientie qua homo
requiescit in deum per fidem et requies fru
itionis eterne requiescit in deo per gloriam
quantum autem in requiem promissionis non intra
uerunt filii israel qui egressi sunt de egypto
patet ex predictis quia mortui sunt in deserto
propter peccatum predicte exacerbationis. Videtur fecisse
hic quem exponendo predictam auctoritatem
tria premiserat scilicet exortationem ad bonum
operandum. culpam malorum ad vitandam et
penam pro ea inflictam ad timendum. Ideo hic
tria facit. quia primo exponit quod pertinet

ad exhortationẽ. 2°. qđ ptinet ad maloꝝ culpam ibi. Quidam enim audientes. 3°. quod ptinet ad penam inflictam ibi. quibꝫ aũt offensus ẽ. Circa p^m dicit sic. Videte fres. i. diligenter considerate quilibet in se ipo ẽ. In proximo suo q3 sc̃m q dr eccl; 27. Unicuiqꝫ mandauit deus de pximo suo. Ne forte sit in aliquo vm̃ cor malum. i. volũtas mala. sicut ẽm ex corde oritur sensꝰ et motus in alijs membris. Ita voluntas mouet omnes potentias aĩe ad agend. In credulitat. licet enim incredulitas sit in intellectu sic in subiecto, sic et fides q̃ est eiꝰ oppositum. tamen credere est actus spũs intellectus moti a voluntate. et p oñs discredere. dicit ẽm augꝰ sup Johẽ q nullus credit nisi volens. discedendi a deo viuo. sic ẽm bonũ aĩe est adherere deo p fidem formata Ita malum aĩe est recedere ab eo p incredulitatem. sequit. sed adhortamini vos metipos p singulos dies ꝯtinue conscias pprias discuciendo. donec hodie cognominatur. i. vocatur dies p quandam silitudinẽ pp notitia veritatis reuelate quod non erat tpre legis ut supra dictum est. Ut non obduretur quis ex vob fallatia pcti hoc aũt dicit quia licet obduratio sit aliquo m̃o a deo tamẽ principiũ eius est a libero arbitrio inclinante se ad pctm ut videbitur. participes xi effecti sumꝰ. quia recipientes fidem eius de plenitudine eius accepimꝰ. si tamen initiũ substantie eius usqꝫ ad finem firmiter teneamꝰ. Qui ẽm baptizantur in xpo suscipiunt quanda novam nãz p fidem formatam quia fides est silibi sperandaꝝ reꝝ ut dr j. ii. cã. et hoc vocatur hic initium spe eiꝰ. qđ debemꝰ usqꝫ in finem firmiter retinere. vn dicit. hodie. i. tpre grẽ. Si vocem eius audieritis ẽ. hoc totũ supra expositum fuit. Quida ẽm audientes. hic ꝯñe exponit q in aucte predicta dixerat de culpa exacerbationis p dicta. d. Quidam ẽm audientes exacerbauerut quia pplus isrl audiens verba exploratoꝝ incredulꝰ dño voluit in egyptũ re

uerti ut pdictũ ẽ sed non omnes qui pfecti sunt ab egypto p moysen. hoc dicit pp caleph et Josue qui non exacerbauerẽt dñm cũ alijs sꝫ fideles et obedientes dño pmanserut et sic patet qui peccauerũt et qui non. quibꝫ aũt. hic exponit de pena pp culpam pdicta inflictam/ et hoc est quod dicit. quibꝫ autem offensus est xl. annis ipe. s. deus puniens eos. nonne illis qui peccauerut q̃si diceret sic et non alijs quod patet p sequẽtem effectum cum dr. Quoꝝ cadauera prostrata sunt in deserto in pena pdicti pcti. quibus aũt iurauit. i. firmiter statuit non intro ire in requiem eius. i. in terram pmissionis nisi illis qui creduli fuerũt q. d. alijs non iurauit quia caleph et Josue qui fuerunt creduli ipi introierũt et io concludit et vidimꝰ. s. p effectum pdictum quia non potuerũt intrare pp incredulitatẽ predictã Ad euidentiam pdictoꝝ queritur vtrũ obduratio cordis sit attribuenda homĩ. et arguit primo q non quia illud qđ ẽ ppu dei non est attribuend homĩ obduratio cordis est huiusmodi g° ẽ. maior patet minor probatur p illud quod hetur ad Ro. 9. Cuiꝰ vult miseretur et quẽ vult indurat. Item idem p suam pntia et absentiam est causa contrarioꝝ sc̃m qđ dr 2°. phisicoꝝ. nauta ẽm p sui pntia est causa salutis nauis. et p sui absentia est causa pclitationis eiusdem Sꝫ deus p suam pntiam est causa mollificationis cordis ergo p sui absentiã est causa obdurationis Contrariũ patet p illud qđ dr in lra. nisi obduratio cordis ẽet ab homĩe frustra eos admoneret aplꝰ dicens. Nolite obdurare ẽ. Respondeo q non est inconueniens eũd effectum attribui diuersis causis. huiusmodi tamẽ obduratio cordis est obstinatio hoĩs in pctm. dr ẽm cor durũ methaᵉ ad silitũᵉ corporis. corpus ẽm dicit durum q non cedit tangenti sꝫ resistit. vt habetur ꝯtꝰ methauroꝝ ad silitudinẽ huiꝰ dr cor hominis durũ seu voluntas quia cor hic

actipit pro voluntate ut dictum est quod non cedit vel non obedit monitioni ad bonum sed magis resistit talis autem obduratio est ab homine inchoative et demeritorie inquantum per liberum arbitrium adheret peccato et per consequens avertitur a deo quantum in se est. et sic demeretur quod deus subtrahat ei gratiam suam sicut si ipse sol materialis illuminaret hec inferiora per cognitionem et arbitrii libertatem iuste retraheret lumen suum ab eo qui vellet quantum in se est ab eius lumine subtrahere se. Deus autem beneficium gratie dat hominibus ex cognitione et mera liberalitate et ideo iuste eum retrahit ab eo qui se per peccatum avertit a deo. cor autem humanum per gratiam dei mollificatur et ideo ipsa subtracta per peccatum obduratur et sic patet qualiter obduratio diversimode de deo et homini attribuitur inquantum est pena iuste inflicta et sic ex predictis patet ad questionem et ad argumenta ex utraque parte inducta.



IIII

Timeamus ergo. postquam apostolus adduxit auctoritatem scripture et expositionem illius ad ostendendum quod christo est firmiter obediendum. hic consequenter ex auctoritate predicta et expositione eius arguit ad propositum et dividitur in duas partes quia primo ostendit nobis modum sollicitudinis intrandi in requiem celestem que per ingressum terre promissionis figurata est. Secundo ex hoc concludit quod debemus ad hec festinare. ibi. festinemus ingredi. Prima in duas quia primo arguit propositum secundo probat quoddam in argumento erat suppositum. ibi. Et quidem operibus. Virtus autem sui argumenti in hoc consistit sicut patribus promissa est requies temporalis in terra promissionis. ita figuraliter nobis promissa est requies eterne beatitudinis quia omnia in figura contingebant illis ut dicit apostolus i. cor. x. sed illi qui fuerunt solliciti servare deo fidem et obedientiam introierunt requiem illam terrenam ut patet ex predictis et non alii. igitur si volumus intrare istam requiem celestem de hoc debemus esse solliciti. dicit igitur Timeamus ergo .i. solliciti simus quia timor sollicitudinem inducit. Ne forte relicta pollicitatione .i. promissione divina introeundo requiem eius .i. requiem celestem. et existimetur aliquis ex nobis deesse. hoc dicit quia illa completio promissionis divine nulli deficit nisi ipse deficiat. Etenim nobis nunciatum est. requies .s. eterna. quemadmodum et illis qui fuerunt in veteri testamento. fuit enim nunciatum de requie eterna sed non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei. quia licet promissio illa fuit omnibus facta tamen illi soli qui fuerunt creduli perceperunt illius promissionis effectum. Et ideo concludit. Ingrediemur enim in requiem .s. celestem qui credidimus ipsi christo quemadmodum dixit ipsis .s. incredulis Sicut iuravi in ira mea etc. patet expositio per predicta quia sicut fideles admittuntur ad requiem celestem ita increduli excluduntur.

Et quidem operibus hic probat illud quod suppositum est in argumento. scilicet quod requies celestis sit figurata per requiem terre promissionis. Et dividitur in duas partes secundum quod hoc probat dupliciter per scripturam. secundum ibi. Et in isto rursum. prima probatio talis est. perfectis operibus scripture in principio mundi dicit scriptura quod deus requievit die septimo etc. Ista autem requies non potest intelligi requies terre promissionis sed magis requies per quam deus requiescit in seipso et hec est requies glorie quia mens humana non potest quiescere nisi in deo. Et ista figurata per requiem terre promissionis. sicut perfectum per imperfectum et veritas per umbram. hec est igitur quod dicit apostolus. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis in suis speciebus et naturis. Dixit enim in quodam loco .s. gen. ii. loquitur tamen sic in generali quia illa scriptura erat nota et famosa illis quibus scribebat de die vii. sic .s. loquitur predicta scriptura Et requievit deus die vii. ab omnibus operibus

suis in sexto quiescendo et in hoc stat virtutis predicte quia per hoc habetur quod est alia requies vera et perfecta a requie data filiis israel in terra promissionis et per quem figurata per illam ut dictum est. Et in isto hic ponit aliam scripturam ad probandum hoc idem et est probatio talis. David rex fuit per magnum tempus postquam filii israel obtinuerant terram promissionis sub Josue et in ea quieverant. Et tamen ipse determinat quemdam novum modum intrandi in requiem dicens hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra ne perveniatis requie promissa sicut patres vestri propter suam incredulitatem patet igitur ex dicto David quod est alia requies perfecta que est quies beatorum figurata per quietem filiorum israel in terra promissionis quia si Josue dedisset filiis israel perfectam quietem et ultimatam David qui per magnum tempus post eum fuit non hortaretur fideles de novo ad ingrediendum requiem. Hec est igitur quod dicit apostolus. Et in isto rursum hoc est in hoc loco scripture ipsius David iam allegata. Si introibunt in requiem meam patet propositum io sequitur. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam scilicet in requiem perfectam de qua loquitur David. Et hiis quibus prioribus nunciatum est de requie in terra promissionis que fuit figura huius non introierunt propter illorum incredulitatem ut patet ex predictis. Iterum terminat id est determinavit sacra scriptura diem quandam hoc est tempus aliud ingrediendi requiem perfectam dicendo in David id est per ipsum David. Hodie etc. post tantum temporis sicut supra dictum est id est post multum tempus postquam filii israel sub Josue habuerunt requiem in terra promissionis dicit David. Hodie si vocem eius audieritis etc. isto tempore quod vocatur hodie respectu veteris testamenti. Ex hoc patet quod eius loquitur de alia requie quam fuerit requies in terra promissionis propter quod subdit. Nam si eis id est filiis israel Jhesus id est Josue requiem prestitisset id est requiem perfectam et ultimatam dedisset in terra promissionis eos introducendo numquam de alia loqueretur id est ipse David non loqueretur de alia requie vel de alio tempore intrandi in requiem post hanc diem id est post illud tempus in quo Josue dedit filiis israel requiem in terra promissionis. Ex quo concluditur. Ergo relinquitur sabbatismus populo dei id est requies perfecta beatorum ubi dei populus recipietur que quidem quies per quietem terre promissionis figuratur et illa quies perfecta consistit in fine ultimo perfecte et principaliter apprehenso hoc est quod subdit. Qui enim ingressus est in requiem eius et ipse requievit ab operibus suis sicut et a suis deus hoc est dictum quia sicut post verum productionem deus requievit in sexto sic beati qui requiescunt a laboribus suis habent quietem in deo ipso perfruendo licet enim alia sit beatitudo dei et beatorum loquendo formaliter quia alius est actus videndi et amandi hic et ibi tamen est eadem beatitudo obiective loquendo quia idem est obiectum beatitudinis dei et sanctorum

/ Considerandum tamen quod beati non quiescunt ab omnibus operibus qualiter loquendo quia continue et eternaliter vident amant et laudant deum. sed requiescunt a laboriosis secundum quod dicitur apocalypsis 14. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Festinemus ergo ostenso quod debemus esse solliciti de ingressu ad requiem celestem. hic consequenter concludit quod debemus festinare ad ipsum et dividitur in duas partes quia primo hortatur nos ad istam festinationem. secundo inducit ad hoc rationem ibi. Vivus enim est sermo. primo igitur dicit sic festinemus etc. ex quo ita est quod nobis incumbit solicitudo de ingressu requiei # in illam requiem que festinatio est per fidem per dilectionem operantem ut ne in ipsum quis incidat incredulitatis exemplum id est ne incidamus in consimilem penam in qua inciderunt increduli veteris legis qui propter incredulitatem suam fuerunt exclusi a requie terre promissionis et pena eorum data est nobis in exemplum ne consimiliter perveniamus

celestis. festinemus ingredi

requie celesti si fuerimus tardi et pigri
ad ingrediendum. Vivus enim etc. Postquam posuit
suam monitionem hic consequenter ponit sue moni-
tionis rationem et dividitur in duas partes
secundum duas rationes quas facit. Secunda ponitur ibi
Habentes ergo pontificem. Prima ratio pro-
cedit ex Christi excellentia in natura divi-
nitatis et est talis ei qui habet excellentiam
divine nature et virtutis infinite et universalis
cognitionis et supreme auctoritatis credendum
est de impletione sue promissionis
et per consequens sectare est festinandum ad ipsam ob-
tinendam. Sed Christus in natura divina habet conditiones
predictas ergo. In ista ratione sic procedit apostolus quod ma-
iorem propositionem supponit tamquam manifestam
sed minorem ponit et declarat eam dicens
Vivus est sermo dei in quo primum scilicet excel-
lentia divine nature in Christo tangitur quia
sermo hic accipitur pro verbo. Unde et in greco
hic habetur logos quod significat idem quod verbum.
Verbum autem in divinis est eiusdem nature
cum eo cuius est verbum. Cum igitur
Christus sit verbum dei secundum quod habetur Jo.
i. Verbum caro factum est. Sequitur
quod in eo sit excellentia divine nature.
Et bene dicitur Vivus est sermo quia
verbum dei vivit vita nobilissima quia
eius vivere est divinum intelligere quod
est respectu obiecti nobilissimum et propter
hoc concludit philosophus 12. methaphysice quod primum
sive deus vivit vita nobilissima et optima
et sic patet primum. Consequenter declarat secundum scilicet
quod in Christo sit efficacia virtutis infinite cum
subdit Et efficax. Tanta est enim eius ef-
ficacia quod se extendit ad omnia secundum quod dicitur
Sapientie 7. Omnium est enim artifex omnem habens
virtutem. Sed considerandum est quod virtus
aliorum artificum attingit tantummodo rei
factibilis exteriora sed virtus dei tanta
est quod attingit cuiuslibet rei intima quia
est causa eius dans esse. Et conservans et
principia rei cuiuscumque univens et coniungens
propter quod intimior est ipsi rei quam ipsam res sit
ipsi et ad hoc denotandum dicit Et penetrabi-
lior omni gladio ancipiti id est habenti acutiem
ex utraque parte. Et sic non impeditur eius
penetrabilitas ex aliqua parte. Simile est de
virtute Christi que a nullo potest impediri quin per-
tingat ad intima rei. Et ad maiorem
huius expressionem subdit. Et pertingens usque
ad divisionem anime et spiritus etc. Animam
dicit propter potentias eius animales que sunt
anime et corporis communes. Spiritus dicit propter pote-
ntias anime abstractas quibus convenit cum sub-
stantiis spiritualibus. Per hoc vult dicere quod virtus
Christi et attingit rei intima quantumcumque sit
occulta. Sequitur. Compagum quoque et
medullarum. Compages sunt corporis iuncture
nervis colligate. Medulle sunt intra ossa
incluse. Per hoc vult dicere quod virtus Christi
attingit omnia quantumcumque sint ligata et
inclusa. Et sicut patet secundum scilicet efficacia
virtutis. Consequenter declarat tertia scilicet universalitas
sue cognitionis que se extendit ad omnia
etiam in particulari quantumcumque sint occulta
et hoc est quod dicit Et discretor cogita-
tionum que soli deo cognite sunt secundum communem opi-
nionem doctorum. Et hoc videtur per illud quod dicitur
primo Regum 16. Deus autem intuetur cor. Con-
siderandum etiam quod licet aliqui doctores
dicant ipsam cogitationem nostram esse cognos-
cibilem pure substantie spirituali tamen de intentione
cogitationis ipsi concedunt quod est cognosci-
bilis deo soli. Verbi gratia. Si cogitem de mu-
liere intentione decipiendi ipsam vel ad bo-
num informandi cognoscit solus deus.
Et propter hoc subdit apostolus. Et intentionum
cordis. Quia cognitio Christi non solum se ex-
tendit ad ipsas cogitationes sed etiam ad co-
gitationum intentiones. Ex dictis patet
quod Christus cognoscit ea que sunt ad cognoscendum
difficillima ex quo concludit ulterius quod
cognoscit omnia alia dicens. Et non est
ulla creatura invisibilis in conspectu
eius. Et quia non solum videt res in su-
perficie sicut et nos cum videmus hominem
vestitum non videmus ea que latent sub
veste sed omnia in profundo. Ideo subdit Omnia

nuda aperta sunt oculis eius. Et sic patet 3m. Consequenter ponit 4m scilicet excellentiam auctoritatis in xpo cum dicit. Ad quem nobis sermo. Ipse enim est constitutus iudex vivorum et mortuorum. Ideo mutuo habemus sermonem ad ipsum quia oportet nos reddere rationem coram deo de omnibus factis nostris et cogitationibus. Et sic patet 4m. Et per quod patet minor prime rationis quantum ad eius quatuor partes scilicet quod in xpo racione divinitatis est excellentia nature. Efficacia cognitionis et virtutis et per quod debemus festinare ad id quod nobis promisit et permittit scilicet ingredi in requiem celestem. Habentes ergo pontificem etc. Hic ponitur 2a ratio ad idem ostendendum et accipitur ex parte humanitatis xpi et est talis. Xpus in sua humanitate habet magnitudinem per quam potest nos adiuvare. Habet etiam pietatis teneritudinem per quam paratus est nobis compati et condescendere. Ergo sic debemus festinemus ingredi in requiem celestem confisi de eius adiutorio tempore oportuno quod est tempus presens quia est tempus gratie. In ista racione sic procedit apostolus quia primo declarat xpi magnitudinem etiam secundum suam humanitatem dicebatur enim pontifex in lege et magnus quia semel in anno intrabat sancta sanctorum in sanguine alieno ergo multo fortius xpus debet dici pontifex magnus qui intravit celum in sanguine proprio. Item dicebatur pontifex legis magnus quia erat de filiis aaron et multo fortius xpus debet dici magnus qui est naturalis dei filius nec potest dici filius dei adoptivus etiam secundum humanitatem et hoc est quod dicit apostolus. Habentes ergo pontificem magnum qui penetravit celos ihesum filium dei. Igitur ex quo est ita magnus teneamus confessionem ore et opere eius magnitudinem confitendo et ei obediendo. Consequenter ostendit pietatis teneritudinem in xpo cum dicit. Non enim. Xpus enim in carne passibili assumpta pro nobis passus est in cruce et temptatus molestato a demone. Et ideo ex tali experientia

habet quandam aptitudinem ad compatiendum infirmitati nostre et hoc est quod dicit apostolus. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris temptatum autem per omnia. Considerandum tamen quod licet xpus temptatus fuerit in carne passibili sicut et nos. tamen alio modo quia ex temptationibus frequenter in delectationem peccati et consensum incidimus. Iste autem nullo modo. Et ideo eius temptatio fuit tantum exterius et hoc est quod dicit apostolus. per similitudinem absque peccato. quia in simili carne temptatus sed non simili modo. Et quia xpus habet potestatem nos adiuvandi et aptitudinem ad hoc propter pietatis teneritudinem ideo concludit apostolus. Adeamus igitur in fide per dilectionem operante. Cum fiducia. de xpi potestate et misericordia ad tronum gratie eius ut misericordiam consequamur ingrediendo requiem celestem et gratiam inveniamus sine qua non possimus ingredi in illam in auxilio oportuno hoc est moderno tempore quod est tempus gratie. Ad evidentiam maiorem eorum que dicta sunt circa principium huius capituli. Queritur utrum requies beatorum fuerit figurata per requiem filiorum israel in terra promissionis. Et arguitur primo quod non quia status beatorum figuratur per novum testamentum quia novum testamentum medium est inter statum veteris legis et inter statum beatorum. et ideo sicut ea que fuerunt in veteri testamento sunt figura eorum que in novo ita facta novi testamenti sunt figura eorum que sunt in gloria celesti. Sed illud quod est proprium novi testamenti non est attribuendum veteri. ergo requies filiorum israel in terra promissionis non fuit figura requiei celestis. Item si requies beatorum esset figurata in veteri testamento ibi promitteretur aliquo modo. sed hoc est falsum quia lex vetus non poterat illam requiem dare ut patet ex predictis et sic promitteret illud quod esset sibi impossibile. etc. Item figura debet cedere figurato. sed moyses legis lator veteris testamenti

requiem terre pmissionis no intuit ergo
nec lex vetus requiem celestem figurauit
Contrariu patet in lra. Respondendo duo
sunt hic videnda. pm est qd sit requies
btorz. 2m qualiter figurata fuit p re
quiem in terra pmissionis. Circa pm
considerandum qd requies non accipi
hic put opponitur motui et lassitudini
corpali. Et hoc duplici de causa. po quia
talis requies pot hri in vita pnti. sed bti
tudo non pot hri in vita pnti. Scdo quia
requies btorz idem est reali qd btitudo ipozr
Beatitudo aut ista est pfectio aie sm ptc
supiore videlicet sm voluntate et intel
lectum ubi requies que opponit motui cor
porali et fatigationi non ht locu. Et io qes
btorz accipi put opponit motui in spualibz
que mouentur ad aliquid p amore et desi
deriu. Sicut eni mouentur a moribz sic
corpa ponderibz sm qd dicit augustis li.
de confess. Amor meus pondus meu eo
feror quocuqz feror et sic quies btorz con
sistit in hoc qd appetitus eorz totaliter quie
tatur p adeptione summi boni potentis
quietare appetitu. pp qd dicit aug9 lib.
confess. Inquietu est dne cor meu donec re
quiescat in te. Ex dictis patet qd eadem
realiter est quies dei et btorz s tn accipi
quies obiectiue. qz idem est obiectu btitudis
vtriusqz. Si aut accipiatur formaliter
differunt sicut creatum et increatum sicut
de btitudine dei et scorz dictum est et sic
pz pm. Circa 2m considerandu qd illud
quod est figura alicuius oportet qd sit in
se res aliqua. qz qd nihil est in se non pt
aliud figurare. Et ideo illud quod e figa
alicuius potest accipi triplr vno mo ut est
res tantu. alio mo ut est figura tm. 3o.
mo ut est res et figura simul. Isto tri
plici modo inuenitur in scptura aliquid
dictum de requie terre pmissionis quia
alno aliquid dr de ipa sm se et hoc modo
pot dici figura requiei btorz sicut e illud
quod scribitur deut. 32. Incrassatus est

dilectus et recalcitrauit 7c. Quia quies
in habundantia illius terre fuit occasio
ydolatrie. Inuenitur etia aliquid scptum
de ipa inquantum est figura tm sicut e
illud quod habetur. Eze. 43. fili hominis
locus solij mei et locus vestigiorz meorz
pedu. vbi habito in medio filiorz isrl in
eternu. Et sic sensus lralis huius aucte e
tm modo de requie celesti. Inuenit etiam
aliquid scptum de requie pdicta inqntu
erat res et figura sicut est oe illud vbi
pmittit requies in terra pmissionis filijs
isrl in pmiu virtuose opationis quia pmi
um debet excedere meritu sicut finis me
lior est hijs que sunt ad finem. nuc autem
ita est qd opatio virtutis melior est qz fuit
quies illa corpalis. Et io quies illa corpal
non potuit ee pncipale pmium virtutis
s fuit quoddam bonu min9 sensibile tn eis pro
missum et sub hoc intelligitur pmissa
pncipalr quies btorz ista aut quies btorz
hic inchoat p gram sm qd dr luce 2o.
In terra pax hoibz bone voluntatis. et
csumatur p gloriam. vtrumqz aut datur nob
p ihm xpm qui est actor noui testamenti
Et sic patet qd quies terre pmissionis fuit
figura requiei celestis ei habende nob p xpm
Et sic non fuit figura ipius immediate
s mediante statu no. te. et sic pz 2m. Ad
argumenta pz p pdicta qz non concludit
nisi qd requies terre pmissionis no fuit
figura immediata requiei celestis ut pa
tet intuenti.

V

Omnis namqz pontifex 7c.
Postqz aut aplus ondit excel
lentiam noui testamenti re
vetcris p hoc qd xpus pemiet
anglis et etiam moysi p quos data est vet9
lex hic ondit hoc idem p hoc qd sacerdotiu xpi
pemmet sacerdotio aaron. Et circa hoc duo
facit quia primo ondit xpm esse pontifice
2o. ondit ipm ee excellentiore pontifice ve.
te. 2a. ps incipit in pn. 7. ca. hic enim
melchisedech. Circa pm duo facit. qz p.

ondit xpm esse pontificem. 2o. pparat ani
mas auditorum ad ea que sequuntur. 2a. ibi. De quo
nobis grandis sermo. Prima adhuc in duas
quia primo ondit quid requiritur in pontifice.
2o declarat ea in xpo fuisse. 2a. ibi. Sic et
xpus. Prima adhuc in tres quia primo descri
bitur pontificis status. 2o. sui officij debitus
usus ibi. Qui condolere possit. 3o. debitus
constitutionis modus ibi. Nec quisquam. Circa
primum considerandum quod ille qui constituitur
pontifex debet esse homo non angelus quia debet
esse talis nature quod subditi possint ad eum fa
miliariter et faciliter recurrere. Et hoc
est quod dicit apostolus. Omnis namque pontifex
ex hominibus i. de numero hominum debet
esse verumptamen debet esse similis alijs in natura.
tamen debet eos excedere in gradu dignitatis et
in uita. ideo sequitur. Assumptus i. ex toto statu
hominum super alios eleuatus et quia non debet
querere proprium comodum uel honorem sed subdi
torum salutem. ideo sequitur. pro hominibus consti
tuitur. Et quia non instituitur ut presit
in temporalibus sed magis in spiritualibus. ideo subditur
In hijs que ad deum i. in spiritualibus et diuinis
Et quia talia debent offerri libere non coacte
nec mercenarie ideo subditur. ut offerat dona
i. voluntarie oblata non violenter extorta. et
sacrificia pro peccatis scilicet populi. Qui condolere pos
sit etc. Hic consequenter describitur modus debitus
utendi officio pontificali. quia cum sit vica
rius xpi dei cuius proprium est parcere et misereri
ideo debet peccantium misereri et hoc est quod
dicit. Qui condolere possit hijs qui ignorant
i. peccant ex ignorantia. et errant i. hijs qui
peccant ex infirmitate uel quocumque alio er
rore quia infirmitas passionis peruertit
iudicium racionis. debet autem pontifex moueri
ad misericordiam circa tales ex consideratione proprie
fragilitatis. Unde et dominus permisit beatum petrum
in peccatum cadere ut sciret alijs compati ex
consideratione proprij delicti. propter hoc sequitur
Quoniam ipse circumdatus est infirmitate propria
et quemadmodum pro populo ita et pro semetipso
offerre dona pro peccatis. Unde et in veteri lege

determinatur proprium sacrificium pro peccato ponti
ficis. et in noua lege dicit sacerdos in cano
ne. Nobis quoque peccatoribus etc. Percutiendo
proprium pectus in recognitione sui peccati. pro
quo offert sacrificium sicut et pro peccato populi
Nec quisquam etc. Hic consequenter ondit debitus modus
assequendi pontificale officium quia homo non
sibi ipsum assumere debet violentia, surrepcione et
simulatione. Sed si sibi imponatur pro vti
litate populi debet cum timore suscipere. Unde
dicit augustinus xix. de ciui. dei. otium sanctum querit
caritas. negotium iustum suscepit ne
cessitas caritatis. quam sarcinam si nullus
imponit contemplande veritati uacandum
est. et hoc est quod dicit apostolus. Nec quisquam
sumit sibi honorem. sed qui uocatur a deo
tamquam aaron. ille enim a deo uocatur qui modo
debito instituitur. Sic et xpus etc. Consequenter quod
requiritur in pontifice. hic consequenter ondit
illud xpo conuenire et diuiditur in duas
partes quia primo declarat propositum. 2o. ex
hoc concludit intentum ibi. appellatus
est a deo. Circa primum sic procedit quia primo
ondit xpm fuisse esse pontificem a deo.
2o. agit de eius officio ibi. Qui in diebus
carnis sue. 3o. de pietatis excursu ibi. Et
quidem cum esset filius dei. prima in duas
quia probat xpi pontificatum esse a deo patre
per duplicem auctoritatem scripture. 2a. ibi quemadmodum
admodum et in alio loco. Circa primum dicit
sic continuans sententiam hanc immediate prece
denti. Sic et xpus non se ipsum clarificaui
uit ut pontifex fieret sicut absolon et
ypocrite ut posuit ad dignitates eccl(esi)asticas as
cendere. Sed qui locutus est ad eum i. deus
pater. clarificauit xpm. et hoc est intelli
gendum secundum naturam humanam quia in di
uina natura habet eandem claritatem et
gloriam cum patre. potest etiam intelligi secundum di
uinam naturam non sic quod deus pater filio ali
quam claritatem uel gloriam de nouo dederit
sed inquantum diuinitatem quam ab eterno
habuit a patre in tempore pater ipsam manifesta
uit. propter quod petebat saluator in Io. 13.

Clarifica me pr̄ apud temetipm̄ claritate
qua habui prius q̄ mundus fieret. hanc
aūt claritatem filij declat pr̄ dicens q̄
sequitur et accipit de psalmo scdo. filius
meus es tu ego hodie genui te et hoc est
expositum supra p̄.cā. Quemadmodum
et in alio loco. hic cōiter aplus inducit
aliam actoritatē psalmi ad probanđ sacer
dotiū xpi ēē a deo quia est verbū p̄ris ad
filium dicentis Tu es sacerdos ineternū
scd̄m ordinē melchisedech. dicitur autem
ineternū ad differentiam sacerdocij ve
teris legis quia illud tantum erat tempo
rale et figurale. Sacerdotium aūt xpi
est eternum et verū quia nos introducit
ad claram visionē in vita eterna. qđ non
poterat facere sacerdotiū veteris legis. ad
ditur etiam alia cōa p hoc quod dr̄ scd̄m
ordinē melchisedech. q̄r sacerdotiū veteris
legis fuit scd̄m ordinē aaronicū seu leviti
cum. sacerdotiū aūt xpi scd̄m ordinem
superiorem qui figuraliter tangitur cum dr̄
scd̄m ordinē melchisedech scd̄m q̄ inferius
diffuse determinat aplus .7.cā. et ibidem
pleniꝰ hoc verbum exponetur. Qui in di
ebus. hic cōiter agitur de officio pontificatꝰ
xpi primo declarans tempꝰ debitū dicens
Qui in diebus carnis sue .i. passibilitatis
qua ante resurrectionē habuit carnē passi
bilem sꝫ non peccabilem et illud fuit tempus
debitum. utendi officio pontificis offerens
pro nobis sacrificium. 2°. tangit modū of
ferendi devotū cum dicit. preces supplicationesq.
dicit preces quia apud prem̄ fecit petitiones.
dicit supplicationes quia in orando habuit
modum humilem et devotū ad eum qui possꝫ
eum saluare a morte .i. ad prem̄ qui poterat
eum saluare a morte faciendo q̄ nō more
retur si vellet. sꝫ tantū voluit ꝑ redemp
tione nram̄ adimplendam q̄ p mortē xpi
convenientissime impleta est. Saluavit tamē
eum a morte. Alio modo .s. eum a mortuis
suscitando. Cum clamore valido et lacrimis
offerens .s. corpus suū cum precibꝫ in cruce

q̄ aūt moriens valde clamaverit dicunt
evangeliste. sꝫ q̄ ibi lacrimatus fuerit
non habetur de evangelio expresse potest
tamen haberi p simile q̄r Joh. 11. dr̄ q̄ xpus
in morte lazari lacrimatus est ex pietate
et magis probabile est q̄ lacrimatus fuerit
in cruce pro totius humani generis redēp
tione. dr̄ etiā Joh. ultimo q̄ multa fecit
ihūs que non sunt scripta. Et ideo cum aplus
dicat ipm̄ tunc lacrimasse. tenenđ ē hoc
tamq̄ certū quamvis in evangelio nō sit
scriptū. Ex quo patet ex predictis q̄ orō
et oblatio xpi facta fuit et humili modo de
voto et ferventi ideo merito fuit exaudi
bilis et accepta. Et hoc est quod subditur
Et exauditus est pro sua reverentia quia
utendo offō pontificis .s. orando pro pplo et
offerendo suū sacrificiū hūit modū devo
tum et reverentissimū. Et quidē. hic cōiter
ondit q̄ in xpo fuit maxima mīa que
debet ēē in pontifice quia cum eet deus
ab eterno in qua natura pati non poterat
ex sua pietate et mīa qua visitavit nos
oriens ex alto assumpsit naturā hūanā
passibilem in qua pro nobis experientia ad
compatienđ nobis quodāmō aptior reddere
tur et hoc est quod dicit aplus. Et quidē
cum eet filiꝰ dei ab eterno existens in nā
diuīa didicit ex tpre in natura hūana
Ex hiis qui passus est obediā. sꝫ hoc fuit
tantū notitia experimentali nō ꝑfecit. sed eā H
etiam totam ab instanti conceptionis ha
buit. Et quia p suam passionē meruit gliā
sui corporis et exaltationē etiam cōitꝰ ad
aliorꝫ glorificationem ideo se sequitur. Et
consumatꝰ factus in brevi. Quia in sua
resurrectione hūit gloriā ꝯsumata in
corpe q̄r prius erat ꝑfecta tm̄ ex pte anime.
factus est obtemperantibꝫ sibi p veram fidē
Causa salutis eterne. videmꝰ enim in natu
ralibꝫ q̄ illud quod est .s. ꝑfectum potest
facere alterū sibi simile. Similiter xpus
in glīa ꝑfectꝰ est aliis causa glorie in
quantū deus p modum principal effectum

H. q̄r in noticia hituali

et quantu homo p modu merentis et in
strumentum coniunctum in unitate suppositi
Alij aut sancti se habent ad deum p modu
instrumenti separati sicut manus ar
tificis aliter est instrumentum eius et ia
aliter securis. Appellatus ons ꝙ xpus ha
buit pfecte illa que debent ee in pontifice
hic gnr concludit ppositu principale .s. ꝙ
xpus est appellatus pontifex realiter et
vere dicens. Appellatus est a deo pontifex
scdm ordinem melchisedech. hoc aut addidit
ꝙ sacerdotiu xpi non consistit in oblone
brutorum animalium sicut consistebat
sacerdotiu leuiticu sz consistit in oblone
corporis et sanguinis ihu xpi sub spe panis et
vini. sicut melchisedech qui erat sacerdos
dei altissimi obtulit pane et vinu. ut
habetur gen. 14. ca. de quo nob grandis
smo. Ons ꝙ xpus sit vere pontifex.
hic gnr pparat aios audientiu respectu
sequentiu. Et diuiditur in tres partes ꝙ
primo reddit auditores attentos. 2o. do
ciles in principio sequentis capli. Qua pp
intermittentes; 3o. beniuolos ibi. et hoc
quidem facienus. Circa p.m considerand
ꝙ aimus auditorum excitatur ad attetoez
qn doctor ei insinuat discendorum diffi
cultatem. quequide difficultas potest
contingere dupr. Vno modo pp materie ar
duitatem. Alio modo pp audientis imbecil
litatem ad capiend et tarditate vtrumqz
contingit in pposito. qz materia incar
nationis de qua loquebatur aplus est
valde ardua et difficilis. Item illi quibus
scribebat .s. iudei erant imbecilles ad ca
piend pp assuefactoez ad ꝯriu et hoc est
quod dicit aplus de quo .s. pontifice nro
ihu xpo. est nobis grandis smo et inter
petrabilis ad discendu .i. interpretacione
indigens pp materie difficultate. et utrum
alia causa est qm imbecilles facti estis
ad audiendum .i. ad intelligend de quo
eos reprehendit dicens Et eni cum debe
retis magri esse pp tpus .i. pp diuturni

tatem tpris. hoc dicit aplus quia ꝯ ipi
fuerant instructi a iuuentute in lege et
pphetis. Rursus indigetis ut vos doceamini
que sint ele meta exordij smonu dei. In grā ele
menta dicuntur hec quas pueri primo adis
cunt ad silitudine huius dicunt. ele. ta illa
que sunt pma et communia in fide que
quilibet debet scire. Considerand tamē
ꝙ aplus non dicit ut velit eos de talibus
instruere ut in principio sequentis capituli
patet sz ut sic loquendo possit eos melius
excitare pp qd etiam ad hoc subdit. et
facti estis quibus lacte opus est sic non solido
cibo. sicut eni paruulis datur lac qd est cibus
de facili conuertibilis et non dantur eis
carnes uel pisces uel alij cibi duri diges
tionis. Ita silr nouitijs in fide et simpli
cibus non sunt pponenda difficilia fidei sz
ea tantum que possut de facili capi. pp qd
sequitur Omnis eni qui lactis est particeps
.i. indigens doctrina facili. Expers e ser
monis iustitie .i. ineptus ad capiend dif
ficilia que tn sunt pponenda perfectis. Cuius
ro subdit. paruulus est eni .i. nouellus et impo
tens ad talia pfectorum est solidus cibus
.i. doctrina subtilis in hijs que ad fide per
tinet est tn pponenda pfectis. et qui sut
tales ondit. gnr .d. Eorum qui pro ipa
consuetudine in exercitio scripturarum exer
citatos hnt sensus .i. virtutes intellectuales
que p sensus aliquo designantur sicut ali
quo alicui dicitur vides tu .hec intelligis
et ad quid valeat tale exercitiu subdit. d.
Ad discretione boni et mali .i. veri et falsi
in hijs que sunt fidei quia veru est bonu
intellectus et falsum e malu eius. Ad eui
dentiam maiore huius pts voltic. queritur
vtrum misteria et subtilia fidei sint oibus
pponenda indifferenter. Et arguitur primo
ꝙ sic quia dr. Mar. vltio predicate euua
gelium omni creature sz in euuagelio ꝯti
nentur omnia fidei misteria ergo .et c. Item
credere articulos fidei explicite est de ne
cessitate salutis quantu ad omnes sed non

possunt talia credere nisi eis proponantur. Ergo articuli fidei sunt omnibus proponendi. Sed articuli continent fidei misteria et difficilia, igitur etc. Contra per illud quod habetur in textu: Et facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo etc. Respondeo: misteria fidei possunt dupliciter proponi. Uno modo ut credenda simpliciter per simplicem assensum. Alio modo proponuntur ut aliqualiter intelligenda per rationes prout potest haberi intellectus materia. Loquendo igitur de primo modo proponendi, dicendum quod fidei misteria non sunt omnibus proponenda, quia non debent proponi infidelibus obstinatis, quia ex hoc non sequitur eorum conversio sed tantum fidei derisio et proponentium mors sive occisio. Et hoc est quod dicit salvator Matthei 7: Nolite sanctum dare canibus neque mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis et canes conversi disrumpant vos. Per sanctum et per margaritas intelligitur doctrina fidei sancta et preciosa; per canes et porcos intelliguntur obstinati in infidelitate et in immunditia sua. Sed fidelibus et credere volentibus et illis de quibus speratur sua conversio proponenda est fidei doctrina. Advertendum tamen quod in doctrina fidei aliqua sunt omnibus communia, quia omnes tenentur credere illa explicite, sicut ex articulis incarnationis Christi, passionis et resurrectionis et consimilia que communiter predicantur in ecclesia, et talia sunt omnibus proponenda etiam simplicibus, non tamen subtiliter sed per grossa exempla ab eis capibilia, quia aliter daretur eis occasio errandi. Alia que sunt in doctrina fidei que sequuntur ex articulis fidei, que ad credendum explicite non tenentur simplices sed illi tantum qui sunt in ecclesia superiores, talia non sunt simplicibus proponenda nisi probabiliter timeretur quod in talibus essent male informati ab hereticis. In tali enim casu sunt de talibus instruendi, quia perfidia heresis non tantum consistit in errore circa articulos sed etiam in errore eorum que sequuntur ex articulis. Sicut enim hereticum est dicere quod deus non sit incarnatus, ita hereticum est dicere quod non assumpsit ea que sunt de veritate humane nature. Et ideo Manicheus condempnatus est ut hereticus qui dixit dei filium assumpsisse corpus fantasticum. Et sic multi autem qui negaverunt in Christo esse aliqua que pertinent ad naturam humanam. Si autem loquamur de secundo modo proponendi ea que sunt fidei, scilicet inquantum sunt per rationes intelligenda, sic tantummodo proponenda sunt hominibus intelligentibus et exercitatis in scriptura qui possunt capere talia, non autem simplicibus et capere non potentibus, quia hoc posset esse eis erroris materia. Argumenta patent per predicta.

VI

Quapropter intermittentes etc. In parte immediate precedenti apostolus reddidit auditores attentos ostendendo dicendorum difficultatem. Hic autem reddit eos dociles ostendendo eorum ordinem, quia ostendit que sunt dimittenda et que prosequenda. Illi enim quibus scribebat erant exercitati in scripturis, et ideo dicit quod intendit dimittere ea que solent dici novitiis, sed intendit prosequi ea que solent dici perfectis. Et hoc est quod dicit: Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, scilicet facilia a quibus incipit fidei doctrina, ad perfectionem feramur, id est ad doctrinam perfectorum. Et que sint illa que intendit dimittere breviter tangit, et sunt sex. Primum est penitentia a peccatis preteritis. Sicut enim in motu naturali prior est recessus ad terminum ad quem, ita in processu gratie que perficit naturam. Primum est penitentie sacramentum quod est quidam recessus a peccatis, et hoc tangitur cum dicit: non rursum iacientes fundamentum penitentie ab operibus mortuis, id est a peccatis que sunt opera mortua. Dicitur autem penitentia fundamentum quoniam est illud quod

a termino a quo quam accessus

est primum in processu gratie ut dictum est sicut fundamentum est id quod primum est in edificatione. 2m quod est dimittendum est fides simplicium per quam fit accessus ad divina secundum quod dicitur infra .xi. ca°. accedentem oportet credere quia est etc. Et hoc tangitur ibi. et fidei. 3m est baptisma quod est quedam spiritualis generatio et hoc tangitur cum dicitur ibi baptismatum doctrine. Et dicit in plurali quia triplex est baptisma scilicet fluminis flaminis et sanguinis verumptamen habent tantum virtutem unius baptismi et ideo dicit apostolus ad ephe. 4°. una fides unum baptisma. Quartum est sacramentum confirmationis in quo datur spiritus sanctus ad robur sicut in baptismo datur ad quod esse spirituale et hoc notatur ibi; interpositionis quoque manuum. Quintum et sextum pertinet ad terminum spiritualis processus. Expectamus enim resurrectionem corporum futuram quia hoc amoto inanis esset fides nostra ut dicitur .i. chor. 16°. et hoc tangitur ibi ac resurrectionis mortuorum que est quintum. Expectamus etiam remuneratione nobis fiendam in iudicio extremo et hoc est sextum quod notatur ibi. et iudicii eterni dicitur autem illud iudicium eternum quia sententia ibi data in eternum durabit. Ista sex predicta non intendit apostolus prosequi modo quia sunt quedam fidei rudimenta de quibus fideles novicii sunt instruendi et talibus instruebatur in primitiva ecclesia ut patet actuum 17°. et in pluribus aliis locis. Et hoc faciemus. Hic quare reddit apostolus auditores benivolos ostendendo eis sue doctrine possibilitatem et utilitatem et dividitur in tres partes quia primo proponit in generali quod sua doctrina est conveniens et possibilis. 2°. ostendit in speciali quibus est impossibilis ibi Impossibile est enim eos. 3°. quibus est possibilis ibi confidimus autem. Circa primum considerandum quod apostolus in principio huius capituli dixit se instruere illos quibus scribebat de hiis que pertinent ad perfectionem doctrine christi

Et quamvis istud sit difficile tamen hoc est bene possibile cum adiutorio dei et hoc est quod dicit apostolus. Et hoc quidem faciemus scilicet siquidem permiserit deus idest adiuverit. Magis enim dicit et plus significat. Impossibile enim. Hic ostendit quibus sua doctrina est impossibilis. Et dividitur in duas partes quia primo ostendit propositum secundo ad hoc inducit exemplum ibi. Terra enim dicit igitur quod sua doctrina est inutilis illis qui post multa beneficia divina recepta per ingratitudinem labuntur de peccato in peccatum quia de se resurgere non possunt et iuste a deo permittuntur depressi horrore peccatorum. talibus fit in peccato profunditatis. Et per hoc quodammodo obstinatis secundum quod scribitur proverbi. 16. Impius cum in profundum peccatorum venerit contempnit. Inutilis est doctrina apostoli quia non recipiunt humanam persuasionem et hoc est quod dicit apostolus. Impossibile est enim eos qui semel illuminati sunt. recipientes baptismi sacramentum quod dicitur sacramentum fidei quia illuminat per fidem Et bene semel dicit quia hoc sacramentum non potest adhiberi homini nisi semel cum non sit iterabile. gustaverunt etiam donum celeste quia in sacramento baptismi confertur gratia que de celo datur. Et participes facti sunt spiritus sancti. quia varia dona spiritus sancti dantur cum gratia. que quidem dona fuerunt in christo perfecte ut habetur ysaye. xi. Et in nobis sunt participative. gustaverunt nichilominus bonum dei verbum. quia a christo recepimus non solum donorum spiritus sancti largitionem sed etiam spiritualem nutritionem per sanam doctrinam. non enim in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei math. 4°. virtutesque scilicet seculi venturi. virtutes iste sunt dotes anime et corporis dotes anime sunt apta dei visio firma tentio. Continuata fruitio que habetur in patria perfecte. sed hic a viris perfectis habentur inchoative scilicet fide et spe et caritate quibus succedunt ille dotes habentur etiam aliquo

ex speciali gratia

ex spirituali gratia in quadam diuine dulcedinis experientia que contingit. dotes vero corporis non habentur hic nisi in spe. Et quia magna ingratitudo est post tanta diuina beneficia cadere a fide et gratia ideo sequitur Et prolapsi sunt illi .s. qui predicta perceperunt. Rursus renouari ad penitentiam est impossibile. quod tamen hic accipitur pro difficili sicut dicimus de claudo quod non potest ambulare quia male et de difficili ambulat sic predicti cadentes de difficili resurgunt ad penitentiam non tamen est impossibile simpliciter quamdiu sunt in via. sequitur rursus crucifigentes sibi metipsis filium dei quantum est in ipsis reiterant causam sue crucifixionis Et ostentui habentes. quia per hoc videntur irridere mortem xpi quasi pro modico eam habentes aliter exponitur ab aliquibus hec littera ab illo loco. Et prolapsi sunt etc. Et dicunt quod apostolus hic remouet errorem quorundam qui de iudaismo erant conuersi ad fidem catholicam. Et ideo sicut apud iudeos ablutiones et baptismata frequenter fiebant sicut patet ex euangelio in pluribus locis ita opinabantur baptismum xpi posse pluries reiterari circa eundem hominem ad delenda eius peccata. Sed hoc remouet apostolus dicens quod impossibile est eos qui semel illuminati sunt per baptismum qui est fidei sacramentum. (Rursus ad penitentiam scilicet non potest redire ad renouationem baptismalem. quia baptismus est lauacrum renouationis et regenerationis) ut habetur ad titum 3. Et ideo non dicit apostolus quod sit impossibile penitere sed renouari in predicto quia sacramentum baptismi non est iterabile. Sequitur Rursum crucifigentes sibimet ipsis filium dei. In baptismo enim configuramur morti et sepulture xpi ut habetur Ro. 6. Quicumque baptizati sumus in xpo ihu in morte baptizati sumus. consepulti sumus cum illo per baptismum reiterati dicunt quodammodo mortem xpi iterabilem, et sic derident eam propter quod sequitur Et ostentui habentes

quia ad hoc refertur illud impossibile si lapsi fuerit quia per penitentiam.

Licet autem hec expositio sit subtilis prima tamen magis videtur concordare littere. (Terra enim etc. Quia in parte precedenti dixit quod illi qui per ingratitudinem diuinorum beneficiorum labuntur in peccatum. quodammodo sunt impossibiles ad resurgendum ideo hic consequenter inducit ad hoc quoddam exemplum de terra que multo labore culta est et rigata si facit fructus bonos benedicitur Si autem spinas et tribulos maledicitur. magis quam si non fuisset ita diligenter exculta. Sic est in proposito de homine diuina beneficia recipiente. et ideo in fine concludit Cuius consummatio in combustione. quia tales ingrati finaliter deducuntur ad gehennam. Alia littera patet ex dictis. Confidimus autem. Hic consequenter ostendit apostolus quibus sua doctrina est conueniens et utilis. Et diuidit in duas partes. quia primo ponit intentum 2° probat propositum ibi. Non enim iniustus Circa primum sciendum est quod ex predictis verbis apostoli possent illi quibus scribebat opinari. quod ipsi essent tales prout immediate predixerat Et per consequens eius doctrina inutilis esset. Ideo apostolus hoc remouet dicens. Confidimus autem de vobis dilectissimi. et per consequens ostendit quod eos reputabat et aptos ad capiendum perfectionem doctrine xpi. propter quod subdit. Meliora et viciniora saluti .s. confidimus de vobis. tamen et si ita loquimur quasi dicat non sic locuti sumus in predictis ex eo quod tales sint .s. ingrati et ad doctrinam xpi inepti. sed ad cautelam futurorum ne efficiamini tales per casum. Non enim iniustus. Hic probat propositum primo ex eorum conuersatione. Et 2° ex abrahe promissione ibi. Abrahe namque. In prima igitur parte dicit sic rationabiliter dixi quod confidimus meliora de vobis cuius causam subdit dicens Non enim iniustus est deus ut obliuiscatur operis vestri .i. sancte conuersationis vestre. Et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius Et que sit ista dilectio ostendit ex facto. d. Quia ministrastis sanctis .i. fidelibus xpi pauperibus necessaria prebendo Et ministratis opus caritatis continuando. Et quia totum laudatum

cresat. Ideo post comendatione hortatur eos
ad virtutis continuationem et augmentatione
dicens. Cupimus enim unumquemque vestrum eandem
ostentare solicitudinem .i. monstrare per effectum
evidentem. Ad expletionem spei usque in finem
quia per continuationem boni operis usque in
finem expletur spes que est certa expectatio
future beatitudinis inquantum consequitur
actualem glorie premium et ideo subdit. Ut nec
segnes efficiamini .i. pigri sed virtuosi in bono
proficientes. sicut fuerunt sancti patres.
et hoc est quod dicit. Verum per sed. Imitato
res eorum qui fide et patientia hereditabunt
promissiones .s. hereditatis celestis. Abrahe
namque etc. Hic consequenter idem probat per promis
sionem abrahe factam. Et dividitur in tres
partes quia primo proponit illam promissionem
2o. ostendit eius infalibilitatem ibi. Homines
enim per maiorem. 3o. ex hoc concludit veri
tatem intentam ibi. Ut per duas res. Circa
primum sciendum quod abrahe facta est promissio de
bonis temporalibus et etiam celestibus. propter hoc
dictum est ei quod semen eius erat futurum
sicut arena maris et sicut stelle celi et pro
missionem illam iuramento firmavit/ et
hoc est quod dicitur. Abrahe namque promittens
deus bona terrena et celestia ad confir
mationem huius promissionis. Iuravit per se
metipsum quoniam neminem .i. nullam rem habuit
per quam iuraret maiorem. Et quid iurave
rit subdit dicens nisi benedicens benedicam te
etc. subintelligitur deficiet veritas mea
nisi fiat sic/ Et sic longanimiter ferens
.i. abraham patienter expectans. adeptus
est repromissionem quia tandem consecutus
est gloriam. Homines enim. Hic consequenter ostendit
huius promissionis infalibilitatem. ad cuius
intellectum sciendum quod dispositio dei e
terna immutabilis est que est idem quod eius
consilium. et ideo quando in sacra scriptura aliquid
denuntiatur prout habet esse in divino consilio
immutabile est nec retractatur et hoc
modo .i. Re. 15. dicitur de abiectione saulis
porro triumphator israel non parcet nec
penitudine flectetur/ .s. quando vero aliquid in sacra
scriptura aliquid denuntiatur secundum exigentiam
meritorum. non tamen prout habet divinum consilium
sicut subversio ninivitarum Ione. 3. hoc bene
retractatur sic subversio ninivitarum
a domino predicta propter penitentiam eorum fuit retracta
et hoc est quod dicitur Iere. 18. Repente loquar
adversum gentem et adversus regnum ut
eradicem et destruam et disperdam illud
si penitentiam egerit gens illa a malo suo agam
et ego penitentiam super et malo quod cogitavi
ut facerem ei/ et quia talis commatio dicitur
sententia dei ideo dixerunt doctores nostri quod sententia
dei mutatur non tamen eius consilium/ Sed nunc
autem ita est quod quotienscumque in sacra scriptura
aliquid denuntiatur a deo sub iuramento
illud procedit ex divino consilio Et ideo promissio
facta abrahe patet infalibilis ex duobus
primo ratione divini consilii ex quo procedit
quod non mutatur etc. adiectione iuramenti
divini per quod confirmatur. Primus visis ac
cedendum est ad litteram. Homines enim per
maiorem suum iurant. quia confirmatio
alicuius rei non est nisi per aliquid certius
et stabilius propter hoc dicit philosophus primo methaphisice
quod antiqui posuerunt aquam principium omnium
quia dixerunt eam esse iuramentum deorum.
Et omnis controversie eorum finis est iura
mentum. quia facta hominum sunt falli
bilia. ideo ad confirmationem oportet recur
rere ad divinam veritatem infallibilem que
in iuramento vocatur in testem. In quo .i.
iuramento abrahe facto habundantius
volens deus ostendere pollicitationes here
dibus que facta est abrahe pro se et pro
heredibus suis immobilitatem consilii sui
interposuit iusiurandum. per hoc ex habundanti
eam immobilem ostendit. Erat enim firma
ex hoc quod procedebat ex divino consilio/ et
ideo iuramentum additum firmavit eam ex
habundanti. quando promissioni prius facte
ipsi abrahe fuit additum ut habetur Gen.
22. Ut per duas res etc. Hic ex predictis con
cludit apostolus intentum videlicet quod illi qui

sunt de semine abrahe si fuerint imitatores fidei ipius et certitudinaliter consequuntur promissione abrahe factam predicto modo firmatam. Et hoc est quod dicitur hic. Ut per duas res immobiles. s. diuinum consilium et eius iuramentum. quibus impossibile est deum mentiri fortissimum solatium habeamus. i. securi simus de obtinenda promissione quia sumus imitatores abrahe per quod subdit. Qui confugimus. s. per baptismum ad xpm per quem adimpletur promissio abrahe facta. ideo sequitur ad tenendam propositam spem. i. certam illic expectatione qua sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam. Sicut anchora materialis tenet nauem immobilem inter fluctus maris ita spes tenet animas immobiles inter fluctus varie et multiplicis temptationis. verumtamen ipsa spes habet contrarium modum firmitatis respectu anchore materialis. quia ipsa anchora materialis per hoc quod figitur in terra dat firmitatem naui. anime autem cum non possint in terra stabiliri. ideo oportet quod anchora spei firmetur in loco contrario. s. in celo. et hoc est quod subditur. et incedentem usque ad interiora velaminis. i. ad secreta celestia que sunt nobis velata et que locum ascendit xpus ut ibi figeret anchoram nostram quia per hoc habemus firmam spem veniendi ad gloriam. et hoc est quod subditur. Ubi precursor ihus pro nobis introiuit factus pontifex in eternum secundum ordinem melchisedech. Hoc autem subdit apostolus quia primo locutus fuerat de pontificatu xpi et interposuerat aliqua ad excitationem audientium. et sic conuenienter reuertitur ad suum propositum. s. ad loquendum de pontificatu xpi de quo adhuc loquitur in capitulo sequenti. Ad euidentiam maiorem cuiusdam dicti in hoc capitulo. Queritur utrum in cadentibus post baptismum penitentia habeat locum. Et arguitur quod non. quia sicut baptismus habet efficaciam a passione xpi. Ita et penitentia. sed baptismus non potest iterari. ergo etc. Item spiritualis curatio que fit per penitentiam signata per corporales curationes quas xpus operatus

est. sed xpus non legitur aliquem bis curasse ergo etc. Contra est. 2°. dicitur secundum magnitudinem eius sic et misericordia illius. sed magnitudo dei infinita est. ergo et eius misericordia. Et per consequens non semel tantum sed totiens quotiens recipit reuertentem ad penitentiam etiam post baptismum. Respondeo in hac questione fuerunt heresces contrarie occasione enim illius quod dictum est in hoc capitulo. Impossibile enim est eos qui semel illuminati sunt etc. per quod intelligitur baptismus ut dictum est. Sequitur. et prolapsi sunt rursus renouari ad penitentiam. dixit quidam presbiter romanus nomine nouatus quod nullus potest resurgere ad penitentiam post baptismum. sed hoc falsum et erroneum est secundum quod dicit athanasius in epistola ad serapionem et probat per scripturam per illum corinthium incestuosum de quo apostolus. i. ad corinthios. 5°. Qui tante enormitatis erat quod uxorem patris sui habebat. propter quod apostolus iussit eum tradere sathane affligendum ut spiritus eius saluus fieret in die domini nostri ihu xpi ut ibidem dicit. quod non esset verum nisi penitentia in eo haberet locum. Item de eodem scribitur 2. cor. 2°. quod de mandato apostoli fuerit iterum receptus ad communicationem fidelium. per quod patet quod penitentia habet locum in cadentibus post baptismum. Item paulus apostolus scribens gal. Qui post receptionem fidei et baptismum fuerant decepti a falsis apostolis dicit gala. 4°. filioli mei quos iterum parturio donec formetur xpus in uobis. Ex quo patet quod recipit eos ad penitentiam post baptismum. possem etiam errorem nouati per rationem impugnare sed hoc dimitto. quia hoc habet tractari in 4°. sententiarum. Error autem contrarius fuit origenis qui nimis laxauit penitentiam sicut nouatus nimis restrinxit dicens quod non solum habet locum penitentia totiens quotiens quotiens in vita presenti sed etiam habet locum in futuro quia dicit demones et dampnatos post aliquod tempus ad gratiam et gloriam redituros. sed hoc est contra rationem et scripturam sacram. eadem enim ratione videtur quod beati possint cadere a beatitudine. et quod dampnati reuerterentur a dampnatione. primum autem est erroneum ergo et secundum.

Item scriptura eodem modo loquitur de dura
tione dampnationis et beatitudinis. Mt. 25.
Et ibunt hii in supplicium eternum iusti autem
in vitam eternam. Multa autem absurda alia
continentur in errore Origenis que dimitto
propter prolixitatem. Et quia sufficienter tractantur
a doctoribus 4. et 4. sententiarum. Fides autem catholica
inter duos errores predictos tenet medium
scilicet quod in vita presenti etiam post baptismum potest
penitentia totiens quotiens iterari. et ideo verbum apostoli
hic inductum quod movit Novatum ad dicendum
contrarium exponendum est sicut supra expositum.
Sed contra errorem Origenis tenet fides catholica quod
post vitam istam non habet locum penitentia quia
amplius non sunt in via sed in termino. Ad
argumentum primum magistri dicendum quod non est simile
de baptismo qui imprimit caracterem in anima
qui quidem caracter est indelebilis et ideo
baptismus non est iterabilis penitentia autem caracterem
non imprimit ideo etc. Ad secundum dicendum quod non
oportet omnimodam similitudinem esse inter figu
ram et figuratum et ideo si curatio corporalis
non fuit reiterata a Christo circa eundem hominem
non propter hoc sequitur penitentiam esse non iterabilem.
Preterea licet non legatur Christus curasse
eundem hominem pluries non propter hoc dicitur
quin fuerit factum quia multa fecit Ihesus
que non sunt scripta. Ut habetur Joh. ultimo

VII

Hic enim melchisedech. qui
busdam interpositis ad excita
tionem auditorum. hic apostolus re
vertitur ad suum propositum scilicet
ad probandum excellentiam sacerdotii Christi. Et
dividitur in duas partes. quia primo ostendit excelle
ntiam huius sacerdotii respectu levitici. secundo
ostendit quod fideles debent huic sacerdotio re
verenter subdi in medio capituli 10. ibi. Ha
bentes itaque fratres fiduciam. Circa primum
sic procedit. quia primo ostendit excellentiam
sacerdotii Christi respectu levitici ex parte persone
sacerdotis. secundo ex parte sui ministerii in principio 8.
capituli. Capitulum autem etc. Ad hoc primo ostendit
excellentiam sacerdotii Christi per auctoritatem
divinam. secundo ostendit huius sacerdotii immutabilitatem
ibi. Talis enim decebat. Circa primum advertendum
quod apostolus probat propositum suum ex
auctoritate per auctoritatem psalmi continentem
nomen. Juravit dominus et non penitebit eum
etc. Unde tria ostendit ad suum propositum probandum.
primum est illud quod in auctoritate ista ponitur
secundum ordinem melchisedech. secundum est illud
quod ibi dicitur. Juravit dominus etc. tertium est illud
quod sequitur. Tu es sacerdos in eternum. Et ideo dividitur
in tres partes in quibus apostolus tria predicta
prosequitur. secundo incipit ibi. Et quantum est non
sine iuramento. tertio ibi. Et alii quidem plures
etc. Circa primum tria facit quia primo declarat
similitudinem ipsius melchisedech ad Christum cuius
fuit figura. secundo ostendit excellentiam ibi
ipsius melchisedech. Intuemini autem. tertio ex
hoc concludit principale intentum scilicet excellen
tiam sacerdotii Christi respectu sacerdotii [...]
sacerdotii levitici ibi. Si ergo consummatio
prima adhuc in duas quia primo ponit con
ditiones melchisedech. secundo per hoc concludit
similitudinem eius ad Christum sicut figure
ad figuratum ibi. Assimilatus autem. prima
in duas. quia primo ponit ipsius melchisedech
multiplicem conditionem. secundo ponit eorum
interpretationes ibi. primum quidem. Circa primum
describendo conditionem melchisedech primo
ponit regiam dignitatem dicens. Hic est mel
chisedech rex salem. dicunt autem hebrei quod
ipse fuit sem filius noe primogenitus et
erat tunc 19. annorum. Salem autem secundum
quosdam idem est quod Jerusalem quia illam civi
tatem ipse sem primo hedificavit et in
ea regnavit ut dicit ysidorus li. 14 ethimologiarum
secundum alios est idem quod salim ubi baptizavit
Johannes ut habetur Joh. 3. Secundo ostendit apostolus
eius dignitatem sacerdotalem dicens. Sa
cerdos dei summi. Et additur hic scilicet dei summi
ad ostendendum quod non erat sacerdos ydolorum
quia ydolatria tunc temporis vigebat per
totum mundum. Et quia ad ipsum pertinebat
offerre deo sacrificium et conferre populo spiritua
lia. ideo occurrit abrahe de victoria redeunti

Ut benediceret ei et hoc est quod dr. Qui ob
uiauit abrahe regresso a cede regum et
benedixit ei et hoc habetur gen. 14. et quia ille
qui confert populo spiritualia debet accipe ab ipso
temporalia io abraham dedit ei decimas de preda
et hoc est quod dr. Cui et decimas diuisit
abraham p hoc eni ondebat se imperfectum
respectu melchisedech quia ei dabat decimam
partem q signat perfectione eo q numerus dena
rius est perfectus sibi aut retinebat nouem
partes que signat imperfectione. Primum
quid. Hic quo aplus interpretatur qd dictum
est de melchisedech dicens q nome eius int
petratur rex iustitie, melchos eni idem est
qd rex. sedech aut idem est q iustitia. Sa
lem etia interpetrat pax. Et io p nomina
predicta intelligitur q melchisedech regnabat
in pace et iustitia. Ista eni duo se comitant
sm qd dr ysay. 32. Et erit opus iustitie
pax et hoc est quod dr. primu quide qui
interpetratur rex iustitie roe proprij nois
deinde aut rex salem qd est rex pacis qd
designatur ex loco sui regiminis. Sequit
sine pre et sine mre sine genealogia neq
initiu dierum neq finem uite hns. p hoc
non est intelligend q melchisedech istis ca
ruerit. s quia de istis sptura mentione
non facit quia non loquit de pre eius nec
mre nec de pricipio uite eius uel fine. s
p hoc ur q dictum hebreorum sit falsum qui
dicut ipm fuisse sem filiu noe qr sptura
describit prem et mrem ipius sem et eius
genealogia. Sz ad hoc possz dici q sptura
de predict non loquit sub hoc noie melchi
sedech de quo arguit aplus et hoc sufficit ad
ronem figure que frequter deficit a figu
rato in pluribus. Assimilatus aut. Ex prec
dictis concludit aplus ipm melchisedech fu
isse similem xpo et eius figura primo roe
nominis quod interpetratur rex iustitie
Scdo ex loco regiminis qd dr rex salem. i.
rex pacis et ista duo pfecte conueniut xo scdm
quod dr ps. 71. simul orietur in diebus
eius iustitia et habundantia pacis donec
auferatur luna qd non pot intelligi de pace
facta tpre salomonis quia illa paru dura
uit ut habetur 3. Re. sed intelligitur de
pace et iustitia p xpm data. Similr ea que
sequuntur de melchisedech sine pre et sine
mre etc. pfecte conueniunt xpo quia sine
pre est in natura huana et sine matre
in natura diuina. Similr sine pricipio sine
initio dierum et sine geanelogia quia xi ge
neratio in natura diuina eterna e et
enarrari non potest. sm q dicitur ysay. 53.
generatione eius quis enarrabit. Et io
dicit aplus. Assimilatus aut filio dei mel
chisedech s. manet sacerdos in perpetuum.
no quia sacerdotiu melchisedech fuerit perpe
tuu simplr s quia sptura non loquit
de pricipio et fine sui sacerdotij nec de suc
cessore eius. Et p hoc figurauit xi sacerdotiu
quod est simplr ppetuu. Intuemini. Ex sptra
similitudine ipius melchisedech ad xpm
hic quo aplus probat sacerdotiu melchise
dech fuisse excellentius q sacerdotiu leui
ticum. Et diuidr in duas partes quia po
pbat ppositum. 2o remouet quodda dubium
ibi. Et ita ut dictu sit. prima in tres sm q
ppositu probat p tres rones. 2a. ibi. Et hunc
qui habebat. Tertia ibi. et hic quid de
cimas. Prima ro talis est q ille qui ac
cipit decimas ab alio maior est illo. qr
sicut iam dictum est ille qui dat decimas
p hoc profitetur se imperfectu respectu illius
qui accipit decimas sed melchisedech ac
cepit ab abraham ut habetur gen. 14. ergo
fuit maior abraham. Et p ons eius sa
cerdotiu fuit maius q sacerdotiu leuiticu
qui leui descendit ab abraham. et fuit mi
nor eo q aut est minus maiore e maius
minore et hoc est quod dicitur. Intuemini
aut. i. diligenter considerate quantus sit
hic i. melchisedech Cui et decimas dedit
de precipuis abraham priarcha. i. pnceps
patrum. Et p ons melchisedech fuit ma
ior q leui et q quicuq alij pres ab abraham
descendentes. Sz uir aliquis q istud argui

non valeat quia si aliquis est maior patre episcopi non propter hoc sequitur quod sit maior ipso episcopo. Sic autem arguitur in proposito igitur etc. Dicendum quod in nova lege sacerdotium habet dignitatem a Christo non ex dignitate paterna et ideo ille qui est maior patre episcopi non propter hoc est maior episcopo sed dignitas sacerdotii leuitici procedebat ex dignitate paterna propter hoc nullius alterius tribus admittebatur et ideo bene sequitur argumentum. Et confirmatur argumentum per illud quod sequitur. et quidem de filiis leui. Ad cuius intellectum sciendum quod leuite generaliter recipiebant decimas a reliquo populo israel. Inter leuitas autem illi qui erant maiores illius tribus scilicet sacerdotes summi filii aaron de parte leuitarum recipiebant decimam que vocabatur decima decime numeri 18. In signum quod erant maiores. et pari ratione melchisedech maior fuit abraham a quo accepit decimas et per consequens maior ipso leui qui descendit ab eo et sic idem quod prius. et hoc est quod dicitur et quidem de filiis leui generaliter accepti sacerdotium accipientes et per consequens erant maiores. Mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem et quod nomine populi non solum intelligantur alie tribus sed cum hoc etiam simplices leuite exponendo subdit id est a fratribus suis quamquam et ipsi exierunt de lumbis abrahe. Sed melchisedech cuius generatio non annumeratur in eis quia scriptura non facit mentionem de patre et matre et genealogia eius ut supra dictum est decimas sumpsit ab abraham sicut maior a minore et sic hic ponitur 2a ratio que talis est. benedicens maior est eo cui benedicit quia benedicens medius est inter deum et eum qui benedictionem ab eo recepit. Sed melchisedech benedixit dixit ipsum abraham ut habetur gen. 14o. ergo fuit maior eo Et in hoc patet magna excellentia ipsius melchisedech qui benedixit eum cui facta erat repromissio de christo et hoc est quod dicitur et hunc id est abraham qui habebat repromissiones benedixit ipse melchisedech sine ulla autem contradictione id est generaliter verum est quod minus est a meliori benedicitur id est a maiore quia in hiis que non sunt quantitate magna idem est esse maius quod melius. Hic quidem hic ponitur 3a ratio que talis est Ille qui semper uiuit maior est eo qui moritur. sed abraham mortuus est et sacerdotes veteris legis erant mortales non sic autem melchisedech ergo maior est abraham et sacerdotium eius maius sacerdotio leuitico et hoc est quod dicitur. Et hic quidem id est in statu legis moysi morientes homines decimas accipiunt id est sacerdotes qui sunt mortales ibi autem hoc esse in ipso melchisedech contestatur scilicet scriptura quia uiuit. Per dicta non est intelligendum sicut intellexerunt aliqui heretici quod ipse melchisedech fuit immortalis sed hoc dicitur quia scriptura non facit mentionem de morte eius sicut facit de morte abrahe et sacerdotum veteris testamenti. et hoc sufficit ad rationem figure que debet a figurato deficere sicut umbra a veritate. Et ideo melchisedech per hoc quod de morte eius non fit mentio In scriptura sufficienter fuit figura christi sacerdotis noui testamenti qui uiuit in eternum Et ita hic remouet quoddam dubium circa predicta quia rationes sue processerunt ex hoc quod abraham dedit decimas ipsi melchisedech Et posset aliquis dicere licet abraham fuerit decimatus non tamen propter hoc sequitur quod leui decimatus fuerit hoc remouet apostolus dicens quod ymo sequitur quod leui et omnes qui de abraham descenderunt Ad hunc erant in lumbis habrahe qui dedit decimas melchisedech Et ideo leui in abraham decimatus est et hoc est quod dicitur. Et ita ut dictum sit id est sequitur ex dictis quod per abraham et ipse leui decimatus est qui tamen decimas accepit quia illi de tribu leui acceperunt decimas a reliquo populo israel. Ad hunc enim in lumbis patris id est abrahe erat leui quando obuiauit ei melchisedech scilicet abrahe a quo tunc accepit decimas. Si autem aliquis ex dictis arguat quod christus decimatus fuit in abraham quia descendit de eo. dicendum quod non valet quia descendit de

abraham scdm corpulentam substa(n)tia(m) tn (tamen) s(ed)
non s(ecundu)m roem seminalem et ideo no(n) fuit
decimatus in eo quia non fuit conceptus
ex semine virili s(ed) virtute sp(irit)us sancti et hoc
habet diffusius tractari .3. sn(?) iacob p(ro)p(ter) quod
ad p(rese)ns dimitto. Si ergo co(n)summatio hic ex p
dict(is) (com)pbat (com)plius sacerdotiu(m) xpi ee p(er)fectio
rius sacerdotio leuitico et euacuare ip(su)m p(er) hoc
q(uod) est s(e)c(un)d(u)m ordine(m) melchisedech s(ecundu)m q(uo)d d(icitu)r ps.
109. ubi d(icitu)r de xpo. Tu es sacerdos in eternu(m)
s(ecundu)m ordine(m) melchisedech ut supra dictu(m) est
p(ri)ma ra(tio). Et diuid(itu)r in duas p(ar)tes s(ecundu)m duas ra
tiones. 2a. incipit ibi. Et amplius adhuc.
Ad euidentiam p(re)m(iss)e ro(ati)o(n)is no(ta)nd(um) q(uod) sacerdos
non est sine lege s(ecundu)m q(uo)d d(icitu)r in glo(sa). p(ro)p(ter) quod
et lex vetus administrata fuit (p)p(o)plo per sacer
dotes veteris testamenti. Et similiter lex
noua p(er) sacerdotiu(m) xpi. Et i(de)o lex et sacerdo
tiu(m) xpi sese co(m)municant. Ita q(uod) mutato
uno et aliud mutatur. Ex quo patet q(uod) cu(m)
scriptura dic(at) ps. 109. q(uod) sacerdotiu(m) xpi de
bebat surgere s(ecundu)m ordine(m) melchisedech q(ui)
est alius ab ordine leuitico quod sacerdotiu(m)
leuiticum fuit imp(er)fectum aliter no(n) ess(et)
n(ecess)e i(m)mo sup(er)fluu(m) surge(re) sacerdotiu(m) nou(u)m
s(ecundu)m ordinem aliu(m). Et i(de)o sacerdotiu(m) leuiticu(m)
cessat adueniente sacerdotio xpi sicut umbra
adueniente p(er)fecto et eodem modo lex vetus
adueniente lege noua quia lex et sacerdotiu(m)
pari passu currunt et hoc est quod d(icitu)r hic. Si
ergo consumatio .i. p(er)fecto p(er) sacerdotiu(m) leui
ticum erat s(im)ple non erat necessariu(m) aliud
sacerdotiu(m) cui(us) causa subditur. p(o)p(u)lus enim sub
ip(s)o .i. sacerdotio leuitico legem accepit in
monte synay ut p(atet) exo. 20. Si ergo illud
sacerdotiu(m) fuiss(et) p(er)fectum quid adhuc n(ecessa)riu(m)
fuit s(ecundu)m ordine(m) melchisedech aliu(m) surge(re) sacer
dotem. et non s(ecundu)m ordine(m) aaron dici .i. qui
non diceretur sacerdos s(ecundu)m ordine(m) aaron
s(ed) s(ecundu)m aliu(m) ordinem. q.d. non fuiss(et) n(ecess)e
et i(de)o cum hoc n(ecess)e appareat ex scriptura ps
109. q(ue) dicit surgere sacerdotiu(m) xpi s(ecundu)m ordine(m)
melchisedech p(er) hoc manifeste patet q(uod) sacer
dotiu(m) leuiticu(m) uel aaroniticu(m) quod idem est

euacuatum per sacerdotiu(m) xpi. et p(er) (con)sequ(en)s lex
vetus que illud sacerdotiu(m) concomitatur et
hoc est quod subd(itu)r. Translato aut(em) sacerdotio
n(ecess)e est ut leg(is) tra(n)slatio fiat. q(uod) aut(em) sacerdotiu(m)
ve(teris) te(stamenti) sit tra(n)slatum declarat ulteri(us) ap(osto)l(u)s
p(er) hoc q(uod) xpus a quo incipit sacerdotiu(m) no(ui)
te(stamenti) non fuit de tribu leui de qua erant
sacerdotes. s(ed) de tribu iuda de cui(us) sacerdotio
loquitur ps. et hoc est quod dicit. In quo
enim hec dicuntur in xpo de quo p(re)dicta scrip
tura impleri dicitur. de alia tribu est .i. de
tribu iuda de qua null(us) altari presto fuit
administrand(o) ut sacerdos. Manifestum est
enim (et)c. p(atet) l(itte)ra. Et ampli(us) hic ponitur
2a. ratio que talis est. n(ecess)e est surge(re) aliu(m)
sacerdotem ut patet p(er) rationem p(re)dicta(m) ergo
n(ecess)e fuit surgere aliam legem. q(uia) sacer
dotiu(m) et lex pari passu currunt. Unde et
sicut sacerdotiu(m) illud consistebat in quibusda(m)
sacrificiis carnalib(us). Sic et lex promit
tebat bona carnalia. lex aut(em) noua p(ro)mittit
bona sp(irit)ualia et eterna. Et i(de)o lex vetus et
eius sacerdotiu(m) euacuant(ur) sicut quedam
imp(er)fecta et infirma et hoc est quod dicit
ap(osto)lus. et ampli(us) adhuc manifestu(m) est .i. alia
roe patet (com)positu(m). Si s(e)c(un)d(u)m s(imi)litudine(m) mel
chisedech exurgat alius sacerdos qui non s(ecundu)m
legem mandati carnal(is) factus est .i. institu
tus sicut erat institutio sacerdotis veteris
legis. s(ed) s(e)c(un)d(u)m virtutem vite insolubilis .i.
eterne quod declarat p(er) scripturam. d(icens). Con
testatur enim scriptura de xpo. Tu es sacerdos
in eternu(m) (et)c. p(ro)p(ter) quod sequitur. Reprobatio q(ui)d(em)
.i. euacuatio. fit precedent(is) mandati .i. ve(teris)
leg(is) que fuit prior noua ordine t(em)p(o)ris. no(n)
t(ame)n ordine dignitat(is) quia imp(er)fectu(m) precedit
imp(er)fecta in t(em)p(o)re. et subdit causam euacu
ationis p(ro)p(ter) infirmitatem ei(us) et inu- -tilitate(m)
d(icitu)r enim lex vetus infirma quia non poterat
inducere ad b(ea)titudinem que est finis leg(is)
diuine. d(icitu)r etiam inutilis quia no(n) conferebat
gr(ati)am habebat t(ame)n utilitatem in q(u)a(n)tu(m) re
trahebat ab idolatria et disponebat ad xp(istu)m
sicut eius figura et p(ro)p(ter) hoc subdit nichil

enim ad perfectum adduxit lex quia non
conferebat perfectionem gratie et glorie sed hoc serva-
batur perfectioni legis nove que confere-
bat utrumque et hoc est quod subditur. Intro-
ductio vero melioris spei per quam proximamus
ad deum. Et quantum est ostensa excellentia
sacerdotii christi ad sacerdotium leviticum per
illud quod in auctoritate premissa dicitur secundum ordinem
melchisedech hic ostendit hoc idem per
hoc quod ibidem dicit Iuravit dominus. Et
arguit sic. Illud quod statuitur sub iura-
mento firmius est quam illud quod statuitur
sine iuramento. Unde et iuramentum di-
vinum signum est certissimum sui consilii quod
est immutabile ut capitulo 6. Sacerdotium
autem christi institutum est a deo sub iuramento
ut patet per scripturam. ps. 109. Iuravit dominus
et non penitebit eum tu es sacerdos in e-
ternum etc. Sacerdotium autem leviticum sub
iuramento institutum est a deo ut patet
exo. 28. ubi dicitur sic. Applica aaron fratrem tuum
cum filiis suis de medio filiorum israel ut sa-
cerdotio fungantur michi etc. Ubi nullum
interponitur iuramentum divinum igitur
sacerdotium christi firmius et excellentius est
levitico et hoc est quod dicitur hic Et quantum
est hoc non sine iureiurando q. d. mag-
num est valde quod sacerdotium christi non est
institutum sine iuramento divino quia non
sic factum est de sacerdotibus veteris legis propter quod
subdit. Alii quidem sine iureiurando sa-
cerdotes facti sunt. scilicet in veteri lege. Hic autem
i. christus cum iureiurando institutus est per
eum i. per patrem qui dicit ad illum Iura-
vit dominus etc. Et quia sacerdos medius est
inter deum et populum referens populum in deum
et beneficia dei ad populum. Ideo quanto melius
est sacerdotium christi tanto meliora beneficia
per christum promittuntur populo Et hoc est quod
subditur. In tantum melioris testamenti i. meliorum
bonorum scilicet eternorum quia nomine testamenti
designatur aliquod bonum quod datur per testa-
mentum. testamentum autem novum promittit
bona celestia et eterna quod proprie est testa-

mentum christi. ideo sequitur sponsor factus est ihesus
In ve. autem testa. non promittebantur nisi
bona carnalia que mentem hominis non
quietant Et alii quidem hic ostendit probat
sacerdotium christi excellere sacerdotium leviticum
per hoc quod dicitur in auctoritate ps. premissa de christo
Tu es sacerdos in eternum. Et dividitur in duas
partes quia primo facit quod dictum est secundo
ex hoc concludit efficaciam sacerdotii christi
ibi Unde et salvare. Circa primum sciendum
quod illa que corruptibilia sunt in corporalibus
multiplicabuntur in eadem specie sicut patet
ad sensum. illa autem que incorruptibilia
sunt non sic multiplicantur sicut patet quod
est unus sol et unica luna. In sacerdotio
autem levitico fuerunt plures summi sacerdotes
sibi invicem succedentes quia eleazar suc-
cessit aaron et phinees ipsi eleazaro et
sic de aliis In sacerdotio autem christi est unus
tantum summus sacerdos christus. Alii autem omnes non
sunt nisi ministri secundum quod dicit apostolus i. ad cor.
4. sic nos existimet homo ut ministros christi
etc. Ex quibus patet quod sacerdotium leviticum
fuit corruptibile et transitorium Sacerdo-
tium vero christi incorruptibile est in eternum
Eternum autem excellentius est corruptibili
igitur etc. et hoc est quod dicitur. Et alii quidem plu-
res facti sunt sacerdotes in lege v. Et causam
subdit. Idcirco id est propter hoc quod morte prohi-
berentur permanere cum essent corruptibi-
les. Hic autem i. christus eo quod manet in eternum
sempiternum habet sacerdotium. Unde et sal-
vare. Hic ex predictis concludit efficaciam
sacerdotii christi effectus enim eternus non potest
induci a causa temporali sed tantum a causa eterna
et ideo christus qui est sacerdos in eternum potest
dare salutem eternam et hoc est quod dicit.
Unde et salvare in perpetuum potest. Modus autem
per quem hoc facit est nature excellentie et
pietatis. primum patet quia licet habeat na-
turam humanam per quam distat a patre est tamen
unica nature divine per quam indistans est
ab eo et hoc tangitur cum subditur accedens
per semetipsum ad deum accedere enim ad aliquem

non convenit nisi ei qui aliquo modo distat ab eo. Christus autem distat a patre secundum humanam naturam tantum, et hoc modo competit ei accedere ad patrem per ipsum, quia habet eandem naturam divinam cum patre; ideo accedit per semet ipsum. Hoc autem non potest competere alicui pure creature. Et quia in Christo est excellentia nature divine, sequitur quod semper vivit, quia vita divina est eterna; et hoc est quod dicitur: Semper vivens. Excellentia autem pietatis tangitur cum subditur: Ad interpellandum pro nobis, quia licet sit tante excellentie sicut dictum est, tamen ex sua pietate est advocatus noster, secundum quod dicitur prima Ioh. i: Advocatum habemus apud patrem Ihesum Christum. Interpellat enim pro nobis in corpore quod pro nobis assumpsit ipsum patri representando. Secundo modo per ipsam naturale desiderium de nostra salute exprimendo. Talis enim. Postquam ostendit sacerdotii Christi excellentiam, hic consequenter ostendit eius necessitatem. Perfectum enim necessarium est ad exclusionem imperfectionis. Sacerdotium autem leviticum fuit imperfectum, et ideo necessarium fuit sacerdotium Christi quod est perfectum. Et ideo ostendit primo quod quicquid perfectionis fuit in sacerdotio levitico totum est excellentius in Christo. Secundo quod ab eo excluditur quicquid erat ibi imperfectionis, ibi: Qui non habet necessitatem. Circa primum sciendum quod in sacerdotibus veteris testamenti requirebatur sanctitas, ut habetur Levit. xxi°: Panes dei sui offerunt, ideo sancti erunt. Requirebatur etiam innocentia, Levitici xxii°: Custodient precepta mea ut non subiaceant peccato. Innocentia enim est puritas a peccato. Requirebatur etiam impollutio, Levitici xxi°: Homo de semine Aaron sacerdotis qui habuerit maculam non accedat offerre etc. Item requirebatur segregatio, Levitici xxi°: Non commisceat stirpem generis sui de vulgo gentis sue. Ista autem perfectissime fuerunt in Christo, et hoc est quod dicitur: Talis enim decebat ut nobis esset pontifex sanctus, quia Christus ab instanti conceptionis fuit sanctus sanctorum.

Sanctum enim idem est quod applicatum ad divina, propter quod etiam res inanimate si ad divinum cultum applicentur dicuntur sancte, sicut calix, altare et consimilia. Humanitas vero Christi ab instanti conceptionis fuit deo applicata in unitate suppositi, que est maxima applicatio. Innocens. Hoc etiam maxime competit Christo, qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius, ut habetur i Pe. ii°. Impollutus, id est sine corporali deformitate, quia talis deformitas causatur vel a causa intrinseca, scilicet a defectu virtutis formative vel ex defectu materie, per quem modum contingunt monstra in natura humana. Neutrum habuit locum in Christo, quia corpus eius fuit formatum virtute spiritus sancti que est infinita; materia autem sui corporis fuit purissimus sanguis beate virginis. Aliter causatur deformitas a causa extrinseca, scilicet quod aliquis propter peccatum suum privetur manu vel pede vel oculo, aut quia malo regimine aliquis perdit oculum, pedem vel manum; quod in Christo non habuit locum, ut patet. Segregatus a peccatoribus. Et secundum hoc videtur falsum de Christo quod dicitur Mat. ix°: Discumbente Ihesu in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum Ihesu et discipulis eius. Dicendum quod Christus venit tamquam medicus peccatorum, et ideo non debuit segregari a peccatoribus quantum ad cohabitationem, et ideo legitur cum peccatoribus comedisse et bibisse, et tamquam clementissimus medicus condescendisse propter eorum salutem. Fuit tamen segregatus a peccatoribus quantum ad participationem cum eis in peccato, quia talis segregatio erat virtuosa et saluti nostre accommoda. Non sic autem segregatio prima. Et excellentior celis factus, quia secundum naturam divinam excedit omnem creaturam. Qui non habet necessitatem. Hic consequenter excludit a Christo imperfectiones que erant in sacerdotibus veteris testamenti. Erant enim imperfectionis quod sacerdos veteris testamenti non solum offerebat sacrificium pro peccatis populi in die

expiationis sed etiam cum hoc offerebat
vitulum pro peccatis propriis. Item imperfec
tionis erat quod hoc fiebat non tantum
semel sed pluries quia oblatio una non
sufficiebat pro omnibus peccatis propter sui im
perfectionem. Christus autem unam tantum hostiam
scilicet corpus suum obtulit in cruce non tamen pro
peccatis propriis sed etiam pro alienis. Et hoc
est quod dicitur hic. Qui non habet cotidie
necessitatem etc. et patet littera usque ibi. Lex enim
homines constituit sacerdotes infirmitatem
habentes id est pronitatem ad peccandum et sic
peccabant alias sicut alii homines non sic
autem Christus propter quod subditur. Sermo autem
iusiurandi qui post legem est filium in eternum
perfectum id est verbum divinum loquens de sa
cerdotio Christi constituti per iuramentum di
vinum ut supradictum est. ostendit quod filius
dei est constitutus sacerdos novi testamenti quod
est post legem moysi ordine temporis
sed non ordine dignitatis. Ad maiorem
evidentiam illius verbi quod dictum est in illo
capitulo quod minus est a meliore benedicitur
videtur quod non sit verum generaliter. primo quia
papa consecratur ab episcopo hostiensi et tamen
papa maior est episcopo ipso sua electione etiam
antequam consecretur. Item archiepiscopus conse
cratur a suffraganeis ipso minoribus in quo
est auctoritas apostoli quia dicit illud esse
verum sine ulla contradictione. Unde
dicendum quod circa hoc erraverunt quidam he
retici qui nominantur pauperes de lugduno
quia enim quilibet iustus maior est quocumque
peccatore. Ideo dixerunt quod sacerdos peccator non
potest benedicere iusto etiam laico sed econverso.
Quilibet iustus etiam purus laicus est
sacerdos verus et nullus alius sed hic error
est minus pernitiosus quia si sanctitas ministri
si sit de necessitate sacramenti nulla erit
certitudo in sacramentis ecclesie quia nullus
scit certitudinaliter se esse in statu gratie
et multo minus potest hoc scire de alio
et per consequens de nullo sciretur utrum esset
baptizatus vel non nec de quocumque alio

sacramento esset aliqua certitudo. Et ideo dicendum
quod cum aliquis agit in virtute propria tunc
queritur de ipso quis vel qualis sit quia
eius bonitas vel malitia variat propria
actionem. sed quando agit solum in virtute
alterius non variat bona enim elemosina
datur a bono per malum servum et eodem modo
deus confert bonum et verum sacramentum per
malum ministrum ideo dictum apostoli verum
est. scilicet quod minor a maiore benedicitur. quia
quilibet institutus minister Christi maior
est quocumque alio in quantum est homo vel
peccator. Sed ad hoc est una obiectio de sacer
dote corpus Christi consecrante et non videtur
quod sacerdos aliquo modo sit maior ipso.
dicendum quod sacerdos consecrat ipsam ma
teriam qua maior est Christus autem in quantum
deus consecrat corpus suum et sic patet propositum.
Ad argumenta dicendum quod patent ex dictis.
Electus enim in papam submittit se volun
tarie in quantum est homo episcopo hostiensi in quantum
est minister dei. Et eodem modo archiepiscopus
suis suffraganeis.

VIII

Capitulum autem super ea que dicuntur.
Postquam apostolus ostendit emine
ntiam sacerdotii Christi respectu
sacerdotii levitici et hec
re sacerdotis personam. hic autem idem ostendit
re officii sacerdotalis et dividitur in duas
partes quia primo ostendit hoc in generali. 2º.
magis in speciali ibi. incipit in principio capituli
noni. Prima quidem prima in duas quia
primo proponit intentum et 2º. probat ibi
Omnis enim pontifex In prima parte proponit
intentum suum quantum ad duo. Primum est
modus dicendi dicens quod intendit hic pro
cedere summarie et hoc est quod dicit. Capitulum
super ea que dicuntur. Capitulum enim dicitur
a capite quia sicut in capite virtualiter
continetur quicquid est in corpore non tamen
formaliter explicite. Ita declaratio capi
tularis dicitur quando aliqua ibi summatim
tractantur. 2m in quo ponitur sua intentio
est respectu dicendorum quia intendit dicere

de dignitate huius pontificis cuius dignitas
consistit in nature excellentia in qua est
equalis patri et hoc est quod dicitur. Talem ha
bemus pontificem qui ascendit in dextera
sedis magnitudinis i. patri cui appreciatur
magnitudo et potentia in diuinis sedere enim
ad dexteram patris importat equalitatem
filij ad patrem ut supradictum est primo capitulo. Et
quia officium pontificis est custodire sacra. ideo
sequitur. sanctorum minister. Christus enim in quantum homo
est minister sacrorum. sed in quantum deus est actor
ipsorum. Ista autem sacra sunt gratia in presenti et
gloria in futuro que non poterant adminis-
trari in tabernaculo veteris testamenti. sed tantum figu
rari propter quod subditur/et tabernaculi ueri
quod fuit deus et non homo. de taberna
culo dicitur psalmus. 14. domine quis habitabit in ta
naculo tuo etc. Istud tabernaculum non
est factum ab homine sicut fuit taberna
culum moysi quod fecit bezeleel sicut habetur
in exodo. Omnis pontifex etc. hic contrarie probat
propositum et diuiditur in tres partes/quia
primo ondit quod christus est minister aliquorum
sacrorum/et 2o. quod non est minister sacramentorum
ueteris testamenti ibi. si ergo esset super terram. Tertio ondit
quod est minister meliorum sacramentorum ibi. Nunc
autem melius. In prima parte arguitur sic
omnis pontifex est minister aliquorum sacrorum
quod ponatur pro hoc quod constituitur ut
offerat sacrificia ad sanctificandum populum et
placandum deum ut supra declaratum
est capitulo 5. Christus autem est pontifex ut ibidem
dictum fuit ergo est minister aliquorum sacrorum
et hoc est quod dicitur. Omnis enim pontifex etc.
et post littera. Si ergo esset. hic contrarie ondit quod
christus non est minister sacrorum ueteris testamenti alioquin
non esset necessarium suum sacerdotium quia illa pos-
sunt per alios administrari. scilicet per sacerdotes
ueteris testamenti ad quorum officium pertinet administrare
talia/et hoc est quod dicitur. Si ergo esset super
terram. scilicet sacramentum pertinens ad terre ministe-
rium ipse non esset sacerdos i. eius sacerdotium
non esset necessarium. cum essent qui offerrent
secundum legem munera. scilicet sacerdotes veteris legis.

qui exemplari et umbre deseruiunt celestium.
dicuntur enim sacra ueteris legis. in quibus deseruiebat
sacerdotes umbra celestium in quantum imperfecte
et obscure illa representabant sicut umbra
corporis humani imperfecte figura ipsius
representat. dicuntur etiam exemplar celestium in
quantum erant quodammodo manu ducentia
in cognitione ipsorum de ratione enim exemplaris
est precessio rei exemplificate. sed primus
dicitur aliquid duplex. uno modo secundum cognitionem
nostram. et sic sacra veteris legis dicuntur exemplaria
celestium ut dictum est. Alio modo dicitur aliquid
prius altero simpliciter et sic est econtrario. quia ipsa
celestia sunt exemplar eorum que facta sunt
in tabernaculo moysi. quod fuit factum ad
exemplum celestium et hoc est quod subditur
Sicut responsum est moysi etc. Nunc autem
melius sortitus est. hic autem ondit quod christus
minister est meliorum sacrorum et diuiditur in
duas partes. quia primo ondit propositum. 2o. reddit
causam dicti ibi. quanto melioris. In prima
igitur parte concludit ex predictis quod christus sit
minister meliorum sacrorum. quia ondsum est
quod ipse sit minister aliquorum sacrorum. Item
ondsum est quod ipse non sit minister sacrorum
veteris testamenti ex quo sequitur quod sit minister meliorum
sacrorum sicut et suum sacerdotium melius
et perfectius et hoc est quod dicitur. Nunc autem
melius sortitus est ministerium et hoc fuit of
ferendo carnem suam in cruce que fuit
oblatio optima et conuenientissima saluti
nostre quia oblata fuit ex maxima caritate
et deuotione. Sed contra hoc uidendum est illud quod
est predictum. scilicet quod ministerium christi non est circa
aliquod terrenum. caro autem christi de terra
est ergo etc. Dicendum quod licet caro christi ab terra
sumpta sit de terra non tamen dicitur terra ut est
caro christi primo quia est diuinitati unita
2o. quia uirtute spiritus sancti formata. Et propter
hoc dicitur Johannis 3. Qui de terra est de terra
loquitur qui autem de celo uenit super omnes est.
Quanto melioris. hic reddit causam dicti ui-
delicet quare sit melius ministerium christi/Circa
quod sciendum quod ministerium sacerdotis est reducere populum

in deum administrando legem divinam populo quia
est mediator dei et populi. et ideo quanto melioris
testamenti mediator est tanto habet melius
ministerium. Quod autem testamentum novum melius
sit. cuius administrator est christus probat dupliciter.
2a probatio ponitur ibi Nam si illud. prima
autem probatio talis est. Illud testamentum
quod promittit meliora quam vetus testamentum quod promit-
tit bona spiritualia et eterna ut patet ad hebreos 4o.
Et in multis aliis locis vetus autem promittebat
terrena ut patet ysaie primo. Si audieritis
me bona terre comedetis. et hoc est quod dicit
hic. quod christus habet melius ministerium quanto
melioris testamenti mediator est quod
in melioribus repromissionibus sancitum est.
id est firmatum. Nam si illud. hic ponitur 2a
probatio ad idem. Et dividitur in duas quia
primo inducit suam probationem 2o ex dictis
concludit principalem intentionem ibi dicendo
novum. Circa primum duo facit quia primo ponit
suam rationem. 2o probat minorem illius rationis
per scripturam ibi vituperans. Ratio sua talis
est illud quod est perfectum et sine defectu
melius est quam imperfectum et defectuosum. sed tes-
tamentum autem novum perfectum est et sine
defectu. vetus autem imperfectum et defectuosum
sicut multipliciter declaravi in principio huius operis
Et propter hoc necessarium fuit testamentum novum ad tollendum ve-
teris testamenti imperfectionem. et hoc est quod
dicit. Nam si illud prius a culpa vacasset
id est sine defectu fuisset non potest hic accipi
culpa pro peccato quod dicit Ro. 7. mandatum sanctum
et iustum non utique secundi id est testamenti
novi. locus inquireretur quod non fuisset necessarium
si primum fuisset sine defectu. Vituperans.
hic probat minorem scilicet propter imperfectionem
primi testamenti necessarium fuit dari 2m per auc-
toritatem que habetur Iere. 31. licet verba sint
aliquo modo mutata quod apostolus allegat verum
secundum translationem lxx. Et in illa auctoritate primo
tangitur conditio veteris testamenti et 2o conditio novi
ibi quod ecce hoc est testamentum. dicit igitur primo sic
Vituperans enim eos dicit id est dominus in properando
eis qui erant sub veteri testamento loquitur per ieremiam

melius est. testamentum novum promittit meliora

id quod sequitur. Ecce dies veniunt dicit dominus
et consummabo id est perficiam quia novum testamentum continet
perfectionem ut supra declaratum est multipliciter
in principio huius operis super domum israel et super do-
mum Iuda quia ad eos venit christus in propria
persona secundum quod ipsemet dicit mathei 15o. Non sum
missus nisi ad oves que perierunt domus israel.
Testamentum novum non secundum testamentum vetus quod dedi patribus eorum
quia aliqua veteris testamenti sunt cassata per
novum scilicet ceremonialia et iudicialia dissimili
modo tamen ut supradictum est in principio huius
operis In die qua apprehendi manum eorum
ut educerem eos de terra egypti quia sicut
pueri qui non possunt per se ire apprehenduntur per
manum sic filii israel educti sunt de egypto
virtute divina quia non poterant per se exire
Sequitur. quoniam ipsi non permanserunt in testa-
mento meo. quia statim post publicationem
mandatorum verbo divino fecerunt sibi vitulum
conflatilem ut patet in exodo. Et ego neglexi
eos dicit dominus. quia propter peccatum vituli aliqui fu-
erunt occisi et alii permissi sunt cadere in
alia peccata propter que perierunt in solitudine quorum ca-
davera. dicit eos neglexisse in quantum dimisit
eos sic perire sicut res negligi dicitur que perire
permittitur. Quia hoc est testamentum. hic
tangitur conditio novi Et primo quantum
ad eius dationem quia datum est principaliter
iudeis quibus christus predicavit et hoc est quod
dicit. quia hoc est testamentum quod disponam domui
israel. licet enim gentiles sint admissi ad novum
testamentum hoc tamen factum est sicut inseritur ole-
aster in bonam olivam secundum quod dicit apostolus
Roma. 11. Secundo tangitur conditio novi testamenti
Quantum ad tempus dationis cum dicit post dies
illos dicit dominus et post cursum veteris testamenti. sicut
perfectum est posterius tempore quam primum imperfectum
et sicut magister datur post pedagogum lex enim pe-
dagogus noster fuit in christo ut dicit gala. 3o. Tertio
tangitur conditio novi testamenti. quantum ad modum
dandi cum dicit. dabo leges leges meas in men-
tes eorum fidem inspirando. et in corda eorum
superscribam eas per caritatem formando que modus
docendi est proprius spiritus dei scilicet interius illu-

minando et sic data est lex noua ut intel
ligerent scripturas et quoniam misit eis spiritum sanctum
homo autem potest alium docere formando ex
terius signa sensibilia ut voces et consi
milia et hoc modo data est lex uetus ut
habetur exodo .20. cunctus autem populus u
debat voces et lampades etc. dicit autem leges
meas in plurali quia licet lex noua sit
una tamen sunt ibi plura precepta et con
silia a spiritu sancto inspirata. Quarto tangit
no. te. efficatiam cum dicit Et ero eis in
deum .i. proficient multi in spiritum quia lex
noua est lex amoris diuidit filios regni
a filiis perditionis. Et non docebit unus
quisque proximum suum etc. hoc potest intel
ligi dupliciter uno modo de cognitione vie et
sic illud verbum refertur ad apostolos qui omnes
instructi fuerunt mediate a christo et non unus
ab alio unde et paulus apostolus qui fuit pos
terior dicit gala. primo notum vobis facio
fratres euangelium quod euangelizatum est
a me quia non est secundum hominem neque ab
homine accepi illud neque didici sed per reuela
tionem ihesu christi alio modo potest intelligi
de cognitione patrie et tunc refertur ad
omnes beatos specialiter post iudicium futurum
quia modo angeli superiores illuminant
inferiores de hiis que pertinent ad explenda
misteria propter electos sed pacto iudicio cessa
bit talis illuminatio. et hec expositio vl
tima magis concordat litere Sed quia effi
catia no. te. non solum se extendit ad
cognitionem sed etiam ad peccatorum purgatio
ideo sequitur quia propicius ero iniquitatibus
eorum Remittendo in presenti peccatorum eorum iam
non memorabor ad puniendum in fu
turo dicendo nouum. Ex predictis conclu
dit principale intentum ex quo enim dominus
per ieremiam uocauit testamentum cuius christus
est mediator nouum ut patet per predicta. Se
quitur per consequens quod precedens testamentum dicatur
uetus. quia nouum dicitur respectu veteris Et hoc
est quod dicit. dicendo autem nouum de testamento
christi veterauit prius .i. ostendit quod precedens
testamentum debeat dici vetus quod autem veteras
cit propter mensuratur tempore et omne tale de
sinit in tempore ut habetur quarto physicorum ideo
sequitur quod vetus testamentum sit euacuatum
per nouum et hoc est quod subditur. Quod autem
antiquatur et senescit prope interitum est. Ad e
uidentiam maiorem eius quod dictum est in
parte immediate precedenti. Queritur utrum
lex noua debuit dari a christo in scriptis Et
arguitur primo quod sic quia scriptura desuit
memorie in futurum sed lex christi erat duratura
usque in finem mundi secundum illud luce .21. Celum
et terra transibunt verba autem mea non
transient ergo videtur quod christus debuit doctrinam
suam scribere Item lex vetus fuit figura
noue ut habetur in hoc capitulo sed lex vetus
fuit descripta a deo secundum quod habetur exo. 24.
dabo tibi duas tabulas lapideas et legem ac
mandata que scripsi ergo lex noua debuit
scribi a christo quia figuratum debet correndere
figure. Contra si christus aliquid scripsisset
illud potissime deberet esse in canone sed nichil
tale ibi habetur ergo etc. Respondendo
dicendum quod doctrina christi non debuit ab eo de
scribi primo quia excellentissimo modo do
cendi debetur excellentissime doctrine nunc
autem ita est quod efficatior est modus docendi
verbo quam scripto quia scriptura non est nisi
vox mortua. et ideo christo qui est doctor
excellentissimus non conueniebat modus docendi
per scripturam qui est imperfectus sed solum
modus docendi per verbum qui est perfectissimus
discipulis autem suis recedentibus a tanta
perfectione conueniebat doctrinam christi scribere
propter quod scripserunt euangelia et alios li
bros no. te. continentes doctrinam christi simile
huius inuenitur apud antiquos philosophos quia
aliqui inter eos excellentissimi .s. pyta
goras et socrates dicuntur nichil scripsisse
tamen eorum discipuli multa scripserunt
2°. quod non est conueniens illum doctorem
scribere cuius doctrina non potest scripturis com
prehendi. Talis fuit christus secundum quod dicitur
Joh. ultimo. Sunt autem et alia multa que

fecit ihesus que si scribantur per singula nec
ipsum arbitror mundi capere eos qui scribendi
sunt libros quod exponens augustinus dicit quod
non est intelligendum propter excessum quantitatis
molis sed virtutis et ideo xpistus doctrinam suam
scribere non debuit quia si eam scripsisset
crederetur quod eius doctrina non plus contineret
quam quod illa scriptura pretenderet non sic autem
creditur per scripturam suorum discipulorum
et maxime quia profitentur se doctrinam
xpisti non scripsisse ad plenum ut patet per albu
Io. preallegatum. Considerandum tamen quod licet xpistus
non scripserit doctrinam suam in carta mor
tua tamen eam scripsit in carta viva scilicet in cordibus
suorum discipulorum ut predictum est et sic
erat prophetatum per Ieremiam ut patet in lectura
et iste fuit modus conveniens scribendi hanc
doctrinam que inducit efficaciter ad vitam
eternam et ideo debuit scribi primo in anima
intellectuali que habet immortalitatem
propter quod dicit paulus epistola secunda ad corinthios .3. quod
hec est epistola scripta in tabulis cordis. Ad primum
patet ex predictis quia scriptura discipulorum xpisti
sufficit ad memoriam doctrine eius. Ad secundum
dicendum quod figura et figuratum non omnibus as
similantur immo oportet quod figura deficiat
a figurato et ideo lex vetus que erat imper
fectior et consistebat in sensibilibus signis
fuit primo descripta in tabulis lapideis
lex autem nova tamquam perfectior fuit primo
descripta non atramento sed spiritu divino in ta
bulis cordis ut dicit apostolus secunda ad corinthios .3.

VIIII

Habuit quidem. Postquam a
postolus ostendit dignitatem sacer
dotii xpisti respectu sacerdotii veteris legis
in generali. Hic consequenter declarat
hoc idem applicando magis in speciali. Et di
viditur in duas partes quia primo declarat
propositum secundo probat quoddam in suo processu
presuppositum in principio capituli .10. Umbram
habens lex. Prima adhuc dividitur in tres quia
primo tangit ea que fuerunt circa vetus testamentum.
secundo ostendit eorum significatum ibi hoc significante spiritu sancto.

ex hoc arguit ad propositum ibi. Et ideo novi
testamenti. Prima adhuc in duas quia primo
tangit ea que fuerunt in veteri testamento in quodam
generali secundo tangit ea magis in speciali ibi.
tabernaculum enim etc. Ad evidentiam primi
considerandum quod omnia que sunt in novo
et veteri testamento ordinata sunt ad
cultum divinum ad talem vero cultum red
ditur homo ineptus simpliciter per peccatum et
aptus per gratiam secundum quid vero per immunditiam
corporalem et ideo sacramenta nove legis que conferunt
gratiam et auferunt peccata reddunt hominem simpliciter
aptum ad cultum divinum illa autem que
erant in veteri testamento gratiam non conferebant
sed tantum quasdam irregularitates seu in
munditias corporales propter quas prohibebatur
homines accedere ad locum divini cultus
et ad cetum fidelium sicut erat tactus mor
tui vel alicuius immundi ex quibus reddebatur
homo ineptus ad accedendum ad locum cultus
divini. Et alia autem auferebantur per sacramenta
veteris testamenti licet per ipsa gratia non conferretur sicut
diffusius declaratum est in principio huius
operis et hoc est quod dicitur hic. Habuit quidem et prius
scilicet primum testamentum iustificationes culture
scilicet sacramenta auferentia divini cultus impedi
menta predicta vel corruptiones iustificabant secundum quid
ideo subdit. Et sanctum seculare scilicet emundati
onem corporalem que dicitur secularis quia presens seculum
in corporalibus consistit. Et quia sacramenta
illa non erant duratura nisi ad tempus. Ta
bernaculum enim. Hic ponit predicta magis
in speciali et dividitur in duas quia primo tangit
in speciali ea que pertinent ad tabernaculi mo
ysi dispositionem secundo ea que pertinent ad sa
cerdotii ministratorem ibi hiis vero ita compositis.
Ad intellectum primi considerandum quod ta
bernaculum moysi sic erat dispositum
parietes enim erant de quibusdam asseribus coopertis
auro. Tectum vero tabernaculi erat
quedam cortina quatuor coloribus pictu
rata. Altitudo tabernaculi erat decem cu
bitorum latitudo decem longitudo eius vero
triginta. Et erat quedam cortina intus

diuidens longitudinem in partes inequales
quia ex una parte cortine erant decem cubiti
tantum et vocabatur illa pars tabernaculi
sanctum sanctorum In alia vero parte erant xx^ti cubiti
et dicebatur illa pars sancta absolute vel
etiam sanctum et sic distinguebantur
due partes tabernaculi sicut in ecclesiis nostris
chorus et nauis nisi quod opposito modo erant
site quia chorus in ecclesiis est versus ori-
entem In tabernaculo vero moysi sanctum
sanctorum erat ad occidentem. Ulterius conside
randum quod in sancto sanctorum tria erant archa testi
monii duo cherubim et propiciatorium. apostolus
autem hic addit quartum scilicet quod erat ibi turi-
bulum quod exponunt aliqui dicentes quod
per hoc intelligitur altare incensi sed patet falsum
per textum xxx. Exodi ubi dicitur quod alta
re incensi erat in alia parte tabernaculi
hoc etiam dicunt Josephus et Jeronimus
Et ideo dicendum quod per turibulum non intelli
gitur aliud nisi quod ibi erat incensorium
in quo summus sacerdos intrando sanctum sanctorum
ponebat incensum ut nebula inde consur
gens impediret aspectum aliorum qui erant
in alia parte tabernaculi ne viderent ea
que erant intra sanctum sanctorum Similiter in
alia parte tabernaculi que dicebatur sancta
erant tria mensa propositionis in latere
aquilonari Candelabrum in latere au-
strali et altare thimiamatis in medio
contra cortinam diuidentem sanctum et
sanctum sanctorum. Predictorum autem assignatur
duplex ratio una litteralis et alia mistica litte-
ralis est ista. Tabernaculum enim erat
illud ordinatum ad cultum veri dei crea
toris totius mundi in quo sunt due partes
una nobis inuisibilis videlicet illud quod
est ultra celum sydereum ubi est habitatio
substantiarum spiritualium et hoc figurabatur per
illam partem tabernaculi que dicebatur sanctum
sanctorum In qua erant cherubyn representa
tia naturam angelicam et archa testamenti
clausa ad designandum quod rationes rerum que
fiunt in hoc seculo visibili continentur

clause et nobis occulte in illo seculo supe
riori sicut rationes effectuum in causis et artifi
ciatorum in artifice continentur quodammodo
clause et hoc per tria in archa contenta scilicet
tabulas que representant sapientiam qua diri
guntur res humane et virgam aaron qua
designatur potestas regiminis per quam cohercentur
homines a malis et manna per quam designatur
vita humana per propiciatorium vero quod erat
locus dei et quia ibi residebat summo sacer
doti designabatur ipse deus gloriosus et
sublimis presidens omnibus creaturis. Et
sic patet quod per sanctum sanctorum designantur ea que sunt
supra celum sidereum nobis inuisibilia per
aliam vero partem tabernaculi que dicebatur
sancta absolute designatur alia pars mundi
per tectum enim tabernaculi quod erat
quedam cortina variis coloribus distincta
designabatur celum sidereum variis stellis
ornatum. Per candelabrum in quo erant
septem lucerne designabantur orbes vii.
planetarum propter hoc erat positum in parte
australi quia cursus planetarum in circuli
peris medio est ad austrum. per mensam vero
ubi erant panes suppositi designabantur
elementa ex quibus constituitur et nutritur
hominum vita quia ex eisdem sumus et
nutrimur ut dicitur 2°. de generatione de
signabat etiam illa mensa quod illi qui
altari deseruiunt creatori uniuerse cre
ature de altario debent viuere. Ratio
autem allegorica predictorum est quia per illam
partem tabernaculi que dicebatur sancta
designabatur ve. te. In qua veritas diui
norum erat latens sub uelaminibus figurarum
sicut aspectus eorum que erant intra sanctum
sanctorum erat interclusus per cortinam mediam
inter utramque tabernaculi partem ut predictum
est. per illam vero partem que dicebatur sanctum
sanctorum in qua erant illa que representabant
spiritualia et diuina ut dictum est significa
batur nouum testamentum in quo reuelata
est veritas diuinorum propter quod in passione domini
in qua consummatum est nouum testamentum

cissa fuit illa cortina templi que phibebat
aspectum eorum que erant intra sancta sanctorum.
ut habetur luce. 23. hanc aut expositionem
secundam prosequitur apostolus ut patebit ex se-
quentibus. Huius ursus attendendum est ad literam
que tangit tabernaculi dispositionem. d.
tabernaculum enim factum est primum. Ta-
bernaculum primum hic dicitur illa pars ta-
bernaculi que dicebatur sancta quia ab
illa erat ingressus templi in quo erant
candelabra impulari quia licet esset ibi
unum candelabrum tantum. tamen habebat. vij.
lucernas que hic dicuntur candelabra
et mensa et propositio panum quia. 12. panes
erant positi super mensam illam. / Tertium
aut quod erat ibi. s. altare incensi omittit
apostolus quia secundum quod sequitur infra non
intendebat de istis dicere per singula. Eo
que dicitur sancta. hoc refertur ad tabernaculum
primum quia sicut dictum est illa pars prima
tabernaculi in qua erant ista dicebatur
sancta absolute. post velamentum aut. i.
post cortinam intermediam erant secundum ta-
bernaculum. i. secunda pars tabernaculi quod dicitur
sancta sanctorum. Aureum habens turibulum et archa
testamenti circumamicta ex omni parte auro
(quia erat de lignis sethim operata auro intus
et extra / ut habetur exo. 25. in qua
urna aurea habens manna / secundum quod habetur
exo. 16. et virga aaron que fronduerat
secundum quod habetur numeri. 17. Et tabule
testamenti. Ista erant inclusa in archa
ut predictum est. Super quem erant cherubim
glorie. i. gloriose facta vel potius quia erat
glorie dei cui deserviunt angeli significativa
Unde sequitur obumbrantia propitiatorium
quod repraesentabat locum divinum ut dictum
est de quibus non est modo dicendum per
singula quia apostolus prosequitur ista bre-
viter et secundum sensum allegoricum tantum ut
dictum est. Hiis vero. hic apostolus consequenter de-
scribit misterium sacerdotii in tabernaculo
moysi. Ad cuius intellectum sciendum quod intra
sancta sanctorum solus summus sacerdos intrabat

In festo expiationis tantum In alia aut parte
tabernaculi que dicebatur sancta absolute
Alij sacerdotes bis qualibet die ad perficiendum
sacrificia. Immolatio enim sacrificiorum et
oblatio eorum fiebant extra tabernaculum
sub divo in altari holocaustorum. Sed con-
summatio sacrificij fiebat in tabernaculo
per cremationem incensi in altari incensi
quia sacrificia illa non erant accepta
ex se. sed tantum ex fide et devotione offerentium
que fides et devotio signantur per incensum
et hoc est quod dicitur. Hiis vero ita compositis
. i. dispositis modo predicto In priori quidem ta-
bernaculo. i. in parte tabernaculi que dicitur
sancta semper. i. quotidie intrabant sacer-
dotes sacrificiorum officia consummantes per
cremationem incensi. In secundo aut. i. intra
sancta sanctorum semel in anno solus pontifex su-
premus introibat glosa dicit hic quia pluries
in anno intrabat tamen sine sanguine
sed hoc non invenitur scriptum in lege nisi solum
quando movenda erant castra tunc enim aaron
et filij eius intrabant ut involverent va-
sa que erant intra sancta sanctorum et disponerent
levitarum onera. Alias aut non legitur
intrasse quis nisi summus sacerdos in festo
expiationis ad offerendum ibi coram pro-
pitiatorio de sanguine hostie immolate
pro peccato populi et pro peccato proprio. et hoc est
quod dicitur. Non sine sanguine etc. Hoc significante
hic ostendit quid significabant predicta / et primo
quantum ad vetus testamentum. secundo. quantum
ad novum ibi christus aut assistens. In prima
parte dicit sic hoc significante spiritu sancto nondum propalatam
esse sanctorum sanctorum dei quia sicut dictum est per hoc
quod non patebat accessus sacerdotibus ad sancta
sanctorum designabatur quod via veniendi non
erant patefacta sicut et in no. te. et quod
ve. te. adhuc habebat cursum suum quod sig-
nificabatur per primam partem tabernaculi ut
dictum est. et hoc est quod subditur. Adhuc
priore tabernaculo. i. ve. te. habente statum
que parabola. i. figura est temporis instantis
quia ve. te. fuit figura novi sicut quia

scilicet parabolam · munera et hostie offeruntur que non possunt iuxta conscientiam perfectum facere id est in ve. te. quod fuit figura novi nam munera oblata non auferebant peccata ut predictum est et causa subdit · ferventem solummodo in cibis et potibus quod dicit quia observationes legalium in parte consistunt in abstinentia a quibusdam cibis et potibus in lege prohibitis et variis baptismatibus · i · ablutionibus que fiebant in emundatione leprosi et in consimilibus · omnia enim ista erant quidem pure corporalia et ideo non poterant mundare conscientiam sed tamen tollere quandam immunditiam corporalem vel irregularitatem propter quod dicuntur iustitie carnis usque ad tempus correctionis imposite · i · usque ad tempus nove legis que corrigit veterem non a malo in bonum reducendo quia lex vetus fuit bona et iusta ut habetur Ro. 7. sed ab imperfecto ad perfectum reducendo quia sicut puero quamdiu est sub pedagogo imponuntur aliqua opera bona ad assuefactionem virtutis que tamen mutantur adveniente etate virili in qua perfectiora opera ei imponuntur. Ita per legem moysi fuerunt imposita legalia populo iudaico ut exerceretur in cultu unius dei quia tamen erant imperfecta ideo per legem christi ad perfectionem sunt reducta propter quod apostolus gala. 3. Comparat legem moysi pedagogo sub cuius disciplina tenetur puer quamdiu est parvulus ut plenius declaratum est in principio huius operis. Christus autem assistens. Hic consequenter exponit illud quod predictum fuit de tabernaculo moysi inquantum fuit figura no. te. Circa quod apostolus duo facit quia primo declarat propositum et secundo probat quoddam suppositum ibi si enim sanguis. Circa primum apostolus quatuor tangit. primo dignitatem loci quia illa pars tabernaculi que figurabat no. tes. vocabatur sancta sanctorum secundo dignitatem ministri quia solus summus pontifex illum intrabat. 3. modum intrandi quia cum sanguine intrabat. 4. tempus intrandi quia tamen semel in anno. 5. ad quid intrabat scilicet ad placandum sibi deum et populo et ista significat ea que sunt in no. te. quia christus qui est summus pontifex intravit celum quod significabatur per sancta sanctorum ut supra dictum est. et per proprium sanguinem ad placandum nobis deum patrem et hoc est quod dicit. Christus autem etc. Sciendum tamen quod in hoc capitulo constructio est multum suspensiva. Et ideo ut clarius et brevius procedam. ego ponam literam non secundum quod iacet in libro sed secundum ordinem suum. Christus hic tangitur dignitas ministri novi testamenti quia christus est nomen supposita existentis in natura dupla divina scilicet et humana. pontifex. Hic tangitur nomen officii quia christus est princeps aliorum pastorum secundum quod dicitur prima pe. 5. Cum apparuerit princeps pastorum etc. assistens. i. semper paratus ad suum officium scilicet ad interpellandum patrem pro nobis et ad auxiliandum nos contra impugnationem hostis intravit in sancta. i. in celum ut patebit infra quod quidem celum est tabernaculum peramplius. i. valde amplum propter immensitatem bonorum celestium. et perfectius quam fuit tabernaculum quod fuit mobile et portabile de loco ad locum. Istud autem est immobile et eternum secundum quod per ysayam fuerat predictum xxxiii. oculi tui videbunt ierusalem civitatem opulentam tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. Ibi enim loquitur de ierusalem celesti non manu factum. i. non per hominem sicut fuit tabernaculum moysi per manum bezeleel et hoc est quod subdit apostolus exponendo verbum predictum. i. non huius creationis. i. huiusmodi factionis tangit etiam tempus intrandi ibi semel. Quia totum tempus non est nisi unus annus vel totalis pontificatus christi. et ideo ex quo semel intravit semper est ibi tangitur etiam modus intrandi cum dicit neque per sanguinem hircorum aut vitulorum sicut intrabat pontifex ve. te. sed per proprium sanguinem qui pro nobis fuit effusus in cruce tangitur etiam ad quid intravit cum dicit eterna redemptione inventa. quia per hoc habemus eternam redemptionem per modum convenientissimum a christo adventum

Et hoc est quod dicit et iustitiis carnis.

inquantu satisfecit qui poterat inquantum
deus et solvit qui debebat inquantu homo. Si
em sanguis hic probat quoddam suppositu an-
tecedentis dictu s. q sanguis x fuit efficax ad nram
redemptione eternam et facit tale rationem
Sanguis xpi ex unione ad suppositu divinu
habet virtute maiore ad emundatione anime
q sanguis hircoru et vitulorum et aqua lustr
tionis ad tollend immunditia corporalem seu
impedimentu irregularitatis de quo pdictum
est veritas huius ppositionis patet quia sanguis
xpi ex unione ad suppo divinu contrahit qn
dam infi-nitatem virtutis. s pdicta in veteri
lege tollebant immunditia corporalem contractam
ex tactu alicuius immudi et a divino cultu im
pedientem ut patet numeri. 19. Ergo multo
fortius sanguis x emundat aiaz et reddit eam
aptam ad salutem eternam. Et hoc est quod dr
Si em sanguis hircoru et tauroru hoc faciebat
in festo expiationis. Et cinis vituli aspersus
quia in aqua lustrationis qua debebant immudi
aspergi ponebantur cineres vituli combuste
ut dr numeri. 19. Inquinatos sanctificat
ad emundatione carnis quia animam mu
dare non poterat. Quanto magis sanguis
x emundabit consciam nram ab opibus mortuis
i. peccatis q mortificant anima morte culpe
et morte gehenne ad serviend deo viventi. hoc
dicit ad dram illorum qui putantur dii s sunt
mortui ut iupiter hercules et huiusmodi
tangit aut tria per que sanguis xpi habet
efficatia ad predicta primu est ipe offerens
scilicet xpus. cuius meritu est efficatie
infinite ppr giunctione ad divinitatem et
hoc tangitur cum dicitur. semetipm obtu
lit Secundu est munus oblatum qd fuit
sanctissimu io dr immaculatu. 3m est modus
offerendi qui processit ex maxima cari
tate quod notatur p spm sanctum. Cui aut
facta est ista oblatio ostendit cum dr deo. s. pri
Et io no. te. hic gitur ex pdictis que ptinet
ad vetus tes. et expositione eoru arguit ad
principale intentu s. q no. te. sit excellentius
et efficatius veteri et dividitur in duas

quia primo facit quod dictum est. 2o pbat
quoddam suppom in sua ratione ibi. Ubi em
testamentu est. Circa primu considerandu
q immediate predixit qd xpus p ppriu sag
uinem intravit in celum et sic invenit
nram redemptione eternam. hoc aut non
poterat fieri in ve. te. ex quo sequitur q aliud
testa. factum est p xpm et p qns debet dici
no. te. quia quod sequitur predictis dr novi
vel illius et hoc est qd concludit aplus. Et
io no. te. mediator est. s. ipe xpus. et p que
modum sit mediator subdit in morte ut
morte intercedente i. xpi morte interveni
ente p quam eius testamentum e confirmatu
in redemptione earum prevaricationu qu
erat sub priori testamento i. q vetus testa
mto poterit auferre s p xpi mortem sunt
ablate. repmissione eterne hereditatis acci
piant p efficatiam passionis xpi qui vo
cati sunt ad participand ipam p veram fidem
z sacramentoru no. le. susceptione. Et sic
patet q no. te. est efficatius vete. qr mundat
aiaz et confert hereditate eterna. vetus aut
testamentu tm exterius mudabat et tempo
ralem hereditatem pmittebat. Ubi em testa
mentum hic probat quod supposuit. s. qd
te. no. sit confirmatu p mortem xpi et
p hoc probat duplic. primo p legem humana
2o. p legem divinam ibi. Unde nec primum
Circa pm sciend q sedm leges humanas civi
les z canonicas. testamentum non habet
robur qdiu vivit testator quia cum semp
potest mutari cum sit ultima volumtas
vite presentis s in morte confirmatur ita
similiter te. no. quod est pprie testamentu
xpi in sua morte fuit roboratu ppr hoc cu
dixit consumatu est ut het. Joh. 19. et hoc
est quod dr hic ubi em testamentu est mors
necce est intercedat i. interveniat testatoris
etc. pz lra. Unde nec primu. hic gitur pbat
idem p legem divinam in qua probatione
primo ponit no. te. et ve. convenientiam.
2o. eoru dram ibi necce est ergo. Circa pm
sciend q ve. te. quod fuit figura novi fuit

confirmatum per aspersionem sanguinis ut habetur exo. 24°. Et sic per legem divinam patet quod testamentum novum per effusionem sanguinis debuit confirmari ut figuratum responderet figure et hoc est quod dicitur. Unde nec primum quidem, id est testamentum vetus, quod fuit primum dedicatum est, id est confirmatum sine sanguine. Lecto enim omni mandato legis a moyse universo populo hoc habetur exo. 24°. ubi dicitur quod populus recepit testamentum et obligavit se ad obediendum et tunc moyses ad confirmationem huius aspersit sanguinem et hoc est quod dicitur: accipiens sanguinem vitulorum et hyrcorum cum aqua et lana coccinea et ysopo. Sed contra hoc posset aliquis dicere quia exo. 24°. non fit mentio nisi de sanguine vitulorum. Dicendum quod apostolus fuit instructus in lege et ex usu et consuetudine sciebat qualiter talia fiebant, scilicet per commixtionem sanguinis hyrci et aque ut sanguis esset clarior, lana vero coccinea et ysopus erat ibi quasi aspersorium ad sanguinem aspergendum et propter hoc moyses tacuit ista quia non erat principalia. tamen credendum est apostolo quod fuerit ita ut describit. non enim omnia in exodo sunt scripta. Sequitur ipsum quoque librum, scilicet legem, et omnem populum qui legem susceperat aspersit dicens. hic sanguis testamenti, id est confirmativus testamenti, quod mandavit ad vos deus. Etiam tabernaculum. non quod aspersit tunc tabernaculum quia nondum erat factum. sed postea illud sanguine aspersit cum illud consecravit et omnia pene vasa ministerii quibus utebantur in tabernaculo moysi sanguine similiter aspersit et omnia pene in sanguine, id est per aspersionem sanguinis, secundum legem mundantur. dicit pene quia aliqua mundabantur per ignem, scilicet illa que poterant ignem sustinere ut habetur numeri 31°. Expiatio tamen pro peccato non fiebat sine effusione sanguinis et hoc est quod dicitur. Et sine sanguinis effusione non fit remissio. quia animalia sacrificabantur pro peccatis quorum effundebatur sanguis in signum quod per effusionem sanguinis christi facienda erat remissio peccatorum que non poterat fieri sanguine animalium sed tantum significari. Necesse est ergo. posita convenientia novi testamenti et veteris quantum ad emundationem hic consequenter ponit differentiam ostendendo primo quod emundatio novi testamenti est melior. 2° quod est perfectior ibi. Neque ut sepe. Circa primam partem dicit sic. Necesse ergo exemplaria quidem celestium hiis mundari, id est tabernaculum veteris testamenti quod est quodammodo exemplar celestium ut declaratum est 8° capitulo, debuit mundari talibus hostiis que fiebant de animalibus brutis. Ipsa autem vero celestia melioribus hostiis quam istis, supple, debuerunt mundari et ideo mundata sunt sanguine christi. Sed dices quomodo intelliguntur mundari celestia ubi nulla fit macula. Dicendum quod sicut dicebatur emundari tabernaculum non quia habet in se aliquam immunditiam sed quia tollebat quedam irregularitates quibus impediebantur homines accedere ad sanctuarium ita dicuntur mundari celestia per christi sanguinem et per sacramenta nove legis ex eodem sanguine habentia efficaciam inquantum purgant peccata que impediunt ab ingressu celestium. Et ideo dicit hostiis in plurali quia licet sanguis sit una hostia tamen eius efficacia nobis communicatur per varia nove legis sacramenta. Et quod tabernaculum sanguine christi mundatum sit melius tabernaculo moysi declarat dicens. Non enim in manu facta sancta ihesus introivit. quale fuit tabernaculum moysi ab homine factum quod fuit figura tabernaculi celestis ut predictum est. ideo subditur. exemplaria verorum. sed in ipsum celum introivit ihesus ut appareat nunc vultui dei pro nobis. Sicut enim pontifex legis intrabat sancta sanctorum ut appareret coram propitiatorio quod erat quasi sedile dei. Sic christus quantum ad humanitatem intravit celum non ad hoc ut videret faciem dei patris de novo quia vidit eam ab instanti conceptionis. Sed quia eius humanitas de novo translata fuit ad celum ubi facies dei clare videtur a beatis ut per hoc coram deo pre. pro nobis

interpellet representando humanitate quam
assumpsit pro nobis. Neque ut sepe ferat.
Hic ondit quod emundatio no. te. perfectior
est. Et dividitur in duas partes quia primo os-
tendit propositum 2° ad hoc adducit simile ibi
Et quemadmodum in prima parte facit talem rone
illa emundatio que non reiteratur quia
semel facta sufficit perfectior est quam illa que
reiteratur pluries propter sui imperfectione sed illa
emundatio que fiebat a pontifice ve. le. In
festo expiationis quolibet anno reiterabatur.
Expiatio autem facta per xpm semel tantum facta
est quia eius unica passio sufficit ad deletionem
omnium peccatorum ergo est perfectior et hoc est quod
dicitur. Neque ut sepe se offerat semetipsum. Est
xpus pontifex quemadmodum pontifex ve. le.
intrabat in sancta sanctorum per singulos annos in
sanguine alieno. quia aliter sequeretur inconve-
niens. scilicet quod xpus pluries debuisset pati a principio
mundi. Sicut et sacerdos ve. le. intrabat
per singulos annos sancta sanctorum pro expiatione
peccati populi israel. nunc autem ita est quod sicut pontifex
ve. le. intrabat sancta sanctorum pro peccato populi israelitici
Ita xpus passus est pro salute totius mundi
qui incipit a principio creationis sicut populus
israel a dampnatione legis. Et ideo si xpi oblatio
esset iterabilis debuisset frequenter pati ab
origine mundi sicut pontifex legis quolibet
anno intrabat sancta sanctorum a dampnatione
legis. et hoc est quod dicitur alioquin oportebat
eum frequenter pati ab origine mundi. Et
quia hoc esset inconveniens ideo subdit apostolus
Nunc autem semel in consumatione
seculorum. i. in ultima etate in qua consumatur
misterium xpi ad destitutionem peccati per hostiam
suam apparuit seipsum in conspectu omnium
ferendo in cruce. Et quemadmodum hic adducit
simile ad suum propositum. scilicet quod ex peccato primi
parentis statutum est ex divina sententia quod
homines semel moriantur. Et postea in iudicio
divino manifeste presentabunt sicut xpus pro
salute hominum in cruce mortuus postea
apparebit in iudicio non iudicandus. sed magis
per suum iudicium fidelibus suis eternam salutem
redditurus Et hoc est quod dicitur. Et quemadmodum
statutum est hominibus semel mori ex con-
ditione originalis peccati post hoc autem iudicium. scilicet extremum
Sic est xpus semel oblatus in cruce non
ex conditione originalis peccati quod non con-
traxit sed ex conditione mortalis nature
quam voluntarie assumpsit. Ad multorum
exhaurienda peccata quod dicit quia licet passio
xpi se extendat ad delendum omnia peccata quantum
ex se tamen aliqui se reddunt indignos et ideo
dicit multorum. non omnium. sequitur secundo sine
peccato apparebit etc. quia in 2° adventu xpus
apparebit in forma gloriosa et sine simi-
litudine peccati. In primo autem adventu appa-
ruit in forma hominis mortalis habentis simi-
litudinem peccati secundum quod dicit apostolus. Ro. 8°.
Ad maiorem evidentiam dictorum in hoc capitulo
queritur utrum sanguis xpi fuit oblatio
deo acceptissima et arguitur primo quod non
quia effusio sanguinis innocentis est coram
deo abhominabilis xpus autem fuit inno-
centissimus ergo etc. Iterum illud quod habet
similitudinem cum sacrificiis gentilium non
est deo acceptum. Sed oblatio sanguinis inno-
centis est huius. secundum quod dicitur in psalterio Ef-
fuderunt sanguinem innocentem sanguinem
filiorum suorum et filiarum suarum quas sacrifi-
caverunt sculptilibus chanaan ergo etc.
Contra per illud quod dicitur in textu. quanto magis
sanguis xpi qui per spiritum sanctum seipsum obtulit
immaculatum deo emundabit conscientias nostras
etc. Respondeo non est hoc intelligendum
quod solus sanguis xpi fuit oblatus pro nobis
ymo tota humanitas eius et hoc patet
ex auctoritate inducta in qua dicitur obtulit semet
ipsum. fit tamen mentio in hac oblatione specia-
liter de sanguine inceptum fuit separatus
a carne. tamen utraque est de oblationis inte-
gritate propter quod in sacramento altaris quod
est memoriale illius oblationis consecratur
simul caro et sanguis tamen sub speciebus divisis
sicut in illa oblatione fuit sanguis separatus
a carne Sicut anima xpi fuit pro nobis
oblata inquantum per passionem fuit a corpore

sepata ad satisffaciendu pro nob Joh. 10.
animam meam ponam pro ouibus meis
. Et sic patet q tota huanitas ptinet ad
x oblatione seu sacrificium Qz aute
hec habeat pfecte roe oblationis uel sa
crificii patet q sacrificiu in lege fiebat
.1. triplici de causa. primo ad tollendu pcca.
.2. ppt hoc in lege dicebatur aliqua sacri
ficia pro pcto. Scdo ad gram osuand
.3. ppt hec in lege dicebant aliqe hostie pa
cifice. Tertio ad hoc q mens hominis
pfecte deo uniretur p amore ppt hoc i lege
offerebatur holocaustum quod totu incen
debatur ad honorem diuinu. Ista aut ta
puenerunt nobis a deo mediante huanitate
xi. pro nob oblata quia p hoc pcca nra
sunt deleta. apoca. 1. dilexit nos et la
uit nos a pctis nris in sanguine suo et
gra collata. Jo. 1. gra. et ueritas p xpm
ihm facta est et porta glorie apta inq
sit ad deum unio pfecta ppt hoc dicitur infra
10. ca. habemus fiduciam p sanguinem eius
i merita scorum. Et sic patet q sacrificiu
xpi fuit pfectissimu quia gtinet in se
pfectissime uirtute omn sacrificiorum sicut
pfectio diuina gtinet in se unite, et emine
ter pfectionem omn creaturarum. Ad. p.m
dicendum q effusio sanguinis xpi potest
referri ad duplex principiu. Uno modo ad
ipos effundentes, et sic fuit deo abhomi
nabilis, et fuit pcm grauissimu. Alio modo
ad uoluntate ipius xpi patientis qui uo
luntate se obtulit passioni ex caritate
maxima Et sic fuit deo acceptissima et
hoc scdo mo habuit roem oblationis et
sacrificii non aut pmo. Ad 2m patet ex
dictis q oblatio sanguinis innocentis in sa
crificiis gentilium habet similitudine cum
illis qui occiderunt xpm. hoc modo non
habet rationem sacrificii ut dictum e t
io no e silitudo sacrificii xi. ad sacrificia illorum



X

Umbram enim hns. In capitulo
pcedenti probauit aplus emi-

nenciam no. te. et in sua probatoe dixit
q ue. te. non auferebat pctm io istud qd
ibi posuit hic gme probat Et diuiditur
in duas quia primo facit quod dictu est
2o comparat sacerdotem no. te. ad sacrdote
ue. te. ibi. omnis quide sacerdos. primu pbat
dupl. pmo p roez 2o p scptura ibi. ideo in
grediens. prima adhuc in duas roes quas
facit scda ibi impossibile em. Ad euidencia
pme rois considerandu est q dicit umbra
et ymago in hoc q umbra e longinqua
similitudo rei ymago aut est ppinqua
et expressa rei similitudo Et io sacrificia
ue. le. habuerunt roem umbre rel. bonorum
glorie quia non pmittebant illa expsse
s sub uelamine psperitatis terrene sa
crificium aut noue legis ht roez ymaginis
quia in mediate inducit ad bona glorie
celestis hoc aut non poterat facere sacri
ficia ue. le. quod patet ex mo offerendi
ipa quia quolz anno reiterabantur q no
fieret si p ipam offerentes mundarentur
q tunc talis ro esset frustra Et non est -alias oblatio
dicendum q aliquid frustra pcipiebatur
in lege diuina ergo non auferebant pcca
et hoc est quod dr hic. Umbram em hns
lex bonorum futurorum i. bonorum glorie que
expectantur in futurum que in lege pmitte
bantur confuse p medium umbre et non
expresse io sequitur non ipam ymaginem
rerum p singulos annos eisdem ipis hostys
quas offerunt indesinenter sa. ue. le. nu
q pt. lex uetus p talia accedentes pfectos
facere. i. mundatos a culpa et dignos glia
aliquin cessassent offerri post prima eorum
oblatione io q nullam hrent ultra cosciaz
pcti cultores semel mundati et io cocludit
q fiebant illa sacrificia ad pctorum recorda
tione inqantum p talia offerentes ostendebat
se hre pcti consciam et hoc est quod dicitur.
s in ipis memoratio pctorum p singulos an
nos fit. deletio uero pctorum expectabatur
fienda p xpm. Sz uide q ro apli non
ualeat quia no pot dici q illa sacrificia

mundabant a peccatis preteritis. non autem a futuris Et quia reiterabantur peccata per eos et sacrificia erant iteranda non fecisset ut apostolus arguit sed ad delectionem peccati iterum perpetrati dicendum quod apostolus ex modo loquendi excludit hoc dictum dicit enim quod lex tantum habebat umbram celestium Res autem ita est quod peccata opponuntur celestibus quia excludit ab ipsis et ideo illud quod emundat peccatum oportet quod sit celeste et spirituale et illud quod est tale habet efficaciam perpetuam Et per consequens non est reiterabile / Sic autem est dicendum de oblatione Christi in cruce racione deitatis adiuncte. et ideo non reiteratur quia semel facta sufficit ad delendum omnia peccata commissa et committenda Sed adhuc dices sacramentum altaris cotidie offertur in ecclesia quare etc. Dicendum quod non est ibi sacrificii reiteratio sed unius sacrificii in cruce oblati cotidiana commemoratio propter hoc dicitur. 26. hoc facite in meam commemoracionem quia idem offertur quod ipse obtulit. Impossibile enim. Hic ponitur 2a ratio ad idem quia principalius sacrificium quod fiebat in lege fiebat in die expiationis de yrco et vitulo. Sed illud non poterat auferre peccatum cum esset quid pure corporeum quod non attingit ad animam quare multo minus alia legis sacrificia poterant auferre peccata huius racionis ponit minorem dicens impossibile est enim sanguine yrcorum et taurorum auferri peccata Sed autem contra hoc arguatur de sacramentis nove legis. que consistunt in quibusdam rebus corporalibus tantum Et tamen mundant animam dicendum quod non est simile quia in ipsis divina virtus operatur Et ideo operantur ad graciam per modum instrumenti. non sic autem erat sacramentum veteris testamenti ut plenius dicam in fine huius capituli. Ingrediens. Hic probat per scripturam psalmi 39. que loquitur de adventu Christi propter imperfectionem sacrificiorum veteris legis supplendam per suum sacrificium et facit talem racionem. Illud quod aufert peccatum oportet quod sit deo acceptum. sacrificium veteris legis non erat deo acceptum ut patet per scripturam psalmi inductam quare etc. et hoc est quod dicit. Ideo

Ingrediens mundum per carnis assumptionem dicit quia illa scriptura loquitur in eius persona hostiam In hoc tangit sacrificia que fiebant de rebus animatis Et oblationem .i. sacrificia de inanimatis. noluisti .i. non acceptasti et sunt verba filii ad patrem et interponit sacrificium patri acceptum quod de corpore Christi fuit dictum dicens. Corpus autem aptasti mihi .i. corpus passibile aptum immolationi et quia fuit formatum et aptum sola virtute dei absque semine virili. holocausto mata quod totaliter incendebatur. Et pro peccato offerebantur quorum una pars incendebatur altera erat sacerdotis et sic apostolus tetigit omnia genera sacrificiorum veteris legis. ondens quod non fuerint deo accepta quia de talibus subditur. non tibi placuerunt Et quare omnino dicitur in serie scripture quod sacrificium nove legis. sit acceptum cum subdit de Christo. Tunc dixi ecce venio per carnis assumptionem in capite libri scriptum est de me ut faciam voluntatem tuam deus. liber iste est notitia predestinationis divine caput huius libri dicitur illud quod in divina predestinatione principalius continetur. hoc autem est misterium incarnationis Christi ut ad beatitudinem pertingat omnes electi. Superius dicens etc. Istud quod sequitur est verbum apostoli exponentis auctoritatem psalmi de exclusione sacrificiorum veteris legis per sacrificium Christi et patet litera per predicta unde concludit. aufert primum .s. legis sacrificium ut sequens statuat .i. confirmet sacrificium Christi acceptum deo patri, in qua voluntate – sanctificati sumus etc. quia per hoc quod Christus implevit voluntatem patris se ipsum offerendo nos sanctificavit. Et omnis quidem sacerdos. hic comparat sacerdotem novi testamenti et veteris ad invicem et dividitur in duas. quia primo facit quod dictum est 2o. declarat per scripturam ibi. Contestatur autem nos. Ad evidentiam primi considerandum quod in lege erat duplex sacrificium solempne unum erat in die expiationis quod solum fiebat per summum sacerdotem ut frequenter

dictum est. Aliud erat iuge sacrificium quod representabat eternitatem xpi secundum divinitatem. et ideo dicebatur iuge quia cotidie offerebatur agnus mane et vespere Et istud sacrificium non solum offerebatur per summum sacerdotem sed etiam per alios inferiores sacerdotes Et de isto sacrificio loquitur hic dicens. Et omnis quidem sacerdos s. ve. le. presto est cotidie. ministrans. quia cotidie offerebant iuge sacrificium. Et easdem sepe offerens hostias easdem s. in specie non in numero. que non possunt auferre peccata ut patet per predicta et magis patebit infra. hic autem i. xpus unam pro peccatis offerens hostiam que sufficit ad delendum omnem culpam commissam et committendam in sempiternum sedet in dexteram dei patris ut dominus et in hoc patet differentia eius ad sacerdotem ve. te. qui oportebat continue stare ut minister. xpus autem non fuit minister nisi in unica oblatione qua peracta sedet in dextera patris ut dominus de cetero expectans donec ponantur inimici eius sca. pe. eius. Et hoc complebitur in finali iudicio sicut expositum est supra primo ca. Una enim oblatione consummavit i. ad perfectionem adduxit in sempiternum sanctificatos quia hostia habet virtutem eternam sanctificandi et propter hoc illa peracta non habuit amplius necessitatem ministrandi sicut habebat sacerdos veteris testamenti. Contestatur autem. hic adducit ad probandum idem auctoritatem — Je. 31. que supra exposita est 8. ca. Et in fine illius ponitur et peccatorum et iniquitatum eorum non recordabor amplius. quia ad talem remissionem se extendit efficatia oblationis xpi que est oblatio no. le. Et ideo propter hoc quod xpus non habet necessitatem stare ut minister ad plures offerendas et hoc est quod subdit. Ubi autem horum remissio est. s. peccatorum omnium iam oblatio pro peccato quia frustra fieret. al. li. Non est opus valentibus medicus. Cetera patent ex dictis 8. ca. Habentes itaque fratres fiduciam apostolus ostendit eminentiam sacerdotii xpi hic ostendit

quod debemus ei reverenter obedire. Et dividitur in tres partes quia primo ponit apostolus allectiva ad huius subiectionem. 2° ostendit subiectionis modum et ordinem ibi accedamus cum vero corde. Tertio subdit huius subiectionis rationem ibi voluntarie enim. Circa primum considerandum quod duo sunt que debent nos allicere ad hoc quod sacerdotio xpi subdamur humiliter et devote. Primum est huius sacerdotii efficatia quia per ipsum introducimur ad celestia. Et hoc est quod dicit. habentes itaque fiduciam introitus sanctorum i. celestium in sanguine xpi qui est oblatio huius sacerdotii qui initiavit nobis viam novam. quia nullus ante xpm ascendit in celum. et viventem. dicitur hec via vivens effective quia ducit ad vitam eternam. Qualiter autem xpus inchoavit vitam istam ostendit. Quia per velamen i. carnem suam quia caro xpi oblata in cruce erat quoddam velamentum nature divine. Secundum autem quod debet nos attrahere subiectioni predicte est potentia huius sacerdotii quia xpus non solum habet potestatem super unam gentem sicut sacerdos legalis super gentem iudeorum sed habet potestatem super totam ecclesiam militantem et triumphantem Et hoc est quod tangitur. Et habentes supple sacerdotem magnum super domum dei. Accedamus. hic ostendit modum subiciendi nos sacerdotio xpi quia talis modus est primo per veram fidem et hoc tangitur cum dicitur. Accedamus ad eum vero corde absque fictione. In plenitudine fidei quia non sufficit credere aliquos articulos. sed oportet credere quicquid credit ecclesia. 2° per susceptionem sacramentorum xpi in quo profitetur se homo servum xpi et istud tangitur ibi aspersi corda a conscientia mala abluti corpus aqua munda. non solum lavat exterius corpus sicut faciebant ablutiones veteris legis sed etiam lavat duntaxat interius Tertio subicimur xpo per spem firmam et hoc est quod dicitur Teneamus spei nostre confessionem indeclinabilem. ita quod non

declinemus ab ea in prosperis nec in adversis
et subdit causam huius firmitatis. Fidelis enim
est qui repromisit. s. deus qui non potest
mentiri. Et ideo spes nostra debet ei firmiter
inniti. 4o. debemus xpo subici per caritatem licet
autem caritas principaliter subiciatur deo tamen
manifestatur per dilectionem proximi. secundum
quod dicitur prima Joh. 4o. Qui non diligit fratrem
suum quem videt deum quem non videt quomodo
potest diligere. ideo apostolus loquens de caritate per
quam debemus xpo subici tangit dilectionem
proximi per quam manifestatur dilectio dei
Et consideremus invicem i. solliciti simus
quibus de proximo in provocationem caritatis
et bonorum operum quantum ad promotionem in
bono non deserentes collectionem nostram i.
cetum fidelium in pressura tribulationis
et in hoc tangit sublevationem a malo quia
deserentes eos in talibus non sunt veri xpiani
de quibus subditur Sicut est consuetudinis
quibusdam i. fictis xpianis deserentibus
proximos in pressura tribulationis sed
consolantes oppressos debitis esse et tanto
magis quanto videritis appropinquantem diem. s.
equitatis vel iudicii. Cuius ratio est. quia gratia
perficit naturam. Motus autem naturalis fortior
est in fine et similiter debet esse devotus
caritatis et gratie. Voluntarie enim. hic ponit
ponit rationem subiectionis tactis et dividitur in
duas quia primo ponit rationem deterrentem
2o. allicientem ibi. Rememoramini. prima
in duas. quia primo inducit terrorem ratione
subtractionis auxilii 2o. ratione districtionis
divini iudicii ibi Terribilis namque. Circa
primum sciendum quod glossa hic distinguit inter
illum qui peccat nolens et voluntarie quod
ille qui ex passione consentit peccato peccat
nolens. Ille autem qui ex malitia et habitu
inclinantem voluntatem consentit peccato.
peccat voluntarie et propter hoc iste non pe-
nitet quia operatio procedens ex habitu est
delectabilis. primus autem penitet transeunte
passione auxilium et ideo divine gratie
non datur nisi penitentibus et ideo subiungit.

voluntarie peccantibus quia non penitet
ut dictum est et hoc est quod dicitur. Volunta-
rie enim peccantibus nobis etc. Aliter potest
exponi vera et magis est ut dicitur secundum intentionem
apostoli. Ad cuius intellectum considerandum
quod secundum sententiam aug. et aliorum sanctorum post
nature lapse liberum arbitrium non potest
devitare peccatum antequam reparetur per gratiam
postquam vero reparatum est potest vitare omne peccatum
mortale. Et ideo magis voluntarie cadit
in peccatum reparatus propter quod non reparatus ad-
hibetur efficacius remedium ad tollendum peccatum
s. baptismus quia aufert omnem culpam et
penam. Sed si post reparationem baptismalem
aliquis cadat in peccatum iam non adhibet
sibi tale remedium quia non est iterabile
sacramentum et hoc est quod dicitur. Volun-
tarie enim peccantibus nobis post acceptam
notitiam veritatis i. post baptismum qui
est fidei sacramentum iam non relinquitur
pro peccatis hostia mortis xpi nobis communicanda
secundum totum effectum sicut fit per baptismum
qui delet totum eo quod in ipso configuramur
totaliter morti xpi. secundum quod dicitur Ro. 6o. Con
sepulti sumus cum illo per baptismum in
morte etc. Terribilis autem hic ponit ad
hoc rationem ex districtione divini iudicii
quod est valde terribile transgredientibus
legem xpi et hoc est quod dicit. Terri
bilis autem ex parte iudicii propter summe incretar
tabilitatem et propter pene acerbitatem que
tangitur Et ignis emulatio. i. pena ignis
ex emulatione et zelo divine iustitie in
fligenda que consumptura est adversarios
eos eternaliter cruciando et confirmat
hoc per simile de lege moysi. Cuius transgres
sores puniuntur morte ut patet ex
deuteronomio ve. te. Et multo gravius punietur
transgressor legis xpi que quanto sacratior est
oportet eam magis observari et hoc est quod
dicit. Irritam quis faciens etc. et patet
usque ibi. Qui filium dei conculcaverit
mandata eius contempnendo et sangu
inem testamenti pollutum duxerit. In quo

sanctificatus est quod facit ille qui post
baptismum revertuntur ad vomitum et spiritui gratie
contumeliam facit reputando aliter pro
poni de illis qui dicebant observationem lega
lium esse necessariam ad salutem post baptismum Et sic
quodammodo conculcabant dei filium dicentes christum
impotentem ad salvandum nos per se ipsum et sang
uinem eius quodammodo pollutum dicebant Ex
quo per se non sufficiebat ad emundationem
peccatorum et per hoc etiam faciebant contumeliam gratie
no. te. Et autem predicta merebantur a
deo puniri probat per scripturam dicentem in
persona dei mihi vindictam et ego retribuam
quia si iudices vindicent hoc non conveni
ens nisi in quantum sunt dei ministri et quia
vindicta deo reservatur qui est fortissimus
ad intelligendum et iustissimus ita quod non
potest a iustitia flecti ideo concludit horrendum
est incidere in manus dei viventis. Sed contra
hoc arguitur quia david elegit incidere magis
in manus dei quam in manus hominum. Dicendum
quod melius est incidere peccantem in manus dei ante
iudicium finale quod est per misericordiam et sic elegit
david Sed horrendum est incidere post iudicium
vel in iudicio quando aget ut deus ultionum.
Rememoramini. postquam induxit ad inherendum
christo per voces deterrentes hic inducit ad hoc
per rationes demulcentes ad modum boni
medici qui post sectionem vulneris apponit
unguenta mitigantia Et quia ad bene agendum
maxime provocat commemoratio de bene
gestis ideo ad primum eorum bona commemorat
Secundo hortatur ad implendum quod restat ibi
nolite itaque. In prima igitur parte sic dicit
Rememoramini pristinos dies id est prima gustatores
vitam laudabilem et statum tempore vestre conversionis
ad fidem in quibus illuminati per fidem et baptismum
magnum certamen passionum sustinuistis
et hoc duplex Uno modo in propria persona op
pressiones et derisiones sustinendo et hoc
est quod dicit Et in altero quidem id est uno
modo certamen sustinuistis opprobriis et tribu
lationibus spectaculum facti Alio modo in
christi amicis eorum talia sustinuerunt et sic

ipsi per passionem afflicti fuerunt et hoc
est quod dicit in altero autem socii taliter con
versantium effecti quod specificat magis in
speciali dicens Nam et vinctis compassi estis et
rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis
Et quia talia non sunt propter se appetenda sicut
medicina amara propter sanitatem ideo subdit Cog
noscentes vos habere meliorem manentem substantiam
id est divitias celestes que sunt meliores quia
satiant appetitum et manentes quia non possunt
auferri. Nolite itaque. hic quidem hortatur
ad implendum quod restat et dividitur in
duas quia primo facit quod dictum est Secundo
ad hoc inducit auctoritatem scripture ibi Ad
huc enim. prima parte hortatur eos qui ex
bonis precedentibus debent moveri ad perseverandum
in bono ne amittant bonum preteritum Et
hoc est quod dicit Nolite itaque amittere
confidentiam vestram id est firmam perseverantiam
que magnam habet remunerationem quia
qui perseveraverit usque in finem salvus erit
Mt. 24. modus autem perseverandi cuique
tum subdit patientia enim vobis necessaria est respectu
malorum illatorum et etiam bonorum dilatorum
ut facientes voluntatem dei id est eius mandata
reportetis promissionem id est rem promissam
que est beatitudo eterna. Ad hoc enim hic
ad propositum adducit auctoritatem scripture cuius
principium habetur Aggei primo. et finis Habac. 2.
que inducit apostolus ut ostendat eos uno spiritu
fuisse locutos. loquitur autem Aggeus de adventu
christi in mundum tamen apostolus accipit dictum
eius in sensu mistico de adventu eius ad iu
dicium et sic venit christus dupliciter Uno modo
generaliter respectu omnium licet a tempore
Aggei usque ad generale iudicium fuit tempus
magnum tamen dicitur modicum respectu eterni
tatis. Alio modo venit christus ad iudicium parti
culariter et hoc est in morte cuiuslibet
hominis quia qualis in morte cuiusque hominis
quia qualis in morte invenietur talis in iudicio
presentabitur et usque ad tempus christi adventum
est tempus simpliciter modicum quia breves dies
hominis sunt et hoc est quod dicit hic. Adhuc

em modicu aliquantulu .i. valde breue. Qui
uenturus est in finali iudicio ad iudicand'
ueniet et non tardabit. quia quale reperiet
homines in morte q̄ de proximo imminet tale
ipsum in iudicio presentabit Et quia soli iusti
remunerabuntur io sequitur. Justus aut
meus ex fide uiuit p fidem em anima
primo vnitur deo/et ideo p ipam dr̄ viuere
sicut et corpus viuit p illud quod primo vnit
aie/et sicut corpus sepatu ab anima mori
tur morte nature. sic aia p sepatione a
deo. io subdr̄. q si substraxerit se a deo per
culpam non placebit anime mee .i. vo
luntati mee quia recidit a gra. Sciendum tn
q aplus allegat hic auctem abacuc scdm
translatione lxx. Jeronimus aut transtulit
sic. non erit anima eius recta in eo. Et
est ead' snia. quia voluntas diuina est
regula recta humanoz actuu. Ideo qui se
subtrahit ab illa cum sit regula recta per
quã ht animam non rectam. Conr con
cludit intentum dicens. Nos aut no sumus
filij subtractionis .i. subtractio predicta no
debet dnari in nob. quia dicitur aliquis filius
(eo q dnatur in ipo/sicut dr̄ aliquis filius
mortis eo q meritum mortis dnatur in ipo
in pditione aie/ quia ad subtractione pre
dicta sequitur mors aie. S; fidei simplr filij
sumus regti p fide et sacramenta et io fides
formata debet dnari in nob ad qm seqt
aie salus io sequitur. In acquisitionem
aie. Ad maiorem euidenciam eoz que
dicta sunt in pn°. huius capli. queritur vtz
sacramentu et sacrificia veteris legis iusti
ficarent Et arguit primo q sic p illud qd'
habetur leuitic. 8. Cumque sanctificasset
eos moyses .i. aaron et filios eius de quoz
ordinatione loquitur. Ex quo patet q sacra
mentum ordinis in ve. le. scificabat et
p ons iustificabat quia idem est scificare
et iustificare gra. Item sedm doctores
scdos in circumcisione conferebatur gra q
mundabat ab originali culpa/ circumcisio at
erat sacramentum veteris legis/ergo sacra

ve. le. conferebant gram p quã iustifica
bant. Contrarium dr̄ in hra. Impossibile
est enim sanguine tauroz et hircoz auferri
pcta. Respondendo dicend'. q iustificatio gre
de qua est hic questio est p gram gratum
facientem que aufert culpam et facit dignum
uita eterna. talis aut iustificatio
est a solo deo sicut a causa principali agente
scdm illud ps. Gram et gliam dabit dns
Et io si aliquis aliud ad iustificationem
opatur hoc est tantum p modu instrumenti.
Instrumentu vero dei est duplex coniunctum
Aliud sepatum sicut in artificialib; patet. ma
nus em artificis est instrumentu eius con
iunctum in quantum membra sunt quedam
aie organa siue instrumenta. Securis aut
uel dolabra est eius instrumentu sepatu
et patet ordo huius duplicis instrumenti. q
instrumentum sepatum non applicatur
ad opus nisi per realem motionem in
strumenti coniuncti. humanitas xpi se habz
ad deitatem sicut instrumentum coniuctu
pp hoc damascenus uocauit ipaz organum
diuinitatis et io opatur ad iustificatione;
p modum instrumenti coniuncti. Sacrameta
aut non possunt ad hoc coopari nisi p
modum instrumenti sepati inquantu
recipiunt virtutem a passione xpi vbi eius
humanitas ad meam iustificatione fuit
applicata scdm qd' dr̄ Johis. primo. Ecce
agnus dei. ecce qui tollit pcta mundi. q
p huius immolatione fecit deus meam
iustificatione. Receptio aut huius virtutis
non potest competere sacramentis veteris
le. s; tantummodo sacramentis no. legis. cuius
ro est quia talis receptio est p reale mo
tione instrumenti coniuncti ut dictum est.
nichil aut potest mouere realiter nisi
sit in actu. et io sacrameta ve. le. q pre
cesserant incarnatione et passione xpi no
poterant recipere ab ipo virtutem coopandi
instrumetaliter ad iustificatione. S; sacra
no. le. que ipam sequitur talem virtutem
recipiunt et io sunt instrumeta iustifi

cationis humane. Considerandum tamen
quod licet nunquam possit ad aliquid movere per
modum efficientis et per realem motionem
antequam sit in actu ut dictum est, potest tamen
movere per modum finis et per apprehensionem
sicut sanitas apprehensa causat sui ipsius
desiderium antequam sit in effectu. Et hoc modo
passio Christi sive meritum incarnationis
iustificavit patres veteris testamenti inquantum erat
ab eis credita et desiderata quia per fidem
mediatoris salvati sunt. Sacramenta autem veteris legis
erant quedam protestationes fidei ipsorum et
id significabant tamen fidem per quam homines
salvabantur sed non continebant aliquam
virtutem iustificantem sicut continent sacramenta
nove legis nisi accipiatur iustificatio large
prout importat amotionem exteriorum impe
dimentorum que contrahebantur in lege veteri scilicet
ex contactu mortui animalis vel animalis im
mundi per quod reddebatur homo ineptus ad
intrandum locum cultus divini. Sic sacramenta
veteris legis iustificabant que tales immunditias
amovebant propter quod apostolus vocat terminos
istas legis iustitias carnis ut supradictum
est capitulo 9. Et sicut dictum est de sacramentis
veteris legis ita intelligendum est de oblationibus
et sacrificiis illius temporis propter quod dicitur sancti
quod sacrificia veteris legis erant accepta deo ex fi
de et devotione offerentium tantummodo et
non ex re ipsa. Sacrificia autem nove legis
sunt ex re ipsa deo accepta. Ad primum dicendum
quod illa sacrificatio non erat nisi quedam
exterior applicatio ad divinum cultum que
non conferebat gratiam licet fides ipsorum
applicatorum conferret. Ad 2m dicendum
quod in circumcisione conferebatur gratia non per
ipsam circumcisionem sed per fidem cuius erat
signum secundum quod dicit apostolus capitulo 4 Roma. quod
Abraham accepit signum circumcisionis sig
naculum iustitie fidei. Sacramenta autem nove
legis conferunt gratiam ex re operata. Ad 3m
dicendum quod oblationes et sacrificia veteris le.
non auferebant peccata sed fides et devotio offe
rentium et hoc patet in lege ubi ex mo

loquendi. In oblatione enim ostiarum pro peccato
iam mentione facta de sacrificatio dicitur
et orabit sacerdos pro eo et dimittetur ei
quasi dicens quod peccatum dimittebatur non
propter ipsum sacrificium sed propter ipsorum fidem offerentium.

XI



Est autem fides etc. Superius
apostolus amonuit fideles sub
esse Christo et ostendit quod talis
subiectio est per fidem ideo
hic incipit commendare ipsam fidem ut ea
que sunt fidei libentius amplectamur. Et
dividitur in tres partes quia primo describit ipsam
fidem. 2o ponit diversa exempla circa
ipsam ibi In hac enim testimonium. 3o ad
ea que sunt fidei hortatur plebem catho
licam in principio 12 capitulo ideo etc. In prima
parte ponit diffinitionem fidei dicens fides est
substantia etc. Ad cuius intellectum sciendum quod habitus
cognoscuntur per actus et per obiecta. Fi
des autem est habitus quidam infusus et ideo
debet diffiniri per proprium actum in comparatione
ad proprium obiectum. Actus autem fidei est crede
re qui est actus intellectus assentientis volun
tatis imperio quia nullus credit nisi volens
secundum quod dicit Augustinus super Iohannem. Et ideo actus
fidei qui est credere non solum habet ordinem
ad obiectum intellectus quod est verbum
sed etiam ad obiectum voluntatis quod est
finis seu bonum. Habitudo igitur actus fidei
ad obiectum voluntatis designatur in
designatione apostoli cum dicit fides est substantia
rerum sperandarum. Res enim sperande
continentur in ipsa beatitudine cum sit
status omnium bonorum aggregatione per
fectus ut dicit Boetius 3o de consolatione.
Dicitur autem fides substantia rerum sperandarum in (vid. sup. circa et cetera)
inquantum est quedam inchoatio future beati
tudinis quia fides est prima virtus in
fusa sicut et in aliis rebus prima pars
rei dicitur quodammodo substantia eius et maxime
quando virtualiter aliquo modo continet alia sicut
est in proposito. In hoc enim speramus beatificari
quia videbimus clare illud cui per fidem inher

inherremus, in enigmate habitudo autem actus fidei ad obiectum intellectus designatur cum dicitur argumentum non apparentium. quia obiectum fidei est veritas non visa cui firmiter adheret fides non ex rei evidentia sed ex auctoritate divina. Et sic patet diffinitio predicta quia data est per habitudinem actus fidei ad obiectum intellectus et voluntatis. Si quis autem velit predicta in formam diffinitionis reducere potest sic dicere fides est habitus mentis quo inchoatur vita eterna in nobis faciens intellectum assentire non apparentibus. Considerandum etiam quod per verba apostoli predicta distinguitur fides ab omnibus aliis que pertinent ad intellectum. Per hoc enim quod dicitur. Argumentum .i. firma adhesio distinguitur fides ab opinione suspitione et dubitatione in quibus non est firma adhesio intellectus. Per hoc autem quod dicitur. non apparentium. distinguitur fides a scientia et intellectu per quem fit quid apparens. Per hoc autem quod dicitur substantia sperandarum rerum distinguitur virtus fidei a fide communiter sumpta que non ordinatur ad beatitudinem speratam. Et per hoc etiam apparet predicta diffinitio fidei bona quia facit diffinitum differre ab omnibus aliis. In hac enim posita fidei diffinitione. Hic consequenter apostolus ponit exempla de fide. Et primo facit hoc in generali secundo in speciali ibi fide intelligimus. In prima ergo parte dicit quod patres veteris testamenti habuerunt testimonium bonitatis a deo propter meritum sue fidei. Unde gen. 16. dicitur de abraham credidit abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam et hoc est quod dicit apostolus. In hac enim .i. fide. testimonium consecuti sunt senes .i. antiqui patres fide intelligimus. Hic consequenter ponit exempla patrum fidelium in speciali et dividitur in tres partes quia primo ponit exempla de his qui ex fide fecerunt ibi fide habel. tertio de his qui propter fidem passi sunt ibi. Alii distenti sunt. Circa primum considerandum quod doctrina veteris testamenti duplex fuit una manifesta scilicet de unitate dei et creatione mundi alia occulta sub velamine figurarum scilicet de incarnatione verbi Et quia scribebat

omnibus hebreis ad fidem conversis. Ideo primam tamquam omnibus communem tangit dicens fide intelligimus aptata esse secula verbo dei quasi dicat. Sicut antiqui crediderunt omnia esse producta et disposita per verbum dei ut habetur gen. i. Dixit deus fiat et factum est Ita et nos credimus productio enim creaturarum et ordinatio eo modo quo de hoc loquitur scriptura ut potest quod illo tempore et non ante fuit producta est articulus fidei qui non potest demonstrari licet productio mundi absolute sumpte possit probari ut ex invisibilibus visibilia fierent. Communis conceptio philosophorum fuit ex nichilo nichil fieri et ideo anaxagoras posuit latitationem formarum in materia. Avicenna autem effluxionem formarum a datrice intelligentia. Plato autem posuit formas separatas esse separatas a natura a quibus procedebant materialia Similiter ponit videas in mente divina que sunt invisibiles forme et tantum procedunt ab ipso omnia visibilia sicut artificiata visibilia ab exemplari invisibili quod est in mente artificis Boetius 3°. de consolatione. Tu cuncta superna ducis ab exemplo pulcherrimum pulcher mundum mente gerens similique imagine formans et hoc est quod dicit apostolus. ut ex invisibilibus et cetera. fide plurimam. Hic consequenter ostendit quid patres ex fide fecerunt et dividitur in tres partes. quia primo ostendit de patribus qui fuerunt ante diluvium. 2° de illis qui fuerunt post diluvium tamen ante legem ibi. fide qui vocatur abraham. 3°. de illis qui fuerunt sub lege data ibi. fide moyses. Ante diluvium tres patres specialiter commendantur de fide scilicet abel. enoch. et noe. Et secundum hoc prima dividitur in tres partes secundum exempla que ponuntur de istis tribus. 2a. incipit ibi. fide enoch. 3a. ibi. fide noe. Circa primum considerandum quod ex magnitudine fidei abel processit quod de melioribus primitias deo obtulit ut habetur gen. 4°. Et hoc est quod dicitur hic. fide plurimam

credidérunt et docuerunt. 2°. de his que

.i. meliorem hostiam abel quam caym obtulit deo per quam consecutus est esse iustus quia fides per dilectionem operans iustificat testimonium perhibentem muneribus eius deo quia ignis descendit de celo super hostiam eius in signum acceptationis divine. Unde Genesis 4°. Respexit dominus ad abel et ad munera eius translatio theodotionis sic habet Inflammavit deus super abel et super munera eius Et per illum defunctus adhuc loquitur magister. Factum suum movet nos ad fidem et devotionem. Potest etiam hoc referri ad illud quod dicitur Gen. 4°. Ecce vox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra .i. ostendit innocentis fidelis mortem dignam esse vindicta. Fide enoch. Hic ponit exemplum de fide enoch. Et dividitur in duas partes quia primo ponit intentum. In 2° probat ibi. Ante translationem. Dicit ergo quod fides enoch patet per hoc quod a peccatoribus fuit segregatus et in paradisum translatus. et hoc est quod dicit. fide .i. propter meritum fidei. Enoch translatus est ne videret mortem aliorum .s. in diluvio et etiam suam quia non est mortuus morietur tamen in fine mundi quia omnes sunt debitores mortis ex transgressione primi parentis. et non inveniebatur inter homines peccatores quia transtulit illum dominus ad paradisum terrestrem ubi conservatur vita eius usque ad finem mundi. Ratio autem huius est. quia vetus testamentum ordinatur ad promissionem novi testamenti in quo expresse promittitur vita eterna. et ideo ut in veteri testamento daretur spes vite eterne more enoch dilatata tempore legis nature. et more elie tempore legis date. ut habetur 4. Re. 2°. Totum autem vetus testamentum decurrit per ista duo tempora. Ante translationem. Hic quare probat quod enoch translatus fuerit propter meritum fidei et facit talem rationem nullus potest placere deo sine fide. Sed ante translationem enoch placuit deo ut habetur Gen. 5. Enoch cum deo ambulavit. ergo habuit fidem. propter quam translatus est. propter hoc ibidem subditur Gen. 5. ideo tulit eum. et hoc est quod dicit.

Hic ante translationem etc. patet littera ex dictis. Credere enim probat quare quod nullus placeat deo nisi per fidem quia ad hoc quod aliquis placeat deo oportet quod attendat ad ipsum. Iste autem accessus est per fidem ergo etc. Ulterius considerandum quod in omni motu vel accessu rationali mobile duo intendit .s. terminum motus et causam quare movetur. In accessu autem ad deum qui est per fidem terminus est ipse deus et quantum ad hoc dicit. Credere oportet accedentem ad deum. quia est unus .s. deus eternus propter hoc dicitur exo. 3. Qui est misit me ad vos Causa autem quare homo per fidem movetur in deum est remunerationis eterne. Et quantum ad hoc dicit. Et inquirentibus se remunerator sit ista enim duo credere .s. dei unitatem et eius remunerationem eternam fuerunt necessaria ad salutem apud omnes nec plus requirebatur ad salutem gentilium qui nullam legem receperunt a deo nisi legem nature. Sed contra hoc videtur esse dictum augustini libro de correptione et gratia ubi dicit sic Illa fides sana est qua credimus nullum hominem sive maioris sive parve etatis liberari a contagio mortis et obligatione peccati nisi per mediatorem dei et hominum ihesum christum ergo credere misterium incarnationis fuit semper necessarium ad salutem omnibus etiam gentilibus. Dicendum quod misterium incarnationis potest credi dupliciter. Uno modo explicite et sic tenebantur credere illi quibus facta est de hoc revelatio sicut iudei in veteri lege tamen sacerdotes tenebantur magis cognoscere et credere quam alii et adhuc in nova lege magis tenentur ad hoc christiani quibus perfecte explicatum est misterium christi. Alio modo potest credi misterium incarnationis implicite. et ad hoc solum tenebantur gentiles quia non erant obligati ad legem moysi talis autem fides implicita de misterio incarnationis continetur in duobus predictis. quod qui credit unum deum remuneratorem inquirentium ipsum credit ipsum habere providentiam de salute hominum licet modum huius providentie

explicite non cognoscat modus aut per que deus providit saluti hominum et per incarnationis misterium. Ex quo patet quod fides incarnationis implicite continetur in predicta credulitate gentilium. Videtur etiam aliud quod deum esse non sit creditum quia a philosophis est demonstratum dicendum quod multitudo hominum non capit tales demonstrationes sed pauci. Et ideo licet non sit credibile pluribus. Apostolus autem loquitur de fide inquantum respicit communitatem hominum fide Noe. Hic ponit exemplum de fide ipsius Noe de quo dicit quia ex fide quinque fecit. Primum est quod de futuris contingentibus credidit. Cum enim oraret pro populo habuit responsum per revelationem a deo quia mundus periret per diluvium in futuro Et quantum ad hoc dicitur fide Noe responso accepto de hiis que adhuc non videbantur. Secundum est quod credens adimpleri dictum dei timuit. et hoc est quod subditur. metuens. Tertium est quod ad mandatum dei implendum fecit archam. et hoc est quod dicitur. aptavit archam id est aptam fecit ad habitationem hominum animalium et avium secundum preceptum divinum ut habetur Gen. 6. Quartum est quia pereuntibus aliis salvari cum domo sua speravit et hoc est quod dicitur. In salutem sue domus. Quintum tangitur cum subditur per quam dampnavit mundum id est mundanos dampnabiles ostendit per salutem suam inquantum solus cum suis salvatus est. Et sexto ostendit quis constitutus est Ex hiis que per fidem fecit cum dicitur. Et iustitie que per fidem est heres constitutus id est quia in diluvio totus mundus reliquus periit ideo iustitiam in ipso et filiis eius tantummodo remansit. Fide qui vocatur. Hic secundo ponit exempla de fide in patribus qui fuerunt post diluvium tamen ante legem datam Et dividitur in quatuor partes quia primo ponit exemplum de abraham secundo de ysaac ibi. fide et de futuris. Tertio de Jacob ibi. fide Jacob. Quarto de Joseph. ibi fide Joseph. Isti autem quatuor specialiter fuerunt patres iudeorum. Tres autem precedentes fuerunt patres tam iudeorum quam gentium. Prima dividitur in duas quia primo ostenditur fides abrahe quantum ad humanam conversationem secundo quantum ad divinam obedientiam ibi fide obtulit.

Prima adhuc in tres. quia primo ostendit quid abraham ex fide fecerit quantum ad inhabitationem. secundo quantum ad generationem ibi: fide et ipsa sarra. Tertio quantum ad conversationem suam ibi. Iuxta fidem defuncti. Circa primum considerandum quod magnitudo fidei abrahe ex hoc patet quod statim ad verbum domini ivit ad terram alienam sibi a deo promissam ut habetur Gen. 12. et per totam suam vitam habitavit in illa ut peregrinus et advena quia ut dicitur Act. 7. deus non dedit ei in ea hereditatem nec passum pedis. et tamen semper firmiter credidit divinam promissionem implendam et hoc est quod dicitur hic. fide qui vocatur abraham obedivit ipsi deo in locum exire quem accepturus erat in hereditatem et exiit nesciens quo iret quia illam terram alias non viderat. fide demoratus est in terra promissionis tamquam in aliena. et quod in illa manserit ut advena patet quia non mansit ibi in domo firma sed in casulis et tabernaculis que sunt mansiones mobiles et hoc est quod dicitur hic. In casulis habitando cum ysaac et Jacob coheredibus repromissionis eiusdem quia ipsis promissa est et terra illa sicut et ipsi abrahe ut patet Gen. 26. et 28. quod autem abraham habitaverit cum ysaac patet quia ipsum genuit et nutrivit. quod autem habitaverit cum Jacob nepote suo probatur sic. Quia abraham vixit. 175. annis ut habetur Gen. 25. et centesimo anno vite sue genuit ysaac ut habetur Gen. 21. ysaac autem fuit sexagenarius quando natus fuit iacob ut habetur Gen 25. et sic patet quod abraham vixit cum Jacob. 15. Ulterius reddit causam quare sic habitabant ut advene quia nichil reputabant aliquid quod esset super terram sed expectabant mansionem celestem et hoc est quod dicitur. Expectabat enim ipse abraham cum heredibus suis. Civitatem. Mansio enim celestis patrie dicitur civitas id est civium unitas propter plenitudinem pacis habentem fundamenta. hoc dicitur propter eius immobilitatem secundum quod habetur ysaie. 33. Oculi tui videbunt Jerusalem civitatem opulentam tabernaculum quod nequaquam ultra transferri

poterit. Cuius artifex conditor est deus. Unde
et ab ipso nomen accepit secundum quod dicitur ad finem
libri ezechielis ultimo nomen civitatis dominus
ibidem sicut romula a romulo nominatur.
Fide et ipsa sarra. Hic secundo ostenditur fides
abrahe quantum ad generationem. Fuit enim gene
ratio de sarra difficilis propter duo. Primo quia
erat sterilis ut habetur gen. 11. 2° quia
erat extra tempus concipiendi desierant enim
sarre fieri muliebria ut habetur gen. 18. et
tamen abraham in predicta promissione firmiter
credidit ex ea filium habere. Ex quo patet quod
magnitudo fidei sue scilicet abrahe / et ipsa sarra
sterilis a iuventute virtutem in conceptione seminis
accepit a deo miraculose / etiam preter tempus
etatis. et ideo fuit ibi duplex miraculum. quoniam
fidelem credidit ipse abraham eum qui repromisit
Quod autem istud sit factum propter fidem abrahe
et non propter fidem sarre probatur sic quia sarra
audiens nuntium de suo conceptu non credidit
sed magis frivolum reputavit. Et ideo sic
de re frivola risum emisit propter quod angelus
eam reprehendit ut patet gen. 18. Quod autem
abraham audito conceptu sarre risit non
fuit ex diffidentia sed ex gaudio procedente
ex divina promissione. ideo non fuit reprehensus
sicut sarra et ideo sequitur. Propter quod ab uno
scilicet ab abraham. Et hoc emortuo quia iam
erat vetulus et ad generandum fere ineptus
dico autem fere quia postea genuit filios
de cethura ut habetur gen. 25. quia aliquando
contingit quod ille qui propter senectutem factus
est quasi ineptus ad generandum. regenerat
tamen propter bonam mulieris aptitudinem ad con
cipiendum. Orti sunt tamquam sydera celi in
multitudine et sicut arena que est ad oram
maris innumerabilis de abraham enim orti
sunt multi boni et multi mali et propter hoc
comparantur multitudini stellarum quantum
ad bonos et multitudini arene quantum ad
malos. Iuxta fidem. Hic tertio ostendit quid
abraham cum ysaac et iacob per fidem fecerit
quia isti ita laudabiliter conversati sunt quod
usque ad mortem in vera fide permanserunt

et hoc est quod dicitur. Iuxta fidem quasi habentes
fidem sociam. defuncti sunt omnes isti non
adeptis repromissionibus. Ex quo patet fir
mitas fidei ipsorum. Sed contra hoc videtur
esse illud quod scribitur eze. 33. Unus erat abraham
et ipse hereditate possedit terram. Dicendum
quod sic debet intelligi scilicet possidendi promissi
onem accepit non tamen actu possedit quia
non habuit in ea passum pedis ut dicitur act. 7°.
propter hoc sequitur. Sed a longe eas aspicientes
et salutantes et confitentes quia peregrini et
hospites fuerunt super terram loquitur ad si
militudinem nautarum qui existentes in mari a
longe videntes portum gaudent et salutant
Sic patres veteris testamenti videntes a longe impletionem
misterii christi gaudebant propter quod dicitur Joh. 8°.
Abraham pater vester exultavit ut videret diem
meum et cetera. Et longe erant a tempore christi. Ideo
confitebantur se esse advene et peregrini propter
hoc abraham dixit. gen. 23°. Advena et pe
regrinus sum apud vos. et cetera. Et iacob dixit
gen. 47°. dies peregrinationis mee et cetera. Et per
hoc ostendebat celestem gloriam tamquam suam
patriam propriam. Et hoc est quod dicitur. Qui enim
hoc dicunt significant se patriam inquirere
Sed quia posset aliquis dicere quod propter hoc confi
tebantur se peregrinos. quia exierunt de caldea
vel mesopotamia quas terras reputabant
patriam suam. ideo hoc excludit apostolus dicens
Et siquidem ipsius meminissent de qua ex
ierant habebant utique tempus revertendi. quia
non tantum distabant a mesopotamia vel
caldea unde exierant qui de facili possent illuc
reverti. Et ideo non loquebantur de illa patria
quia ex precepto domini exierant propter quod abraham
dixit servo suo gen. 24°. Cave nequando filium
meum reducas illuc. Et licet iacob in me
sopotamiam iverit hoc non fuit ad manendum
sed ad tempus propter odium fratris sedandum et ad querendum
uxorem et ideo concludit apostolus quod non loquebantur
de patria terrestri sed celesti unde dicit. Nunc
autem meliorem appetunt scilicet celestem. Et quia
in terra ad hunc positi reputabant se de patria
celesti moribus et actu fidei. Ideo deus voluit

notari deus ipsorum ex amore et federe speciali
et hoc est quod subdr̄ · ideo non confunditur
deus vocari deus eorum · hoc habetur exo. 3.
Ubi dn̄s loquens moysi dixit Ego sum deus
abraham deus ysaac et deus iacob. Sicut
enim denominatur rex a civitate sua principali
quamvis regnum se extendat ad alia. sicut
in scriptura dicitur rex ihrlm rex babilonis
vel huiusmodi. Sic deus ab istis voluit de
nominari quia verbis et factis ondebat se
esse de civitate celesti ut dictum est. Ideo sequitur.
paravit enim illis civitatem. s. celestem. Fide
obtulit. hic ostendit quid abraham ex
fide fecit quantum ad obedientiam divinam
dns enim promiserat multiplicationem seminis
per ysaac gen. 20. et 21. Et tamen ad preceptum
dni voluit eum immolare. Ex quo patet
magnitudo fidei abrahe. quia firmiter
credebat promissionem dei implendam de mul
tiplicatione sui seminis per ysaac. Et ipso im
molato non restabat alius modus nisi per
resurrectionem eius. Ex quo patet quod abraham
credidit resurrectionem non solum generalem futuram
in fine mundi sed etiam hoc specialem resurrec
tionem filii sui ad impletionem dominice promissionis mor
tuorum In qua consistit unus de maioribus articulis
fidei. Et non solum credidit resurrectionem
generalem futuram in fine mundi sed tamen hoc
specialem resurrectionem filii sui ad impletionem
dominice promissi et hoc est quod dr̄. fide obtulit a
braham ysaac. i. offerre voluit. sed divinitus
impeditus fuit. Cum temptaretur. Temptat
enim diabolus homo et deus sed diversimode quia
diabolus temptat ut decipiat homo ut cognoscat
deus ut cognoscere faciat. Et sic temptavit
abraham ut fides eius et obedientia notificarentur
nobis ad exemplum imitationis. Et unige
nitum. hoc videtur falsum quia habebat unum
alium filium. sed solvitur per literam sequentem. Qui
susceperat promissiones etc. Quia promissum fuerat
abrahe quod semen eius vocaretur per ysaac tantum
Et ideo erat unigenitus ratione matris. que non
habuit alium filium. Arbitrans i. indicans
et fuit credens quia a mortuis suscitare

potens est deus Et ideo oblatio ysaac fuit
figura mortis et oblationis xpi. Sicut enim
aries herens inter spinas cornibus immolatus
est ysaac liberato. Sic humanitas xpi ad
herens cruci occisa est divinitate impassibili
existente. Et hoc est quod dr̄. unde eum in parabo
lam accepit. i. abraham oblationem filii sui fi
guram passionis xpi intellexit. fide et de fu
turis. hic ponit exemplum de fide fide ysaac
qui ex fide futurorum benedixit filiis suis. Et
hoc est quod dr̄. fide et de futuris benedixit
ysaac Jacob et esau hoc habetur genesi
27. Ubi dr̄ quod in benedictione sua preposuit
Jacob ipsi esau dicens dominus tuus illius con
stitui Et ysaac vidit in spiritu hanc benedic
tionem habere efficaciam in futuro quia
non habuit effectum in personis duorum
fratrum quia esau nunquam servivit iacob. sed
habuit effectum in duobus populis exeuntibus
ab ipsis quia ydumei fuerunt filiis isrl
tempore david ut habetur 2. Re. 8. fide
Jacob. hic ponit exemplum de fide ipsius Jacob qui
benedicendo filios Joseph preposuit effraym
qui erat iunior ipsi manasse. gen. 48.
Quia per revelationem sciuit dignitatem
regiam ad effraym transire et hoc fuit im
pletum in Jeroboam ut habetur. 3. Re. 12.
Et huius impletionis Jacob habuit firmam
fidem et hoc est quod dr̄. fide Jacob moriens
per singulos filios Joseph benedixit habuit autem
Jacob fidem de sepultura et resurrectione
xpi fienda in terra promissionis propter quod ad
iuravit ioseph ut faceret illud corpus
suum deferri. Post autem iuramentum gratias
agens adoravit deum conversus ad caput
lectuli sui secundum translationem Jeronimi ut
patet genesi. 47. translatio lxx. hic sic
hic allegatur Et adoravit fastigium virge
eius Et utrumque est verum quod adoravit
versus caput lectuli. quod erat contra
occidentem ad quam partem adorant iudei
Et quia erat senex habebat baculum super
cuius firmitate innitebatur adorando deum
unde non est intelligendum quod adoraverit

summitatem virge vel baculi sed adoravit deum innixus super baculum. Aliter exponit de baculo Joseph quia portabat sceptrum in signum potestatis sibi date super egyptum. Et hoc sceptrum accepit Iacob ipso Joseph cepit in rare. Et postquam iuraverat antequam redderet sceptrum ipsi Joseph adoravit deum innixus summitati illius sceptri. Aliter potest exponi magis proprie secundum litteram quia adoravit sceptrum Joseph non in se et absolute sed inquantum erat signum et figura potestatis Christi sicut et nos adoramus crucem inquantum est signum crucifixi. Fide Joseph. Hic ponit exemplum de fide Joseph quia moriens ex fide fecit memoriam de exitu Israel de egypto ut habetur Gen. ultimo. Et hoc est quod dicit fide Joseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est. Habuit etiam fidem de sepultura et resurrectione Christi in terra promissionis complenda et ideo mandavit portari ibi ossa sua ut esset particeps illius resurrectionis quia Christo resurgente multi sanctorum patres resurrexerunt ut habetur Mathei 27. Et hoc est quod dicit de ossibus suis mandavit. Sed queritur quare non precepit statim post mortem suam illuc portari. Dicendum quod ad hoc duplex ratio assignatur. Una est quia fratres sui non habebant tantam potestatem sicut ipse et ideo non poterant facere de ipso sicut ipse fecerat de patre suo. Secunda est quod per revelationem sciebat filios Israel multa dura passuros in terra egipti et ideo ad consolationem eorum voluit ibidem ad tempus sepeliri vel potius reponi ut ibidem dicitur quia per hoc habebant spem exeundi ex prophetia Joseph. Unde et Moyses educens filios Israel de egypto tulit secum ossa Joseph ut habetur Exo. 13. Fide Moyses etc. Hic consequenter ponit exempla patrum qui fuerunt tempore legis que sub Moyse data est ut dicitur Joh. 1. lex per Moysen. Hoc autem tempus distinguitur in tres. Primum tempus fuit ante exitum de egipto. Secundum in exitu. Tertium post exitum. Primo ergo ponit exempla de hoc quod factum est ante exitum. Secundo de hoc quod in exitu ibi fide reliquit

egiptum. Tertio de hoc quod factum est post exitum in terra promissionis ibi Et quid adhuc dicam. Prima in duas quia primo ostenditur quid factum sit ex fide in nativitate Moysi. Secundo quid ipse fecerit ibi fide Moyses grandis. Circa primum sciendum quod filii Israel ex prophetia Joseph firmiter credebant liberari de afflictione egipti per aliquem de populo suo cum dei adiutorio et ideo parentes Moysi videntes ipsum elegantem puerum preter solitum modum iudicaverunt virtutem dei esse in illo ad liberationem populi. Et ex hac fide servaverunt ipsum contra regem edictum exponentes se periculo personarum suarum. Et hoc est quod dicit: Fide Moyses natus occultatus est mensibus tribus a parentibus suis. Ex fide enim parentum factum est hoc non ex fide Moysi qui adhuc non habebat iudicium rationis et causam subdit eo quod vidissent elegantem infantem id est aptum ad liberandum populum deo hoc eis inspirante et non timuerunt regis edictum. Qui preceperat omnes masculos pueros in flumine ut habetur Exo. 1. Sed hoc videtur falsum quia dicitur Exo. 2. quod parentes Moysi timore regis exposuerunt eum morti. Dicendum quod non fecerunt hoc ad ipsum interficiendum sicut preceperat rex sed quia non poterant amplius ipsum celare timebant probabiliter ne auferretur ab eis et ideo in tali casu pro meliori iudicaverunt ipsum exponere divine custodie in fiscella bituminata credentes ex eadem fide quod deus servaret eum ubi deficiebat humana prudentia que in talibus non deficit. Fide Moyses. Hic consequenter ostenditur quid est fide Moyses fecit quia adoptatus a filia pharaonis ut habetur Exo. 2. Et adultus factus visitavit filios Israel. Et videns virum egiptum percucientem unum de filiis Israel interfecit eum. Et sic per hoc factum negavit se esse filium filie pharaonis. Et hoc processit ex magnitudine fidei eius quia de filiis Israel credebant Christum nasciturum et hoc est quod dicit. Fide id est per fidem Moyses grandis effectus id est adultus negavit se esse filium filie pharaonis interficiendo egiptum. Et subiungit duo diffi

cilia ad sustinend' que pelegit sustinere ex
fide. Primum est quia voluit affligi temporaliter
cum dei cultoribus quam iocundari cum ydolatris.
et hoc est quod dicit. magis eligens affligi
cum populo dei .i. cum filiis israel qui colebant
deum. quia temporalis peccati iocunditate .i. prosperi
tatem egiptiorum. Secundum est quod pelegit pau
pertatem sustinere magis quam divitias egip
tiorum cum peccato possidere. Et hoc est quod dicit
maiores divitias estimans improperium christi
.i. paupertatem vel vituperium pro fide christi sen
tiret sustinere thezauro egiptiorum .i. quam thezau
rum hominum possidere. et reddit causam quare
moyses tam dura patienter sustinebat. dicit.
Aspiciebat enim oculis cordis in remunera
tionem future beatitudinis sicut amara potio
libenter sumitur non propter se sed habendo ocu
lum ad sanitatem futuram. Fide reliquid. Hic
quarto ostenditur quid factum est ex fide in exitu
de egipto. Et dividitur in tres partes. quia primo
ostenditur quid ex fide factum sit in preparatione
exitus. 2°. quid in modo exeundi ibi. fide
celebravit. Tercio quid factum est in exitu
de egipto in regrediendo terram promissionis
ibi. fide muri iericho. Circa primum adver
tendum quod moyses bis exivit egiptum. primo
exivit occiso egiptio. et de isto exitu non
loquitur hic. quia ex timore regis tunc ex
ivit ut habetur exodi 2°. Secundo exivit de e
gipto ducendo secum omnes filios israel. et de
isto exitu loquitur hic. quia tunc non ti
muit regem eos persequentem ut habetur
exodi 14°. quia tunc dixit filiis israel. Nolite
timere etc. et hoc est quod dicit fide reliquid
egiptum non veritus animositatem regis. Et
reddidit causam quare non timuit. dicit. Invisi
bilem enim sustinuit .i. deum qui invisibilis est
fiducialiter expectavit. tamquam videns. In
spiritu auxilium eius mirabiliter affuturum propter quod
dixit populo. state et videte magnalia dei que
facturus est hodie exodi 14°. Et hoc totum pro
cessit ex fide que est de non visis. Fide celebra
vit. Hic ostenditur quid factum est ex fide in
modo exeundi. et dividitur in duas quia primo ostenditur
quid factum sit in dispositione exeundi. 2°.
quid in actu transeundi ibi. fide mare. Circa
primum considerandum est quod dispositio filiorum
israel in exeundo de egipto fuit agni pascalis
immolatio cuius sanguine linita fuerunt
super humeralia et postes domorum filiorum israel
ne interficerentur ab angelo qui percuciebat
primogenita egiptiorum ut habetur exodi 12°. Et
hoc est quod dicit. fide celebravit pascha .i. im
molationem agni pascalis que fuit figura im
molationis christi in cruce secundum quod dicit .i. corinthiorum
5°. pascha nostrum immolatus est christus per
cuius mortem et sanguinis effusionem sumus libe
rati a potestate diaboli sicut filii israel per immo
lationem agni pascalis et effusionem sanguinis
eius in postibus et super liminaribus domorum
fuerunt liberati ab angelo percuciente primogenita
egiptiorum et hoc est quod dicit. Ne qui vastabat
primitiva tangeret eos. Fide transierunt. Hic tan
gitur modus exeundi ubi ex fide contigerunt
duo miracula. unum fuit quia mare sicco pede
transierunt et hoc est quod dicit. fide transierunt
mare rubrum tamquam per aridam terram. 2m
fuit quia aqua erat eis pro muro a dextris
et a sinistris ut habetur exodi 14°. Etiam
patet per hoc quod egiptii eos sequentes submersi sunt
Et hoc est quod dicit. Quod experti egiptii devo
rati sunt. Talia autem contingunt ex fide
quia operatio miraculorum ascribitur fidei secundum
quod habetur mathei 17°. Si habueritis fidem
sicut granum sinapis diceretis monti huic trans
i hinc et transibit et nichil impossibile erit
vobis. Fide muri. Hic ostendit quid factum sit
per fidem in exitu de egipto ingrediendo ter
ram promissionis et dividitur in duas quia primo
ostendit quid factum sit per fidem .i. raab fide raab.
Circa primum sciendum quod in ruyna civitatis ihe
rico aliquid fuit ex parte populi scilicet circuitus civi
tatis septem diebus ut habetur iosue 7°. Quia
ex mandato dei hoc fecerunt hebrei credentes
firmiter promissum dei impleri de miracu
losa captione civitatis. Aliquid fuit ex parte ipsius
dei videlicet quod muri iherico divina virtute
subito corruerunt et hoc est quod dicit. Fide muri

iherico corruerunt circuitu dierum septem. Per hoc factum significatum fuit quod impedimenta mundi cadunt per continuam predicationem cuius continuitas per septenarium sepe figuratur. Unde dicitur 2ª ad cor. 10. arma militie nostre non sunt carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitionum. Fide raab. Hic ponitur quod factum fuit ex fide ipsius raab que ex auditu miraculorum in transitu filiorum israel per mare rubeum et in aliis mirabilibus que eis acciderant credidit firmiter civitatem iherico tradendam virtute dei in manu populi israel. Et ideo nuncios israel ex eadem fide conservavit ex quo meruit liberari a morte cum sua consanguinitate, ut habetur Josue 6. et hoc est quod dicitur. Fide raab meretrix. Que enim communita est, et non periit cum incredulis, id est cum aliis civibus iherico qui credebant civitatem posse defendere contra dominum israel. Excipiens exploratores cum pace. quia eos salvavit ut dictum est de ista raab. dicunt aliqui quod ad literam erat meretrix. Et ideo exploratores melius potuerunt ingredi domum eius de sero quia tales mulieres indifferenter omnes recipiunt et ipsi in civitate positi poterant licite ad eam ingredi non propter luxuriam exercendam sed ad vitam propriam conservandam. Ipsa etiam minus poterat culpari in receptione eorum quam alii de civitate cum ipsa indifferenter omnes reciperet et salus exploratorum non debebat privari per mortem alterius ideo intraverunt domum istius quamvis esset meretrix. Sed hoc non videtur probabile quia tales meretrices parum habent de fidelitate. Et ideo non videtur probabile quod exploratores filiorum israel qui erant homines sapientes confiderent in tali muliere de conservatione vite proprie, ideo dicunt alii quod tunc non erat meretrix sed ante fuerat. propter quod tale cognomen sibi remanserat. Sed hoc non videtur verum quia tales meretrices quamvis peniteant reputantur tamen in communi plebe persone viles. Et ideo si fuisset meretrix non fuisset conducta in uxorem a principe salomon qui erat nobilior in toto populo israel cum esset princeps nobilioris tribus scilicet tribus

Iude quia nobiles Iudei abhominabantur talibus personis in matrimonio coniungi. et ideo melius videtur quod non erat meretrix nec fuerat sed tantummodo tale cognomen habebat. Multi enim cognominantur aliquo cognomine cuius proprietatem numquam habuerunt in re sicut aliquis pauper aliquando cognominatur rex vel comes vel aliquid huiusmodi. Item aliter potest dici et melius ut credo. Ad cuius intellectum sciendum quod Josue 2º. ubi agitur de raab dictio hebraica sibi adiuncta sonat sic quod dessa et significat promptitudinem proprie. Et quia meretrix est in promptu ad offerendum corpus suum ideo hoc nomen tractum est ad significandum meretricem. Et similiter quia mulier hospitalaria prompta est ad transeuntes trahendos ad hospitium suum tractum est idem nomen ad significandum pro hospitalaria. Unde Josue 2º. ubi translatio nostra habet ingressi sunt domum mulieris meretricis translatio caldaica habet domum mulieris hospitalarie. Et talis fuit raab propter quod exploratores declinaverunt ad domum suam ad hospitandum. Ad auctoritatem vero ieronimi qui dicit super matheum quod ponitur in genealogia salvatoris sicut mulier reprehensibilis solum diffusius super matheum. potest etiam dici breviter quod hoc dicit ieronimus non propter vitium meretricii sed quia fuerat alienigena et de ydolatris nata sicut etiam dicit de ipsa Ruth que tamen fuit mulier magne virtutis et fame ut dicitur Ruth 3º. Scit omnis populus qui habitat intra urbis mee portas mulierem te esse virtutis. et quid dicam. Hic ponit exempla de fide post exitum de egipto in terra promissionis iam optenta d. Et quid adhuc dicam. quasi dicat multa possunt poni exempla de fide patrum ad que enarranda non sufficeret tempus vite mee et hoc est quod dicit. deficiet enim tempus me enarrante id est antequam posse enarrare per singula. de gedeon qui credens promissioni dei cum trecentis hominibus confidenter pugnavit contra exercitum maximum ipsius madian. ut habetur iudicum 6. barach. qui credens prophetie delbore iuit cum populo minimo ad pugnandum contra sysaram. Judicum quarto.

Jepte qui ex fide iuit ad pugnand' contra
filios amon. Judicu. 11. Unde ibidem dr'. factus
est ergo sup Jepte spiritus dni q aut postea
filiam suam indiscrete et crudeliter occid'
ut dicit augustinus. Credendus est q ipse
penituerit quia ponitur hic in cathologo sco(rum)
hebrei tn dicunt q non occidit eam. sed
sacrificauit eam dno p obseruantiam uir
ginitatis sm consilium sapientum illius tpris
sicut plenius dixi Josue. 11. Et eodemodo di
cendum est de gedeone qui fecit elphoth.
contra pceptum dni ut hetur iudicu. 8.
.s. q penituit an mortem ut dr' cores tn. alit
pot dici probabiliter .s. q non fecit contra
preceptum dni in illo elphoth sicut plenius
dixi iudicu. 8. dauid qui ex fide adhuc iu
uenis pugnauit inhermis contra goliath
Et samuel qui pp fidelitatem suam
obtinuit pphie spm et unctorem reg et multa
alia. et alijs pphetis .s. ysaya Jeremia et
consimilibus. Qui p fidem vicerunt regna.
In quo tangitur actus fortitudinis operati
sunt iusticiam. In quo tangitur actus iusti
tie uirtutis. Isti enim sunt actus pncipui int
actus uirtutum moralium q conseruant omne
bonum ut habetur .2. ethicorum Et quia uir
tutes sunt conexe. Ideo p istos actus intelligu'.
actus aliarum uirtutum. adepti sunt repro
missiones. Sz uidetur contra illud quod dictum
est .11. c. ca. Juxta fidem defuncti sunt no
adeptis repromissionibus. dicend' q triplex pro
missio facta est antiquis una fuit pmissio
terre sancte et hanc non acceperant abra
ham ysaac et iacob in se Et de hoc loquitur
aplus .11. cum dicit. Non adeptis repromissi
onibus ex acceperunt tamen ea in successoribus
suis alia est promissio spiritualis qua pmit
titur sctis vita beata et hanc nullus accepit
realiter an xpi aduentum. Alia est pmis
sio singularis qua pmissum est cuilibet
aliquod bonum pticulare. Sicut dauid pmis
sum fuit regnum ezechie sanitas et sic de
alijs et istas pmissiones consecuti sunt et
de istis loquitur hic. obturauerunt ora leonum

Hoc habet ueritatem de daniele ut pz daniel.
6. et de d'. ut pz pmo regum. 17. Et de samp
sone Judicu. 14. Et in hoc ostenditur uictoria
scorum de animalibus brutis. Extinxerunt impe
tum ignis. hoc in tribus pueris positis in
camino ignis. daniel. 3. Et de moyse et de
aaron. numeri. 11. et 16. Et in hoc ostend'
uictoria scorum de rebus inanimatis. effuga
uerunt aciem gladij .i. aciem hostium habentium
gladios acutos. hoc frequenter fecit Josue
gedeon dauid ut patet in libris Josue Judic'
et Re. Conualuerunt de infirmitate hoc
spaliter patet de ezechia ysay. 38. qui mira
culose ex fide sanatus est et de pluribus alijs
hoc credendum est quia loquitur in plurali
fortes facti sunt in bello Castra uerterunt
exterorum .i. alienigenarum hoc patet de multis
spalr de Josue dauid et machabeis acceperunt
mulieres de resurrectione mortuos suos. Aliqui
hoc male exponentes dixerunt q mulieres
acceperunt uiros suos resuscitatos dicentes
q matrimonium non soluitur p mortem et io
tenebantur illos recipere. Sz hoc est contra aplm
Ro. 7. ubi loquitur de muliere coniugata
si mortuus fuerit uir eius. soluta e a lege
uiri. Ideo sciendum q aliqua sunt sacramenta
que imprimunt caracterem et talia non
reiterantur sicut resuscitatus non debet itere
baptizari quia caracter pectinus manet
in aia que incorruptibilis est. Aliqua sunt
sacramenta q non imprimunt caractere
et talia reiterantur ut patet de penitentia
quia si interrupatur p pctm mortale nce
est ipm reiterare matrimonium aut non
imprimit caracterem et io si soluatur per
mortem uiri mulier non debet eum admitte
si resuscitetur nisi inter eos iterum mat
monium contrahatur io sic debet exponi mu
lieres .i. matres acceperunt de resurrectione
mortuos suos .i. filios suos resuscitatos p
fidem et orones scorum pphetarum sicut patet de mu
liere sarapteua que ab helia recepit filium
suum resuscitatum .3. Re 17. et de muliere
sunamite que filium suum resuscitatum recepat

ab heliseo. 4. Re. 4. Alii aut distenti ondo quid sancti pres pro fide fecerunt hic gnre ondutur quid pro fide sustinuerit et diuidi in duas partes quia pmo ostenditur quid passi sunt pro fide. 2o quare pmissiones fuerunt eis dilatate ibi et hii omnes prima ad huc in duas quia pmo tanguntur mala ab aliis illata. 2o mala voluntarie assumpta ibi Circuierunt in mellotis. dr igitur q pp fidem bing veri d ei alii distenti sunt .i. in tormentis extenti sicut patet pmo machabeorum 7 sc de septem fratribus et de pueris ad uerba matrum suspensis 2o machabeorum 6. non suscipientes redemptionem .i. liberationem a pnti pena ut meliorem inuenirent resurrectionem in futura glia. Alii ludibria experti sicut patet de sampsone iudicum 16o et de thobia thobie 2o et de iob 39o. Et uerba hoc pz de michea pppha quem percussit sedechias 3. Re vltio. Et de ppositis filiorum isrl qui flagellati fuerunt ab exactoribus pharaonis exo. 5. Insup et vincula et carceres. Et hoc patet de ieremia. 29o 7 27. et de michea 3. Re vltio. lapidati sunt et hoc pz de naboth. 3. Re. 21. et zacharia filio ioiade. 2o paralipomenon. 24. Secti sunt hoc patet de ysaya qui ex precepto regis manasse sectus fuit cum cedro eo q reprehendebat eius facinora et septem fratribus machabeis qui secti sunt in manibus et in aliis corporis ptibus ut pz 2o machabeorum. 7. Temptati sunt ut ad ydolatriam inclinarentur sicut patet de mathatia et filiis eius .1. matha 2o et de eleazaro. 2. matha. 6. et de septem fribus ibidem vii. In occisione gladii mortui sunt quia multi volentes assentire ydolatrie gladio sunt percussi ut pz. 2. matha. 5o et 6o. Circuierunt in mellotis. hic gnre ondit quid passi sunt pp fidem in malis voluntarie assumptis et reducitur ad tria .s. ad exteriorem cultum et quantum ad hoc dicit. Circuierunt in mellotis. mellota est vestis facta de pelle

capri que hirsuta est et deformis et in tali habitu quantum ad aliquid describitur helias 4. Re. i. et iohes baptista mt. 3. Secdo reducuntur ad psone statum et quantum ad hoc dicit. Egentes quod spaliter patet in helia qui in ciuitate pastus e a coruis et a muliere vidua. 3. Re. 17. Angustiati hoc patet de helia fugiente iezabel 3. Re. 20. et de dauid fugiente saul pmo Re. 21. Et inde usq ad finem primi libri. et absalon 2o Re. 15. Afflicti labore corporali sicut patet de helia qui lapsus obdormiuit sub iunipero 3. Re. 19. Quibus dignus non erat mundus. p hoc enim q fugiebant a societate aliorum patet q homines mundani non erant digni societate illorum pp culpam mundialium. Tercio reducuntur ad locum. et quantum ad hoc dicunt in solitudinibus errantes in montibus et in speluncis et in cauernis terre. spelunca est fossa facta p artem. cauerna vero per naturam uel ex aliquo violentato sicut de corrosione aquarum uel huiusmodi. Talia aut loca habitabant pres antiqui ut essent in loco apto diuine contemplationi pp hoc phus .i. pol postq posuerat homine esse aial ciuile subiungit q ille qui refugit totam habitationem hominum uel est bestia uel melior homine quia si hoc refugiat hoc pp malitiam suam non potens cum aliis cohabitare pp defectum sui in moribus cadit a dignitate humanam in vitam bestialem. Si aut refugiat ciuitatem hominum ut liberius vacet diuine contemplationi excedit omnem statum hominum et est quidam deus inter homines scdm phm. Et hii omnes testimonio fidei pbati ut pz de precedenti ex. non acceperunt repromissionem glorie. Et subdit cam dicens deo pro nobis melius aliquid puidente vt non consumarent .i. ad pfectionem glorie ducerentur sine nob. Ex hoc enim q pres veteris testi in limbo existentes simul venerunt ad gliam p xpm cum aliquibus ad nouum test. ptinentibus fuit maius gaudium vtrorumq. Notand q ex hoc loco aliqui

accepe͞rut occasionem errandi dicentes q̄
nullꝰ intrabit gloriam nisi post finalem
resurrectione͞. sꝫ hoc est ꝯ apl͞m dicente͞ .2ª.
ad cor͛. 5. Scimꝰ em̄ q̄m si terrestris
domꝰ nr̄a huiꝰ h̄itationis dissoluatur. q̄
hedificatione͞ ex deo h̄amꝰ domu͞ non ma
nu factam sꝫ eternam in celis Ex quo pꝫ
q̄ aīa a corpe sepata statim recipitur in
gl͞ia nisi ꝓꝑ debitu͞ alicuiꝰ pene tp̄alis re
tardetur ꝓꝑ q̄d ꝯsumatio gl͞ie de qua loq̄tᵘʳ
hic apl͞us potest deferri ad p̄miu͞ essentiale
et sic non habuerunt eam pres veteris te.
sine nob. quia non habuerut eam ante
no. te. uel potest referri ad stola͞ corpis
que non datur generaliter nisi post vniu͞
salem resurrectione͞ quamuis aliquibꝫ data
sit ante ex speciali p̄uilegio. et hoc modo
pres veter͛ te. non assumunt͛ in gloria.
sine nob. quia s͞ti ve. te. et noui simul
accipient gl͞iā corpis.

XII

Ideo et͛. Postq̄ apl͞us commendauit
fidem p̄ quam membra viuunt͛
capiti et posuit multa exempla
fidei. hic ꝯnr̄ hortatur ad oste-
dendum fidem p̄ opa exteriꝰ que tenet͛ in
corde interiꝰ. Et diuidit͛ in duas quia p̄mo
ondit quali͛ se debent h̄re circa mala. 2º
qualiter circa bona ca. 13. Caritas frā
tat͛. Circa p̄ᵐᵘᵐ sciendum q̄ duplex ē malu͞
s. culpe et pene. Et io p̄mo ostendit qualiter
se debent h̄re circa mala pene tolleranda. 2º.
qualiter circa mala culpe vitanda ibi ꝓꝑ
quod recōmissas manꝰ remissa in tres. quia
p̄mo inducit ad tolleranda͞ malu͞ pene ex
emplo antiquoꝝ. 2º exemplo xp̄i. ibi. aspi
cientes. 3º ab auctore scripture ibi et obliti est͛.
Circa p̄ᵐᵘᵐ sciᵈ. q̄ s͞ti dicuntur testes dei / quia
facto et verbo glorificatur deus p̄ eos / s͞m q̄d
dᵉ ysay. 44. vere uos testes mei est͛ dicit
dn̄s. Congregatio etiam s͞coꝝ dicitur nubes
ꝓꝑ vite fastigiu͞ et doctrine stillicidiu͞ et con
cupiscencie refrigeriu͞ ꝓꝑ hoc dᵉ ysay. 60.
Qui sunt isti qui ut nubes uolant ꝓꝑ quod
apl͞us de s͞tis prībꝫ p̄ exempla virtut͛ nos

mouentibꝫ ad tollerantiam maloꝝ ut pꝫ
p̄ p̄dicta dicit sic Ideoq; et nos posteriores
h̄ntes tantam nubem inposita͞ testiu͞. i. con
gregatione͞ s͞coꝝ exemplo s͞uo nos excitan
ciu͞ deponentes om̄e pondus quantum ad p̄mū
Et circumstans nos p̄c͞m q̄. i. ad occasiones
peccandi. p̄ patientiam curramꝰ non solu͞
mala illata sustinēdo sꝫ etiam voluntarie
assumendo ad ꝓpositu͞ nob͞ certame͞. hoc cer
tamen est iusticia fidei de quo scribitur eccl͛i.
4º. usqꝫ ad mortem certa pro iusticia. As
picientes hoc inducit ad idᵐ exᵒ. xp̄i quod
debet nos magis mouere ad patientiam
quia ipe agnꝰ innocens p̄ nob͞ passus est
dicit igitur. Aspicientes oculo cordis at
tente considerando in actorem fidei ꝯsu͞
matore͞ ih͞uꝫ dᵉ em̄ actor fidei inquantu͞
deus ꝑ se ipsum fidem in fundit . dᵉ etiam
actor fidei inquantum homo ꝑ uerbꝫ fidem
p̄dicando. dᵉ etiam consumator ipiꝰ p̄ mi
racula confirmando et fidei p̄miu͞ reddēdo
Qui ꝓposito sibi gaudio sustinuit cruce͞.
gaudebat em̄ superiori p̄te aīe ꝓꝑ impletōeꝫ
volūtat͛ paterne et ex fideliu͞ redemptiōe
et ex sui corpis ꝓxima glorificatiōe Con
fusione contempta quia morte maxime
confusibile voluntarie sustinuit ꝯfusio
aūt apparet ex quatuor p̄mo ex loco q̄ꝛ
in ciᵘᵗᵉ celebri 2º. in tp̄re quia passꝰ est
in tp̄re pascali quo onies de terra conue
niebant in ih͞rlm. 3º. ratione societat͛
quia inter latrones passus est / 4º. ratōe
p̄cedent͛ honor͛. opposita em̄ iuxͣ se posita
maiora minora uidentur ut dᵉ primo
elencoꝝ Et io ex honore qui exhibitꝰ
fuerat in ih͞rlm in die palmaꝝ maior
fuit confusio passionis. q. immediate se
quent͛ Et quia qui se humiliat exaltabitur
io sequit͛. atqꝫ in dextera sedis dei sedꝫ. Et
quia consideratō dn̄ice passionis nō solu͞
valet ad patientia͞ in aduers͛ sꝫ etiam ad
pseuerantiam quā plꝰ dicit. q̄ꝛ respicit
diuturnitatem mali et dilatiōe͞ boni pro
missi. Ideo subdit. Recogitate em̄ ꝗ talem

a peccatoribus sustinuit adversum semet
ipsum contradictionem verbis contumeliosis
secundum quod habetur Ier. ii. Ecce hic vorax et porta
tor vini et iterum Ier. 28. Vath qui destruit
templum dei etc. Subdit autem ad quid valet
ista consideratio dicens: Ut non fatigamini ani
mis vestris deficientes propter quod dicit Gregorius
Si passio Christi ad memoriam revocetur nichil
tam durum est quod non equo animo tolleretur
et reddit causam huius dicens: nondum enim
usque ad sanguinem, id est usque ad sanguinis effusionem
restitistis adversus peccatum repugnantes. Et
obliti. Hic consequenter inducit ad tollerandum ma
lum pene per auctoritatem scripture. Et
dividitur in tres partes quia primo ponit auctori
tatem, 2° sensum ipsius: In disciplina, 3°
ex istis arguit ibi: Quod si extra disciplinam.
Circa primum eos arguit quia videbantur ob
liviscitum scripture etc. in qua erant instructi.
Dicit: Et obliti estis consolationis, id est dei conso
lantis, et est emphatica locutio que vobis
tamquam filiis loquitur, ut dicitur Prover. 3. Mutat
tamen aliquantulum verba sed est eadem
sententia: Fili mi noli negligere disciplinam
domini. Negligens dicitur quasi nec eligens,
et ideo ille disciplinam domini negligit qui
ipsam tamquam bonam non elegit sed magis ut
malam refugit. Neque fatigeris dum impatiaris
dum ab eo argueris. Et subdit causam dicens: Quem
enim diligit dominus castigat retrahendo a concu
piscentia, flagellat autem omnem filium quem
recipit. Per flagella enim retrahitur homo a
prosecutione concupiscentie. In disciplina. Hic
consequenter ponit sensum predicte auctoritatis. In ipsa
enim dixerat: Noli negligere disciplinam.
Et iterum: neque fatigeris, et hoc signat patientiam
et perseverantiam in flagellis. Ideo dicit: In
disciplina perseverate tamquam filiis vobis se
offert vobis deus quando vos corripit. Quod ostendit
consequenter per simile in humanis dicens: Quis enim filius
quem non corripiat pater, quasi dicat nullus, loquendo de
filio vero et dilecto. Quod si extra disciplinam.
Hic arguit ex predictis et dividitur in tres partes
quia primo arguit ad propositum ex inconvenienti dicendo,

2° ex exemplo experientie, in dicendo ibi: Deinde patres,
3° utilitatem gratie ostendendo ibi: Omnis autem
disciplina. In prima parte facit talem rationem:
omnes veri filii dei facti sunt participes disciplinae
ipsius per tollerantiam flagellorum; ergo si ab ipsa
estis absoluti non estis veri filii dei sed adulteri.
Isti sunt filii mundi et diaboli. Et hoc
est quod dicitur: Quod si extra disciplinam estis
etc. Et patet littera. Deinde patres. Hic arguit ad
idem per exemplum experientie. Circa quod sciendum
quod duplex est differentia inter patrem carnalem et spiritua
lem qui est ipse deus. Prima est quia pater
carnalis non generat animam sed deus eam
infundit, et ideo pater naturalis dicitur pater carnis,
deus autem dicitur pater carnis, deus autem dicitur
pater spiritus. Et per hunc verius habet rationem patris, quoniam
ille dicitur verius pater qui dat formam. Et ideo
disciplina dei tamquam patris verissimi est
maxime tolleranda quia per hoc conservatur
spiritualis vita. Et hoc est quod dicitur: Deinde
patres quidem carnis nostre habuimus eruditores, quia
pater debet filio documentum sicut et nutri
mentum. Et reverebamur eos acceptando
eorum disciplinam. Non multo magis ob
temperabimus patri spirituum et vivemus?
quasi dicat sic debet esse. Secunda differentia
inter deum patrem et carnalem est quia pater
carnalis instruit filium et castigat ad aliquid
transitorium, scilicet ad honeste conversandum in
hac vita que brevis est. Erudit etiam secundum
regulam voluntatis sue que falli potest. Deus
autem erudit filios suos ad eternam vitam
recipiendam. Instruit etiam per regulam volun
tatis sue que infallibilis est, et ideo eius disciplina
est maxime suscipienda et acceptanda. Et
hoc est quod dicitur hic: Et illi quidem, id est patres
carnales, in tempore paucorum dierum, id est presentis
vite, secundum voluntatem suam que falli potest
erudiebant nos, quorum disciplinam recepimus.
Hic autem, scilicet deus, ad id quod iam utile est, id est ad
vitam beatam, quia nichil melius erudit
nos in recipiendo sanctificationem eius, id est gratiam
sanctificantem que ducit ad vitam beatam. Omnis
doctrina. Hic arguit ad propositum ex utilitate.

consequēte. Ad cuius intellectū considerād'
q malum pene quedam medicina ē. medi
cina aūt licet sit amara et horribilis ad
sumend' ḡm se et absolute tamen ex consi-
deratione finis .i. future sanitatis fit accep
tabilis. et ita deb; ee de penis in p̄nti ex co
sideratione futuri p̄mij. et hoc est quod dī.
Omnis aūt disciplina in p̄nti quidem videt'.
non ee gaudij ſ; meroris. Et bn dicit videt' q no
sic est ḡm rei veritatem licet sic videat'
carnalib; hoīb; q̄ non considerant nisi
vitam carnalem io sequit'. Postea autem .
.i. in futuro fructū pacatissimū .i. btitu-
dinem que quietat totaliter appetitum
Exercitatis p eam reddet iusticie hoc addit'
quia p iusticia homo btitudinē meretur
2ª thy. 4º. Reposita est michi corona ius-
ticie ꝑꝑ quod manus. hic quē ondit aplūs
quāle se debent hr̄e ad mala culpe vitanda
Et diuidit' in duas ptes quia p̄mo ponit
suam monitionē 2º monitionis roēz
ibi. non enim accessistis. p̄ma ad hūc in
duas quia p̄mo monet hoīem peccante
H ibi. pacem sequimini. Primo igr̄ monet
ipm pigrorem vitare pctm omissionis
quod consistit in duob; primo in ocio re'
boni operandi. et quantū ad hoc dicit ꝑꝑter
quod remissas manus erigite ad bonū ope
randum manus enim est organū organorū
ut dī. 3º de anima. et io manus remissas
significat generaliter ociū. 2º consistit
in debilitate illius mali tollerand'. q̄ signi-
ficatur p solutionē genuū quia super
genua innitit' totum pondus. et quantum
ad hoc dicit genua soluta erigite .i. fortifi
cate ad laborē debitū sustinend'. Monet
etiam aplūs vitare pctm commissionis d.
gressus facite rectos pedib; vris rectū enī
est cuius mediū nō exit ab extremis obli
quū aūt quod exit ab ipis Et io opus rec
tū est quod nō exit a limitib; recte roīs
obliquū aūt quod exit et sicut tibia que
exit regulam potentie gressiue claudicat
in gressibus. Sic operans exiens limites
rationis recte claudicat in moribus et
errat. io sequitur vt non quis claudicās
erret. magis aūt sanetur. hoc aūt contingit
qn̄ actus ad ordinē roīs reducuntur. qr
sicut infirmitas corporis causatur ex in
ordinatione humorū. sic infirmitas anime
ex inordinatione actuū z affectionum
Pacem sequimini. hic aūt monet hoīez
innocentem ut solicite caueat ne in pctz
incidat. Et diuidit' in duas qr p̄º monet
uitare pcta spūalia. 2º carnalia ibi ne
quis fornicator. Circa p̄ᵐ sciendū q pcta
spūalia corrumpunt pacē ad proximum
z sanctimonia ad deū. io dicit. Pacem sequi
mini cauentes pctm iniusticie. odij et hu
iusmodi. et sanctimonia. Cauentes pctā que
sunt contra diuinam reuerentiam. Sine
qua .s. pace z sanctimonia nemo uidebit deū
in celesti glia ꝑꝑ hoc dī de pace. Mt. 5º.
Beati pacifici qm̄ filij dei uocabunt'. z de
sanctimonia apocalipsi. 21º. non intrabit in
illam aliquid coinquinatū et quia sine
pace et sanctimonia nullus hꝫ grām in p̄nti
io sequitur. contemplantes ne quis desit
gr̄e dei. gr̄a enī dei nulli deest. qr deus
paratus est eam dare. ſ; homo peccās deest
ipe gr̄e subtrahens se ab ipa p grām pacis
z sanctimonie. Et quia non solum vitanda
est discordia. ſ; etiam eius occasio. io seqt'
neq̄ radix amaritudinis sursum germi
nans impediat .i. contemplantes ne aliq̄
radix odij et rancoris a corde germinet
sursum in ope q̄ impediat pacem. Et p
illam inquinentur multi. Quia ad tur
batione pacis sequitur inquinatio multitu
dinis. ne quis fornicator. hic qr̄e monet
vitare pcta carnalia que sunt potissima
.s. luxuria et gula que pficiuntur in delec
tatione carnali. io dicit. Ne quis fornicator
.i. contemplantes diligenter ne quis uez
sit luxuriosus aut pfanus .i. pcul a phano.
Iste est gulosus qui de ventre suo facit deū
z de coquina templum. Et quia ex gula
ūmo incidit hoc in maiora pcta. Ideo

H .2º. nō peccantem

sequitur ut esau qui propter unam escam vendidit primitiva sua. hoc habetur gen. 25. ius autem primogeniture tunc temporis habebat annexum sacerdotium propter hoc primo geniti habebant vestes speciales quibus induebantur diebus festivis in sacrificii oblatione et mense benedictione et in pene benedictionis receptione sicut ibidem dicitur de vestibus esau valde bonis quas rebecca servabat. Et ideo esau ex gula cecidit in symoniam vendendo spirituale. Jacob autem non emit precium sed redemit vexationem suam. sciebat ius primogeniture suum erat quia de hoc matre edoctus fuerat, que hoc per revelationem divinam habuerat ut dicitur gen. 25. Et ideo esau merito fuit reprobatus unde sequitur Scitote enim quoniam et postea cupiens hereditare benedictionem reprobatus est. ysaac enim in admiratione extasis factus ut habetur gen. 27. per revelationem habuit quod a deo factum erat de translatione benedictionis ad Jacob. Ideo ipsam non revocavit sed magis confirmavit Et esau ipsi Jacob subiugavit ut patet ibidem unde sequitur non enim invenit penitentie locum ad consequendum ius primogeniture quamquam cum lacrimis inquisisset eam. lacrime enim iste non procedebant ex dolore culpe commisse sed solum propter dampnum temporale. ideo non erat vera penitentia. Non enim accessistis. Supra ad vitandum malum culpe apostolus posuit suam monitionem hic autem ponit monitionis rationem. ratio autem huius sumitur ex comparatione novi et veteris testamenti. Ideo illa comparatio primo ponitur. secundo ex illa ad propositum arguitur ibi videte ne recusetis. prima ad huc in duas quia primo ponit ea que pertinent ad vetus testamentum 2o ea que pertinent ad novum. Sed accessistis. Circa primum sciendum quod lex pedagogus noster fuit ut habetur gala. 3. Et ideo fuit conveniens parvulis et imperfectis qui a pedagogo terroribus inducuntur ad opera virtutis. Et ideo secundum hoc quod dicit apostolus et habetur exo. 19. et 20. lex vetus data fuit in terroribus et ideo apostolus primo describit illa que fuerunt terribilia ipso legem recipienti. 2o ostendit quid fuit terribile ipsi legis latori scilicet moysi ibi. Moyses dixit. Circa primum ponit apostolus tria terribilia. Aliqua enim erant terribilia visu scilicet ignis qui videbatur in monte et caligo tenebrosa ex nubis densitate ut habetur exo. 19. et hoc est quod dicit Non enim accessistis ad tractabilem et accessibilem ignem et turbinem et caliginem. ignis enim qui videbatur in monte erat corporalis et per consequens tractabilis id est tactu cognoscibilis. Erat etiam in loco determinato et per consequens accessibilis tamen ad ipsum non accedunt suscipientes novum testamentum sicut accesserunt recipientes vetus non tamen immediate ad ipsum sed quia brevi spatio distabant ita quod vocem loquentis de medio ignis intelligebant. Aliqua etiam erant terribilia auditu scilicet procella venti que audiebatur in aere et sonus tube et vox angeli loquentis in persona dei. Et quantum ad hoc dicit Et procellam et sonum tube et vocem verborum angeli loquentis quam qui audierunt excusaverunt se ne eis fieret verbum. hoc habetur exo. 20. ubi dicitur quod filii israel terrore concussi dixerunt moysi loquere tu nobis et audiemus non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. et causam huius subdit. non enim portabant quod dicebatur. sustinere pre timore. Aliqua etiam fuerunt ibi terribilia ex comminationis actu quia ibi fuit dictum quod si homo vel bestia transiret terminum constitutum interficeretur. ut habetur exo. 19. Apostolus autem hic tantum resumit de bestia dicens. Et bestia si tetigerit montem lapidabitur et ideo concludit ex predictis. Et ita terribile erat quod videbatur. Notandum quod omnia illis contingebant in figura ut dicitur i. ad cor. 10. Et ideo ista terribilia in datione legis aliquid designabant quia ignis significabat severitatem divine iustitie ad puniendum legis transgressores unde dicitur deutro. 4. deus noster ignis consumens est Turbo absteritatem penarum que erant in lege. Caligo velamen legis quia omnia erant sub figurarum velamine. procella. terrore comminationem que erant in veteri lege. Sonus tube. quantitate preceptorum. vox verborum multitudine preceptorum Comminatio occisionis periculum transgressionis

M. oyses dixit. hic qūr agit de timore legislatoris. s. moysi per quod ostenditur q̄ lex illa fuit terribilis. non solum hominibus imperfectis sed quia ostendebat culpam et non graciam
propter hoc dr̄ act. 15. hoc est onus qd̄ nec nos
patres nri portare potuimus. timor aūt moysi non habetur exo. 20. ubi agitur de datione legis. sed exo. 3. In visione rubi. et hoc
est quod dr̄ hic. Moyses dixit. i. facto ostendit
Exterritus sum et tremebundus q̄ ex tiore
faciem suam abscondit ut ibi dr̄. Sz accessistis. hic qūr ponit aplus conditiones novi testamenti in quo tria nob promittunt
Primū est spes glie que glia consistit in visione clara q̄ntum ad intellectum. et quātu
ad hoc dicit Sz accessistis ad syon montem
. i. vos qui estis regti p fidem catholicam accessistis in certa spe ad altitudine speculationis
divine. Syon em specula interpetratur.
consistit etiam in fruitione pfecta q̄ntu ad
affectum quia ibi quietatur affectus. et q̄ntum
ad hoc dicit. Et civitatem dei viventis ihrlm
celestem. ihrlm em interpetrat visio pacis
consistit etiam glia in societate iocunda q̄ntum
ad decoris complementum. Et quantu ad hoc dr̄
Et multorum milium anglorum frequenciam scdm
qd̄ nobis pmittit in no. te. est etia pticipatio
ecclie in aplis fundata et hoc est magnum
bonū. s. ee pticipem talium. et q̄ntum ad hoc dic
Et ecclesiam pmitiuorum. i. aplorum qui fuerunt
pmi fructus ecclie et primi fundatores eius
post xpm. Qui conscripti sunt in celis
. i. in libro vite. 3m quod nob pmittit in no.
te. est familiaritas trinitatis bte. et quantu
ad hoc dicit Et ad iudicem omnium deum. i. ad
prem cuius procu est iudicare quia si filius
iudicat hoc habet a pre ut dr̄ Joh. 5. pat
omne iudiciu dedit filio ad ipm inqm accessistis
p fidem et spm iustorum pfectorum in quo tangitur familiaritas. s. qui facit iustos pfectos
familiaritas aūt filii erga nos tangitur
cum subditur. Et ad no. te. mediatorem ihm
qui p effusione sui sanguis confirmauit
no. te. ut s. dictu e. ca. 9. Ad hanc effusionem

accedimus p baptm in quo nob communicatur
efficatia passionis xpi delendo culpam et
penam. et quantum ad hoc dicit et sanguinis
effusione melius loquentem q̄ abel q̄ sanguis
abel loquitur vindictam ut habetur Gen. 4.
Sanguis xpi loquitur venia quia in effusione sui sanguinis orauit pro transgressoribus sicut fuerat pdictu ysay. 53. Et
pro transgressoribus orauit. Videte ne recusetis
posita conditione no. et ve. te. Ex hoc qūr
aplus arguit ad ppositu. Et diuidit in tres
ptes. quia primo intentione suam pmittit
Scdo ad ppositum arguit ibi Si em illi.
3o. intentum concludit ibi Itaque regnu. In
pma pte dr̄ sic. Videte ne recusetis loquetem
dixerat em q̄ sanguis xpi melius loquitur q̄
abel. io intendit aplus inducere ad obedientia
huic locutioni loquitur em nob pmo commendando beneficiu sue passionis. treno 3. Recordare paupertatis etc. 2o. loquitur exhortando
ad exemplu imitationis. i. pe. 2o. xpus pro
nob passus est uob relinquens exemplum etc. Si
em hic arguit ad ppositum. s. q̄ sermoni xpi
sit obediend et diuidit in duas ptes quia pmo
arguit. 2o. quoddam suppositu in argumento
probat ibi nunc aūt. Circa pmum facit tale
ratione magis est obediend voci illius qui
mouet celum et terram q̄ voci illius qui mouet
terram. angelus aūt qui loquebatur in monte
synay mouit terram q̄ exo. 19. dr̄ q̄ mons
tremebat. xpus aūt mouet celu et terram
ergo magis est ei obediend et hoc e qd̄ dr̄
Si em illi no effugerunt recusantes eum
qui sup terram loquebantur quia iudei inobedientes angelo loquenti in monte synay
fuerunt grauiter puniti ut pz ex decursu
ve. te. Multo magis nos qui de celis loquentem
nob auertimus. q. d. nos qui sumus xpm sedentem
ad dexteram pris merito puniemur si fuerimus inobedientes. Cuius uox mouit terram
tunc. i. vox angeli loquentis in monte synay
ut dictum est. sed vox xpi mouet celum. Aliter
exponitur de xpo cuius vox mouit terram
. i. vox xpi quia angelus loquebatur in monte

synay in psona dei · et p g̃ne in psona xp̄i · x9
deus est sicut verbum promis dr̄ verbum reg
Nunc aūt hic probat q xp̄us moueat celū
quod erat suppositum et probat hoc p aūcte
ageī 2° · et loquitur ibi pph̄a de p̄mo xp̄i ad
uentu ut manifeste patet · tunc em̄ xp̄us
mouit celum cum stellam nouam appare
fecit uel potius cum huamtate eius ascendeti
celum patuit et hoc est quod dr̄ nunc autem
repromisit · i · pro tp̄re no · te · qr licet pph̄eria
ageī fuit dicta tp̄re ve · te · Erat em̄ dicta
pro tp̄re noui · in quo xp̄us mouit terrā
in sua passione · et celum in sua ascensioe
· & hoc est quod dr̄ adhuc semel Et ego mo
uebo non solum terram s; etiam celum Et
benedicit semel quia vltra non claudetur ad
ditus celi sicut ante claudebatur · Et per hoc
designatur amotio legaliū que pp̄ sui imper
fectione non introducebant ad celestia · quod
aūt adhuc semel dicit declarat mobilium
trāslatione tanq̄ factor · i · amonitione lega
lium que erant ad tp̄us instituta ut maneat
ea que sunt inmobilia · i · lex noua que est
duratura usq; ad finem mundi · per hoc etiā
intelligitur gloria celest̄ que est simplicit
immobil̄ ad quia lex noua immediate intro
ducit · Itaq; regni hic ex p̄dict̄ concludit
conclusionem principalem incepta multiplicit
em̄ declaratum est p p̄dicta qr x9 in no · te ·
ꝯmittit bona immutabilia et eterna · nos
aūt sumus participes no · te · io bona h̄re possim9
si volumus qr xp̄s non deficit pmissa soluēdo
nisi deficiamus in accipiendo et hoc est quod
dr̄ Itaq; regnū immobile suscipientes · Et
subdit p quid possimus suscipe · d · habemus
gr̄am · i · h̄re de facili possimus · quia gr̄a et
veritas p ih̄m xp̄m facta est Ioh · i° · per quā
seruiamus placentes deo cum metu et reuerē̄
Et subdit cām Et em̄ deus nr̄ ignis ꝯsumens
est respectu reproborꝫ s; est ignis purgans
re^tu electorꝫ dicitur aūt hic deus ignis cau
saliter quia ignis inferni agit ut instru
mentū diuine iustitie purgans electos et
cruciaans reprobos sicut em̄ in eodem igne
aurum rutilat et palea fumat sic eodem
igne electi purgantur et eternaliter reprobi puniunt^ur
sm̄ gregoriū 4° dialogorꝫ ·

XIII

Karitas fraternitatis · Superi
us plus hortatus est eos quibꝫ
scribebat ad mala pferenda
hic aūt hortatur eos ad bona
operanda Et diuidit^r in duas quia p° hortat^r
eos ad bonū · 2° · confert eis sue orōis suffra
giū ibi deus aūt pacis · Prima in tres quia
primo hortatur eos ad bonū opand^r erga pxi
mos 2° · erga se ipos ibi honorabile conubiu
3° · erga platos ibi · memetote ppositorꝫ vrorꝫ ·
Circa p^m considerand^m q nullū opus est me
ritoriū sine caritate ut habetur · i · ad corꝫ ·
13° · io dicit · caritas fratrnitat̄ maneat in uob
Si aūt sit vera debꝫ ondi in ope et io q̄r
tangit in quibꝫ debet ondi caritas vera p^m
est receptio hospitum · et quantum ad hec dic
Et hospitalitatem nolite obliuisci Et subd^t
causam · d · p hanc aūt placuert quidā angelis
hospitio recept̄ hoc pꝫ de habraham et
loth gen 18° · et 19° · angelos em̄ apparentes
in spē hominū receperūt hospitio credentes
primo eos esse homies s; in fine sciuerunt
eos ēē angelos in psona dei loquentes · 2^m
in quo debet caritas ondi ꝯpassio oppressorꝫ
et quantū ad hoc dicit memetote vinctorꝫ
tanq̄ simul vincti · i · laborate pro illorꝫ
redemptione et liberatione tanq̄ pro vrā
3^m in quo debet ondi caritas est subuentio
paupū et infirmorꝫ · et quantū ad hoc
dicit Et laborantiū · s · memetote tanq̄
et ipi in corpe morantes · Experientia naq;
defectuum in vro corpe debet vos ad subuen
tione aliorꝫ mouere sm̄ qd̄ dr̄ ecc̄ · 31 ·
Intellige que sunt proximi tui ex te ipo
honorabile conubiū · hic hortatur eos aplꝯ
ad bonū quantū ad se ipos Et hoc in duobꝫ
primo in reprehensione luxurie · 2° · in
euitatione auaritie ibi sint mores sine
auaritia · Circa p̄mū sciendū q luxuria
quantū ad communitatem hominū ꝯprimit^ur

per continentiam coniugalem et hoc est quod dicit Honorabile connubium in omnibus, i. quantum ad hominum multitudinem. Et thorus immaculatus; per hoc excluditur error dicentium quod actus matrimonialis semper est in peccato. Per hoc autem quod subdit fornicatores enim et adulteros iudicabit deus, i. condempnabit, per hoc excluditur error dicentium quod fornicatio simplex non est mortale peccatum, quia nullus condempnatur a deo nisi pro mortali peccato. Sint mores. Hic ortatur eos ad evitationem avaritie que est radix omnium malorum. d. Sint mores sine avaritia contenti presentibus. Avarus enim dicitur quasi avidus eris, quia est nimis sollicitus de cumulandis temporalibus et substantiam querere. Hoc non debet fieri. d. Ipse enim dixit, s. dominus Iosue primo: Non te deseram neque derelinquam, quin tibi necessaria administrem. Et ex hoc debet in nobis consurgere fiducia, et hoc est quod dicit: ita ut confidenter dicamus: Dominus michi adiutor, non timebo quid faciat michi homo. Mementote. Hic ostendit qualiter debent operari boni ad prelatos. Et dividitur in duas, quia primo ostendit qualiter se debeant habere ad prelatos mortuos; 2o ad vivos, ibi: Obedite prepositis. Prima in duas, quia primo ostendit qualiter se debeant habere ad bonos; 2o qualiter ad malos, ibi: Doctrinis variis. In prima igitur parte dicit sic: Mementote prepositorum vestrorum, i. apostolorum et aliorum Christi discipulorum qui vobis locuti sunt verbis dei. Et quia non solum consideranda est eorum doctrina sed etiam virtutis exempla, ideo sequitur: Quorum intuentes exitum conversationis imitamini fidem. Et si dicatur non est simile de ipsis et de nobis quia ipsi fuerunt Christo presentialiter. Nos autem. Respondet quod ymmo, quia Christus eternaliter est secundum divinitatem; eternitas autem assistit omni tempori, et hoc est quod dicit quia Christus Ihesus heri, i. in tempore preterito, et hodie, in presenti ipse, et in secula, i. in futuro. Et non solum hoc ultimum verum est ratione divinitatis sed etiam aliquo modo ratione humanitatis, quia licet sit in celo, tamen est presentialiter nobiscum in

altaris sacramento, propter quod dicit Mt. ultimo: Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Doctrinis variis. Hic 2o ostendit qualiter se debent habere ad prelatos malos, s. fugiendo eorum malam doctrinam. Et dividitur in duas, quia primo ponit suam monitionem; 2o monitionis rationem, ibi: Habemus altare. In prima parte ergo dicit sic: Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci, i. extra veritatem duci. Doctrine varie dicuntur errores et hereses, quia sicut a puncto ad punctum non est nisi una linea recta, multe autem tortuose, sic veritas fidei est una, sed hereses que ab ea deviantes sunt multe. Dicuntur autem tales doctrine peregrine quia faciunt hominem a sua patria, s. celesti gloria elongare. Contra autem errores dat remedium d. Optimum est gratia stabilire cor, que est sicut anchora firma tenens animam immobilem et in veritate stabilem. Hoc autem non faciebat observatio legalium que gratiam non conferebat, propter hoc subdit: non escis que non profuerunt ambulantibus in eis. Escas hic vocat observantias legalium, quia ibi prohibebatur usus aliquorum ciborum. Talis autem observatio legalium fuit mortua a tempore passionis Christi, sed mortifera post divulgationem evangelii. Et ideo benedicit apostolus quod non profuerunt ambulantibus in eis, et hoc dicit apostolus contra illos qui cum evangelio volebant servare legalia. Habemus altare. Hic reddit rationem sue monitionis et dividitur in duas, quia primo facit quod dictum est; 2o concludit quasdam conclusiones ex dictis, ibi: Exeamus igitur. Circa primum considerandum quod ratio apostoli subtilis sumitur ex veteri testamento. Ad cuius intellectum sciendum quod in festo expiationis offerebatur solempne sacrificium quod fuit figura immolationis Christi, ut supra dictum est. Offerebatur autem vitulus et hircus, quorum sanguis a summo sacerdote inferebatur intra sancta sanctorum, ut supra dictum est ix. ca. Carnes autem non comedebantur ab offerentibus quia erat hostia pro peccato

sacerdotum propter quod carnes extra castra combu-
rebantur. Yrcus autem et vitulus figurabant
Christum propter similitudinem carnis peccati. Sanguis
eorum illatus intra sancta sanctorum significabat quod
per sanguinem Christi pateret nobis ingressus ad
celum. Combustio hostie extra castra signi-
ficabat passionem Christi futuram extra portam
Jerusalem. Quod autem sacerdotes legales non co-
medebant hostiam illam significabat quod ob-
servantes legalia cum evangelio non habent
in effectu passionis Christi partem secundum quod
dicitur Gala. v. Si circumcidimini Christus nobis
nichil proderit. Et hoc est quod dicit apostolus
Habemus altare i. crucem in qua oblatus
est de quo edere non habent potestatem qui ta-
bernaculo deserviunt quia illi qui legalia
custodiunt quod designatur in servitute ta-
bernaculi non habent partem in efficacia passi-
onis Christi. Et subdit figuram hoc designantem
dicens: quorum enim animalium infertur sanguis
pro peccato in sancta per pontificem i. vituli et
hirci qui immolabantur in die expiationis
horum corpora cremantur extra castra quia
offerebantur pro peccatis sacerdotum et populi.
Propter quod i. ut figuratum responderet figure.
et Ihesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum
extra portam passus est quia locus calvarie
ubi crucifixus fuit erat tunc extra civi-
tatem Jerusalem ut habetur Joh. xix. Exeamus
hinc. Consequenter concludit ex dictis duas conclu-
siones. 2a ponitur ibi per ipsum ergo etc. In
parte precedenti dictum est quod legalia non pro-
fuerunt observantibus ea. Inde quia figura Christus
passus est extra portam ideo concludit dicens
Exeamus igitur ad eum extra castra i. extra
observationem legis improperium eius portantes
improperium enim fuit Christo a iudeis quod non
custodiebat legem secundum quod dicitur Joh. ix. non
est hic homo a deo qui sabbatum non custodit.
Et simile fuit vituperatum paulo et eius se-
quacibus in primitiva ecclesia ut habetur actuum
xxi. Audierunt de te quia discessionem doceas
a moyse etc. Et subdit causam quare sit
a legalibus exeundum dicens. Non habemus

hic manentem civitatem i. stabilem man-
sionem in legis observationibus quia fuerunt
imposite solum ad tempus ut supradictum
est ca. ix. Sed futuram inquirimus i. gloriam
celestem ad quam introducit lex nova ut
patet per predicta. Per ipsum. Hic ponit 2am con-
clusionem. Dictum est quod sacrificia veteris
legis non erant deo accepta quia erant car-
nalia. Ideo concludit quod deo est offerendum spirituale
sacrificium per Jhesum Christum qui est sacerdos in eternum.
Et hoc est quod dicit. Per ipsum ergo offeramus
hostiam laudis deo semper etc. Non quia sit
continue orandum sed quia ad sacrificia
ve. le. non est revertendum. Ostendit etiam ul-
terius quod illud sacrificium est deo offerendum
s. helemosina in sustentatione indigentium
d. Beneficentie autem et communionis nolite
oblivisci. Et accipitur hic communio pro
communicatione bonorum in caritate. Et subdit
causam quare tales hostie sunt deo offe-
rende d. talibus enim hostiis promeretur deus.
non autem sacrificiis legalibus. Obedite. Hic
consequenter ostendit quales se debent habere ad prelatos
viventes et dividitur in duas. Quia primo ostendit
qualiter se debent habere ad alios prelatos.
2o quales ad ipsum paulum scribentem ibi.
Orate pro nobis. Circa primum sciendum quod cor-
pora inferiora que reguntur per superiora
subiecta sunt in duobus eis s. in situ et motu.
quia elementa revolvuntur motu orbis quantum
ad illam partem que excedit altitudinem mon-
tium ut habetur i. metheororum. Eodem modo
homines inferiores superioribus debent obe-
dientiam ut ad eorum imperium moveantur et
reverentiam eis exhibeant et hoc est quod
dicitur. Obedite prepositis vestris et subiacete eis. Et
subdit ad hoc duplicem causam. Prima accipitur
ex nobilitate officii quia prelati presunt
in spiritualibus que corporalibus preferuntur quanto
anima melior est corpore. Et hoc est quod dicit
Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris
reddituri. 2a accipitur ex modo exercendi officium
quia quando inferiores bene obediunt officium
prelationis delectabile est superioribus et utile.

inferioribus. Si aut male obediunt q̄m
accidit et hoc est quod dicit ut cum gaudio
hoc faciant et non gementes. hoc eni non
expedit vob hoc patz p ex̄m chore et sociorū
eius qui rebellantes moysi a terra fuerunt
absorti num. 16°. Orate pro nob. hic ondt
quale se debent hre erga ipm paulum. non
enim erat aplus iudeor et io non petit ab
eis talem obedientiam. s; petit ab eis illud
ad quod tenentur re͠tu oim fideliu. s. oronis
suffragium. d. Orate pro nob et sic hoc
petebat paulus qui de gra dei erat certus multo
fortius debet hoc petere quicunq alius quātum-
cunq sit scus s; quia possent dre illi quibus
scribebat non debemus pro te orare quia tibi
non valent cum doceas discessione a legalibus
io hoc removet. d. Confidimus eni q bona
consciam habemus pdicta docendo In omnibus
bene volentes conversari. i. desiderantes
bona gusationem omniu subdit alia cam
quare petit oronis suffragium. d. Amplius
aut deprecor vos hoc facere. i. pro me orare
q celestius restituar vob. q ad ihrlm fu
erat adductus Romā vinctus ut habetur
act. 26°. vel aliter q si liberatus esset
a carcere intendebat iterum visitare iu
deos qui erant in spania quibus hanc eplam
sm aliquos scribebat ut dictum e in pro°
huius opis Deus aut pacis. hic ultimo aplus
confert ipis sue rationis bnficiu. Et divi.
in duas quia pmo ponit suam oronem
7 2°. format suam petitione ibi. Rogo aut
vos. In prima parte optat eis btitudinem
que non datur nisi a deo et mediante gra
que hoiez aptat ad btitudine et hoc est quod
dr. Deus aut pacis. Quia ppriu dei e unire
corda cum sit unitas pma. qui eduxit de
mortuis dnm ihm xpm. et hoc in resurrec-
tione. pastore magnu oviu. i. simplicium
et innocentiu qui ppriie sunt de grege xpi
In sanguine. i. p sanguinez quia xpus meruit
resurrectione suam et exaltatione p suam
passione. Testamenti eterni. i. te. no. quod
confirmatu est sanguine xo. Et dr eterni

quia eterna pmittit. aptet vos in oi bono
ut faciatis voluntatem eius sicut eni aptitudo
potentie ad bene opand poli͠ce est phibitus vir
tutum politicar. p. Sic aptitudo aie ad opa
meritoria est p hitu gre et virtutu infu
sar quas deus operatur in nob. io seqr. faciens
in nob quod placeat coram se p ihm xpm
quia p ipm eodem divinitatis consequimur
gram sicut p causam pncipalē agentem
eo vero humanitatis sicut p causam instru
mentalem quantam. Rogo. hic format
suam petitione et divide in duas. quia pmo
facit quod dictum est. Scdo complet suam
eplam ibi Salutate omes. Quia primo
duo petit unu pro se d. Rogo aut vos fres
ut sufferatis. i. patienter portetis si aliqua
scpsi vob increpando q hoc fuit ad correc-
tione et bonu Et io magis debet esse ad
solatiu pp hoc subdit vobis solacij. Excusat
etiam se de scpture brevitate quia brevis
est ista epla respectu materie contente cu
ibi omia misteria veteris legis breviter tan
gantur ut patet ex predictis et hoc e quod
dicit Etenim pro paucis verbis. i. valde paucis
verb scpsi vobis. Scribebat eni hoibus
scientibus legem. et io non oportebat eis
omia explicare. Aliud petit aplus p inicio
eple dicens. cognoscite thimotheum. i. gratiose
et amicabiliter recipite illum dimissum. i.
a me missum pro utilitate vra qui si celerius
venerit videbo vos. hoc eni disponebat aplus
facere supposita divina pmissione. Notand
q thimotheus erat circumcisus et ex
matre iudea ut patz act. 16°. ideo p ipm
misit aplus eplam ipis iudeis ut esset magis
graciosa ipis p hominē gentile et incir
cumcisum noluit eam mittere quia iudei
consortiu gentilium abhorrebant ut het
act. 10°. et. 11°. Salutate hic ultimo
aplus complet eplam suam que debet termi
minari in salutatione. io dicit. Salutate
omes ppositos vros. i. apostolos. quorum
aliqui supvenie bant. Vel dicendu q pre
positos. hic vocat epos qui sut successores

aploꝝ in eccl'ia dei ut habetur in glosa luce
10. et in decreta di. 21. c. in no. testamento.
Et omnes s'tos .i. alios ecclie ministros non in
tendebat aplus instruere quia non indigebat
s; salutat eos p illos quibus scribebat. Salu
tat etiam illos quibus scribebat ex pte conu'soꝝ
ad fidem que erant in ytalia. d. Salutant
vos omnes fres de ytalia. Et in fine quasi pro
sigillo confirmationis ponit. gra dei. cu
omnibus Amen. i. confirmetur in p'nti
et in futuro prestante dno nro ihu xpo Cui
est honor et gloria in s'cla s'cloꝝ Amen.

Explicit postilla sup eplam ad hebreos
edita a fre Nicolao de lyra. Sacre theo
logie venerabili doctore de ordine fratrum
minoꝝ.

PROHEMIUM

Repleti sunt omnes
spu s'co &c. cepe
runt loqui. sic
lex euangelica
p xp'm dim & hom
fuit data ut pz
in euan°. Ita per
aplos aliosq; xp'i
discipulos p orbem fuit publicata. ut pz in
hoc libro aploꝝ actibus intitulato. ꝑ qd dixit
saluator eis marci vltio. Euntes in mundu
vniuersum p'dicate euangeliu omni creature. hec aut
publicatio f'ca e p spm s'cm p'ncipal'r & p aplos mi
sterialiter m'. 10. ca. Non eni vos estis qui lo
quimini s; sps prīs vri qui loquit in vobis. ꝑ qd
verbum p'po'm ad l'ram dr de ipis. Repleti sunt &c.
In quo duo notantur. s. aploꝝ alioꝝq; discipuloꝝ
p spm s'cm confortatio cum dr. Repleti sunt
omnes spu s'co. s'm'e p eosdem euageliȝ publio. cu
subdr. Et ceperunt loqui. Que duo s'tus
lucas prosequitur in hoc libro ut videbitur p
sequendo. Circa p'mu tria ponuntur. s. co'tq
efficiens ibi. spu s'co. modus sufficiens. re
pleti sunt. Cetus suscipiens. omnes. Circa
p'm sciend' q ꝓphe spu s'co inspirati s'm qd
dr s'e pe. i. No voluntate huana allata est
alu ꝓphetia s; spu s'co inspirati locuti sut
s'ti dei hoies, legem euangelica denuntiauert
p xp'm dandam ys. 2°. De syon exibit lex
& verbu dni de ih'r'lm. Ibi n. le' xp'o frequet
docuisse & Jere. 31. Ecce dies veniut dicit
dns & feriam domui isrl & domui iuda fedq
nouu non s'm pactum qd pepigi in oreb &c.
Sicut p'nuntiatum fuerat p ꝓphas. p xp'm
spu s'co repletum fuit lex euangelica data
vn luce. 4°. dr de ipo q ingressus synagoga
leg' in li°. ys. qd in eo scrib'. 61. Spus dni
sup me ꝑ quod vnxit me, euangelizare pau
peribus misit me & s'c ibid'. s. luc'. 4°. Cepit
aut dicere ad illos quia hodie impleta est

scriptura hec in auribus vestris. Et sic spiritus sanctus
apostolos confortavit et perfecit ut essent apti ad pre
dicationem evangelii propter quod de ipso dicitur primo cor.
12. Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus
dividens singulis prout vult. et sic patet primum scilicet
causa efficiens. Circa primum considerandum quod per
fectio sufficiens ad predicationem evangelii non solum
respicit personam propriam sed etiam alias per quorundam re
dundantiam que sunt instruende per sanam doctri
nam. Talis autem fuit apostolorum perfectio collata
est a spiritu sancto non per sapientiam et eloquentiam facti sunt
apti ad predicandum evangelium per universum mundum
et hoc notatur cum dicitur. Repleti. etc. ii. Si re
plete fuerint nubes ymbres effundent super terram
Nubes iste sunt apostoli de quibus dicitur ysa. 60. qui
sunt isti qui ut nubes volant etc. Nubes iste
fuerunt sapientia et eloquentia reple[te] propter quod effuderunt
super universam terram ymbres evangelice
doctrine unde in quolibet ipsorum fuit impletum quod
dicitur eccli. 39. Ipse tamquam ymbres mittet eloquia
sapientie sue et sic patet secundum. Circa primum sciendum
quod donum spiritus sancti confirmans et perficiens ad pub
licationem evangelii non solum fuit datum uni
apostolo sed omnibus nec apostolis solum sed etiam aliis disci
pulis sibi existentibus. secundum quod dicit Jeronimus in epistola ad pau
linum de omnibus sacre scripture libris et patet c. huius
libri dicitur. Erat autem turba hominum fere. 120. et
hoc notatur cum dicitur. Omnes. In quo exprimitur
cetus suscipiens spiritus sancti donum secundum quod scribitur
infra 2o. ca. Et cum complerentur dies pen
thecostes. erant omnes discipuli pariter in eodem loco
et factus est repente de celo sonus tamquam advenientis
spiritus vehementis et replevit totam domum ubi
erant sedentes etc. et sic patet primum principale. Circa
secundum quod est evangelii publicatio quod ponitur ibi. Et ceperunt
loqui. Duo notantur ad hoc necessaria. scilicet exclusio ti
moris et infusio fervoris. primum notatur cum dicit.
Et ceperunt. per hoc autem insinuatur manifeste quod
ante loqui non audebant immo etiam apparere
secundum quod dicitur Jo. 20. Cum sero esset die illo una
sabbatorum et fores essent clause ubi erant disci
puli congregati propter metum iudeorum etc. sed recepto
spiritu sancti dono quod foras mittit timorem. secundum quod dicitur
i. Jo. 4. perfecta caritas foras mittit timorem.

timor iste fuit exclusus ab apostolis et constantia
sibi data unde quilibet illorum potuit dicere illud ps. 76.
Nunc cepi hec mutatio dextere excelsi. quia quilibet
cepit habere constantiam terrore malorum sublato et
hec mutatio fuit dextere excelsi dantis apostolis
constantiam predicandi. Secundum vero scilicet infusio fervoris
notatur cum dicitur. loqui. qui fervor in actu predi[candi]
recepto spiritu sancto statim fuit infusus coram iudeis
vulgaribus ut dicitur infra. 2o. quod petrus ferventer
locutus est de Christo. d. Viri fratres liceat audenter
dicere vobis etc. et subdit ibi. qui ergo receperunt
sermones eius baptizati sunt et apposite sunt
in die illa anime circiter tria milia. Ideo fuit
infusus coram iudeorum principibus quibus petrus
et Johannes constanter responderunt infra. 4. ca. Non
possumus que vidimus et audivimus non loqui.
postea fuit infusus etiam coram gentilibus unde
infra. 13. Judeis contradicentibus evangelice predicationi
dicitur tunc constanter paulus et barnabas dixerunt
nobis oportebat primum loqui verbum dei sed quia re
pellitis illud et indignos vos iudicatis eterne vite
ecce convertimur ad gentes. sic enim nobis precepit
dominus. Cui est honor et gloria in secula seculorum Amen

I

Primum quidem. Hic incipit liber
actuum apostolorum in quo sanctus lucas
primo se continuat ad precedentia. 2o. pro
sequitur subsequentia ibi. Et con
vescens. precedentem vero dicta sancti luce fuit in
eius evangelio in quo incipiens a Christi precursore
conceptionem Christi. Nativitatem. conversationem et predica
tionem mortem et resurrectionem et ascensionem
declaravit et hoc est quod dicit. Primum quidem.
i. primo scilicet in evangelio. Sermonem feci de omnibus
Non dicit omnia quia omnia facta Christi non possent per
singula scribi secundum quod dicitur Jo. ultimo. Sunt autem
et alia multa que fecit ihesus que si scribantur
per singula nec ipsum arbitror mundum capere eos qui
scribendi sunt libros. Sed dicit de omnibus quia
de pertinentibus ad Christi conceptionem nativitatem
vitam et mortem resurrectionem et ascensionem
aliqua scripsit. O theophile. hic erat quidam
episcopus asie cui scripserat evangelium ut patet in
eius prologo et eidem scripsit huiusmodi librum. Que

cepit Ihesus facere et docere. Non sicut scribis et phariseis de quibus improperando dicitur Matthei 23. Dicunt enim et non faciunt. Bene enim docere et male vivere nichil aliud est quam se sua voce dampnare. Usque in diem scilicet ascensionis sue. Qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quod predicarent evangelium per orbem universum Marci ultimo. ut supra allegatum est. quos elegit pre ceteris ad officium apostolatus. Assumptus est de terra ad celum in sua humanitate. secundum divinitatem enim que necessario est ubique non convenit ei de loco ad locum transire. Assumptus est autem a tota trinitate assumptione illam faciente que in omnibus effectibus principaliter operatur et etiam a se ipso. Nam corpus glorificatum sic est in potestate anime quod obedit ei ad nutum quantum ad localem motum. Assumptus est etiam a nube prestante eis obsequium. quibus et prebuit se ipsum vivum post passionem suam in multis argumentis de sua resurrectione facientibus fidem. per dies xl. apparens eis quod non est sic intelligendum quod in illis xl. diebus fuerit continue cum eis. sed quia in illo temporis spatio frequenter eis apparuit. et loquens de regno dei id est de beatitudine celesti. ¶ Ad maiorem intelligentiam dictorum duo sunt hic videnda. primum est utrum resurrectio Christi debuit argumentis probari. Ad quod dicendum quod argumentum uno modo dicitur ratio rei dubie faciens fidem id est certitudinem quod esse non potest nisi procedat ex principiis per se notis sicut fit in scientiis demonstrativis. et talibus argumentis non debuit resurrectio Christi probari que est articulus fidei. de talibus autem non habetur certitudo evidentie in presenti saltem de communi cursu. ¶ Alio modo accipitur argumentum aliquod sensibile signum quod inducitur ad manifestationem alicuius veritatis quo modo argumenti frequenter utitur philosophus in libris suis et hoc modo accipiendo argumentum Christus sua resurrectionem declaravit argumentis in quantum per quedam evidentia signa se vere resurrexisse ostendit. quod fuit necessarium fieri apostolis. primo propter se ipsos eo quod eorum corda non erant disposita ad credendum de facili eius resurrectionem. unde dixit eis Luce ultimo. O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete. Secundo propter alios ut per huiusmodi signa eis ostensa eorum testimonium de Christo efficacius redderetur secundum illud prima Johannis i. quod audivimus quod vidimus oculis

nostris et manus nostre contrectaverunt de verbo vite testamur et annunciamus vobis. ¶ Secundum est de qualitate et efficatia huiusmodi argumentorum. Circa quod sciendum quod vera resurrectio de qua fit hic sermo est reditus eiusdem hominis in numero de morte corporali ad vitam gloriosam et hoc fuit ostensum in Christo tam ex parte corporis quam ex parte anime. Ex parte enim corporis primo fuit ostensum quod corpus Christi post resurrectionem fuit corpus verum et solidum non corpus fantasticum vel rarum sicut est aer. per hoc quod palpabile prebuit se ipsum. Luce ultimo. palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Secundo fuit ostensum quod erat corpus humanum per hoc quod ostendit eis veram humanam effigiem oculis distinguibile ab aliis effigiebus. Tertio fuit ostensum quod erat idem corpus numero quod prius habuerat ante mortem ostendendo cicatrices vulnerum. Luce ultimo. Videte manus meas et pedes meos quia ego ipse sum. et Johannis ultimo. dixit Thome infer digitum tuum huc et vide manus meas et affer manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis. ¶ Similiter ex parte anime iterato corpori unite veritatem sue resurrectionis ostendit et per hoc opera triplicis vite. Primo quidem per opus vite nutritive. in hoc quod cum discipulis manducavit. ut habetur Luce ultimo. obtulerunt ei partem piscis assi et favum mellis et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis. Secundo per opera vite sensitive in hoc quod discipulis ad interrogata respondebat et eos salutabat. In quo ostendit se videre et audire. Tertio per opera vite intellective in hoc quod cum eis loquebatur et disserebat de scripturis. Luce ultimo. hec sunt verba que locutus sum ad vos etc. quod etiam resurrexerit ad vitam gloriosam ostendit per hoc quod ad discipulos ianuis clausis intravit et hoc per dotem subtilitatis (non dicit Gregorius) omelia 17. Palpandam carnem dominus prebuit quam clausis ianuis introduxit ut esse post resurrectionem ostenderet corpus suum eiusdem nature et alterius glorie. ¶ De efficatia vero istorum argumentorum dicendum quod licet unum per se sumptum vel duo non sufficiant tamen omnia simul sumpta fuerunt efficatia in suo genere ad manifestandam veritatem resurrectionis Christi cum ad hoc inducta fuerint ab illo cuius opera sunt perfecta. ¶ Et utrum

queri vtru in hac manifestatione fecerit certitudinem evidentie uel adhesionis tm. Ad quod dicit aliqui quod fecerit certitudinem adhesionis qualis est in hijs que sunt fidei de quibus est resurrectio xpi. Alij vero quod fecerit certitudinem evidentie eo quod talis manifestatio fuit per signa sensibilia sensu evidentia. sed saluo meliori iudicio michi videtur melius distinguendum quod xpus pot duplr considerari. Vno modo inquantum homo tm et sic argumenta predicta fecerunt certitudinem evidentie de resurrectione humane nature. quia sicut dictum est erant evidenter sensibus bene dispositis ad quod etiam reducitur certitudo evidentie demonstrationis. Alio modo pot considerari inquantum deus et homo siue deus humanatus et sic argumenta predicta de resurrectione dei hominis non fecerunt certitudinem evidentie sed adhesionis tm que est fidei quod deitas xpi et ante resurrectionem et post non fuit totaliter cognita ab apostolis. et hoc videtur manifeste docere btus gregorius omel. 17. Thomas aliud vidit aliud credidit a mortali quippe homine videri deitas non potuit. Hominem igitur vidit et deum confessus est dicens dominus meus et deus meus. Videndo ergo credidit qui considerando verum hominem hunc deum quem videre non poterat exclamauit. licet igitur per argumenta predicta evidens fuit apostolis illum hominem qui dicebatur ihs nazarenus vere resurrexisse non tn fuit evidens. sed solum creditum deum a mortuis resurrexisse sicut et creditum fuit tm et non scitum illum hominem deum esse obiectum aut fidei est ipse deus non visus. et ideo articulus fidei est aliquid non visum circa deum. propter quod articulus fidei est deum resurrexisse a mortuis et non hominem tm. propter quod dictum est patet quod illa argumenta non fuerunt efficacia ad manifestandum evidenter resurrectionem xpi prout est articulus fidei. et per dicta patet solutio ad rationes vtriusque opinionis aliter sentientis.

Et conuescens. postquam sanctus lucas continuauit se ad dicta in euangelio hic consequenter prosequitur dicenda in hoc libro. qui sic dictum est de legis euangelice promulgatione. Circa quod considerandum quod sicut corpus mobile scdm est in tota naturali philosophia sub ratione absoluta. In particularibus vero libris sub rationibus determinatur ut in libro de celo et mundo corpus mobile ad situm in libro vero de generatione corpus mobile ad formam. Ita deus sub ratione absoluta scdm est in tota sacra scriptura. ideo dicitur theologia quasi sermo de deo. Sub rationibus vero determinatis est scdm in particularibus libris. ut ostensum fuit in principio gen. et in alijs sequentibus libris. In toto vero testamento nouo scdm est ut redemptor in communi sed in particularibus libris sub rationibus magis determinatur. Vnde in euangelio deus redemptor scdm est ut legis euangelice lator. In hoc autem libro ut eiusdem legis per orbem publicator. primum tn fecit per seipsum. secundum vero per apostolos ad hoc missos. propter quod liber iste ab actibus apostolorum nominatur. Ad hoc autem quod apostoli alijque discipuli essent ad hanc publicationem ydonei preexigebatur in eis solidatio et perfectio per donum spiritus sancti quo essent diuina notitia praediti constantes et cordis quietes et caritate fecundi. propter quod iste liber in duas partes primo diuiditur. quia primo describit apostolorum debita dispositio. secundo per eosdem euangelij publicatio. 2. ca. Primus autem petrus. debita vero dispositio apostolorum facta est per spiritus sancti donum ut dictum est. et ideo primo describitur promissio huius doni. secundo expectatio promissi ibi. Igitur conuenissent. 3o collatio expectati in principio 2. ca. Prima adhuc in duas quia primo ponitur hec promissio. secundo circa hoc mouetur questio ibi. Igitur qui conuenerant. Circa primum sciendum quod licet sanctus lucas in fine euangelij sui locutus fuerit de hac promissione. hoc fuit tam breuiter et succincte. hic autem tangit eam magis diffuse propter quod ab ea incipit prosecutionem dicendorum in hoc libro. dicit igitur. Et conuescens scilicet ihus cum apostolis quibus recumbentibus apparuit in die ascensionis. ut refert marcus in fine sui euangelij dicens. Nouissime autem recumbentibus illis vndecim apparuit illis ihus et cetera. precepit eis ab ihierosolimis ne discederent. donec per spiritum sanctum redderentur apti ad publicatorem euangelij. ideo subditur. sed expectarent promissionem patris quia audistis inquid per os meum Jo. 14. paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia et cetera. quia iohes quidem baptizauit aqua solum. Quam eius baptismo gratiam non conferebat. vos autem baptizamini spiritu sancto. ex hoc loco dixerunt aliqui quod apostoli non fuerunt baptizati baptismo xpi qui est in aqua. scdm quod habetur Jo. 3. Sed hoc non est conformi dicto scriptorum

nec etiam ratiom dicit .n. saluatore Jo. 3. Ni
si quis renatus fuerit ex aqua et spu sancto
non pot introire in regnum dei. et io post illam
dni snian nullus factus est membru xpi. n
p susceptione sui bapi uel alicuius supplent eius
vicem. sicut est baptismus sanguinis et flamis
preterea paulus aplus vocatus ad fidem de man
dato dni fuit bapty ut het act. 9. et idem tene
dum est de alys aplis qui uis non sit scriptum
qz non omnia xpi facta sunt scripta. ut dictu
est s. Itē qz Jo. 4. dr qd discipuli xpi baptiza
bant et non est verisile qd baptizaret nisi bapo
magri sui iam instituto ut dictum est. et per
qns non est verisile qui essent baptizati vode
bapto. Unde dicit aug. ad seleucianu qd credi
bile est discipulos xi. fuisse baptos eius bapo. ut
haret baptos suos p quos ceteros bapret. Nec
defuit humilitat minist qui etiam pedes eorum
lauit vn sup illud Joh. 13. Qui lotus e non
indiget nisi ut pedes lauet. dicut doctores aliq
qd illa lotio uidet de sacro bapi. Igit qd dr hic
(Vos aut baptizaimi spu sancto. Intelligendum
est de receptioe spus sci in signo visibili, de
qua hetur ca. sequenti. que dr baptus metapho
rice eo qd gra spus sci vnctio dr .i. Joh. 2. ca.
vnctio aut de liquidis e. sicut aqua vnde dicit hic
glo. raban. in quibusdam libris sic habet. Vos aut
vngemini spu sco. Igitur hic tria dicta mouet
qo. Multi em de discipulis xi de regno eius adhuc
carnale sentiebant. utpote nondu recepta spus
sci gra, estimantes ipm tpraliter regnaturu. pp
quod filij zebedei petierut qd vnus ad dextram eius
sedet, aliusqz ad sinistram. Mt. 10. et regnu
Isrl tprale quod ablatum erat a iudeis p romanos
statim restituturu, io quesierut. dne si in tpre
hoc re. et qm hec questio erat stulta repulit
eam. d. Non est vrm nosse tpra uel momenta
etc. q. d. Non ptinet ad vos hoc scire nec qre
(sicut et petitione filiorum zebedei repulit ut stul
tam. d. s nescitis quid petatis, s illud qd sequit
ad vos ptinet cum subdr. Sz accipietis virtutem
superuenientis spus sci in vos. ad constanter
et efficaciter euangeliu pdicandu p orbem vniuersu.
Ideo subdr et eritis mi testes etc. Cumqz hoc
dixisset videntibus illis eleuatus est p modum
supius dictum in pn. huius ca. Cumqz intueret
in celum euntem illu. admirantes de ascensione
tam gloriosa. Ecce duo viri .i. angli in spe virorum.
In vestibus albis ad designand sollepnitate huius
ascensionis. sm qd dicit gregor. Viri galilei
natione est em galilea quedam pars iudee de qua
erant apli saltem p maiori pte. Quid statis
aspicientes in celum q. d. Non expectetis qd
ihus amplius habitet corporaliter vobiscum sic
ante fecit. videbitis tn eum in fine mundi ve
nientem ad iudiciu. io se. Sic veniet quadmod
vidistis eum euntem in celum .i. sicut ascendit
in forma huanitatis gloriosa. sic veniet ad iu
dicand. Tunc reuersi sunt. postqz descripta
est spus sci pmissio. hic qnte ponit pmissi
conuenientis expectatio, que conuenientia ex duobus
ostenditur. pmum est pseuerans oro. 2m est
aplici numeri reintegratio que po. ibi. In diebz
illis. Circa pmu dr. Tunc reuersi sunt ihrlm.
sicut fuerat eis dictum luc. vltio. Vos aut sedete
in ciuitate quousqz induamini virtute ex alto.
A monte qui vocatur oliueti. vnde xpus as
cendit in celum. et vbi antixpus fulminabitur
sicut dictum e. s. 2. tess. 2. ca. sabbati hns
iter .i. distans a ihrlm p mille passus q faciunt
dimidiam leucam. et dr. Iter sabbati qz licebat
iudeis, in sabbo a sua ciuitate uel loco tantu
elongari. Talis em ambulatio magis erat ad
recreatione qz ad laborem pp qd non erat contra
sabbati quiete. Et cum introissent cenaculum
ascenderunt. Est aut cenaculum solariu et
sic prius ascenderunt et postea introierunt
cenaculum et est figuratiua locutio. sicut cu
dr, moriamur et in media arma ruamus. As
cenderunt aut ibi duplici de ca. Vna ut essent
ibi secretius timentes adhuc calupnia iudeorum
cum nondum essent p spm scm roborati. Alia ut
(vacarent liberius oroni sicut ptea subdr. Hij oes
etc. Tunc ponit aplorum noia et patent vsqz
ibi. Jacobus alphei .s. filius et dr hoc ad dram
precedentis Jacobi qui fuit filius zebedei. Et symon
zelotes qd dr ad dram symonis petri. Et Judas
(Jacobi .s. fr. fuit .n. filius zebedei. et dr Judas)

Jacobi ad dictum iude proditoris. hij omnes erant
perseuerantes vnanimiter in oratione. perseuerancia
enim et vnitas cordium in bono facit orationem
exaudibilem. cum mulieribus deuotis que secute
fuerant ihesum a galilea ut habetur mt. 27. et
maria matre ihesu. quia associabant mulieres iste
ex deuotione. et inter istas mulieres et maria
po. et ad distico. quia ista sola erat mater et virgo.
et fratribus eius. i. alijs de cognatione ihesu quorum
plures erant ibi. et dicuntur eius fratres secundum modum loquendi
hebraicum quo illi de eadem cognatione fratres dicuntur.
vnde gen. 13. abraham loth nepotem suum vocauit
fratrem dicens. Ne queso sit iurgium inter me et te et
inter pastores meos fratres. n. sumus. In diebus
illis. hic consequenter ponitur secundum dispositionem ad spiritus sancti
donum. s. apostolici numeri reintegratio. Et diuiditur in
duas partes quia primo ad hoc inducitur. ro. 2o. subditur
executio ibi. Et statuerunt. Prima in duas. quia primo
petrus scripturam inducit ad propositum. 2o. concludit
intentum ibi. oportet ergo. Prima adhuc in
duas. quia primo petrus scripturam allegat. eam. 2o.
in speciali ibi Scriptum est. Circa primum dicitur. In diebus
illis. i. tempore medio inter ascensionem domini et penthe
costen. Exurgens petrus. tamquam principalis apostolus. dixit
quod postea subditur. Sed medius eventum ibidem interponit
cum dicitur. Erat autem turba hominum simul fere. 120. non
dicitur fere eo quod spiritus sanctus qui in luca loquebatur du
bitaret de numeri certitudine sed in hoc seruatur modus
numerantium qui cum modicum deficit a magno
numero exprimunt magnum numerum cum hac dictione
fere per hoc designando quod deficit modicum quod est
quasi nichil reputandum ut habetur 2o. phisicorum. et subditur
verbum petri cum dicitur. viri fratres oportet impleri
scripturam quia predixit spiritus sanctus. Cuius verbum
non potest esse falsum. per os dauid sicut videbitur parte
sequenti. Sed interponitur casus iude proditoris ideo
subditur de iuda qui fuit dux eorum qui comprehende
runt ihesum. ut patet ioh. 18. Qui connumeratus est in nobis
i. vnus de duodecim apostolis mt. 10. et sortitus est
sortem etc. i. dignitatem apostolicam quia tamen non
habuit a casu vel per sortem sed per christi electionem. sicut
dicitur io. 6. Nonne .xij. vos elegi et vnus ex vobis
dyabolus est. Sors enim aliquando accipitur pro parte. et
sic accipitur hic quia in partem apostolorum vocatus est

et hic quidem possedit agrum de mercede iniqui
tatis. i. possideri fecit ab alijs. quia .xxx. dena
rios quibus iniquus christum vendiderat in templo pro
iecit. ex quibus principes sacerdotum emerunt agrum
pro sepultura peregrinorum vt habetur matthei. 27.
Aliqui autem dicunt quod iudas fuit ibi sepultus et sic
possedit agrum illum. Sed hoc non est verisimile
quia principes sacerdotum erant intenti circa mor
tem christi procurandam propter quod non ita cito eme
runt agrum illum. nec etiam ager ille emptus
statim fuit pro sepultura dispositus. et sic videtur
fuisse tractus temporis intermedius. Judas autem precium
argenteis ex verbis matthei videtur eadem die se sus
pendisse propter quod opinio prima melior videtur. Et sus
pensus crepuit medius. ut pena videret culpe.
Justum enim erat ut viscera que tantam prodicionem con
ceperant enormiter de ventre caderet. Et notum
factum est etc. s. enorme factum iude ita ut appel
laretur ager ille emptus de precio sanguinis christi.
lingua eorum. i. principium sacerdotum qui emerunt
agrum illum mt. 27. acheldemach. Sciendum
vero quod iste due dictiones agrum sanguinis in la
tino signantes non sunt proprie hebraice sed magis
syriace tamen lingua hebraica et syriaca sunt
valde propinque. vt dicit Jeronimus in prologo galeato
homines n. notabiles iudei magis vtebantur lingua
syra quam hebraica vnde et libri eorum qui sunt extra
bibliam pro magna parte scripti sunt in syro
ydiomate licet tamen hebraicis. quod de facili potest
fieri quia licet hic et ibi sunt eiusdem numeri et
soni discrepantes tamen caracteribus ut dicit Jeronimus in
prologo galeato. Scriptum est. allegata
scriptura dauid in generali et interposito casu iude
hic consequenter ponitur dicta scriptura in speciali cum dicitur
Scriptum est enim in libro psalmorum qui dicitur vnus
liber. non ab vnitate actoris quia multi psalmos fecerunt
ut dictum fuit in principio illius libri sed ab vnitate
collectionis quia psalmi a diuersis auctoribus compositi fuerunt
collecti per hesdram ut communiter tenetur et in vno vo
lumine repositi. ut ibidem fuit plenius declaratum.
fiat commemoratio eorum deserta et non sit qui
inhabitet in ea. hoc scribitur psalmo. 68. et episcopatum
eius accipiat alter. hoc scribitur psalmo. 108. verumque
tamen psalmus intitulatur a dauid tamquam actore. Con

Induxit autem beatus petrus istas duas auctoritates. Prima loquitur de pena pro morte christi inflicta. Secunda loquitur de pena sacerdotum mortem christi procurantium sicut dictum fuit plenius super illud. In pena enim mortis christi templum et civitas iherusalem fuerunt combusta per romanos et sacerdotes partim interfecti et partim captivati. et hoc est quod predixit david. Fiat commoratio id est habitatio eorum deserta etc. Secunda vero loquitur de pena iude proditoris qui christum vendidit principibus sacerdotum sicut ibidem fuit dictum. Isto enim iuda per suspensionem mortuo mathias successit ei in apostolatum ut patebit infra. Apostolatus vero episcopatus dicitur quia et episcopi successores sunt apostolorum secundum quod dicitur in decretis. xxi. d. c. In novo testamento. et hoc est quod dicitur. Episcopatum eius scilicet iude accipiat alter. ¶ Oportet ergo. allegata scriptura ad propositum. hic petrus concludit intentum dicens. oportet ergo ad reintegrandum numerum apostolicum. Ex hiis viris qui nobiscum sunt etc. qui per experientiam noverunt conversationem ihesu christi et eius opera incipiens a baptismo iohannis. Non enim legitur ihesus docuisse publice et miracula fecisse nisi postquam baptizatus fuit a iohanne. testem resurrectionis eius etc. et etiam aliorum ad fidem christi pertinentium. resurrectio enim magis exprimitur quia conversatio christi et miracula que fuerunt in palam coram hominibus non sic indigebant testio sicut resurrectio que manifestata fuit tantum apostolis et aliis discipulis. ¶ Et statuerunt. Probata allegatione petri. hic ponitur executio sua. Nam alii statim acquieverunt eius dicto tamquam rationabili. ideo dicitur. Et statuerunt duos. Istos non distinxerunt ab aliis per sortem sed per electionem tamquam magis nobiles in scientia et vita et christi factorum experientia. Ioseph qui vocatur barsabas. Iste est ille qui infra vocatur barnabas ut dicunt aliqui. Qui cognominatus est iustus ex evidentia sanctitatis. Rationabiliter hic exprimitur ne repulsus ab apostolatu tamquam indignus videatur. Unde postea cum paulo ad apostolatum assumptus est infra. 13. capitulo. ut sibi dicunt predicti. sed melius videtur dicendum quod fuerit alius ut plenius dicetur infra. 4. capitulo. Et orantes dixerunt. tu domine etc. licet enim istos elegissent ut notabiliores aliis ut dictum est tamen ignorabant quis eorum esset dignior ad apostolatum propter quod super hoc imploraverunt divinum iudicium per temperatorem sortium. secundum quod dicitur proverbiorum. 16. sortes mittuntur in sinum sed a domino temperantur. Et dederunt sortes eis etc. et patet iste ioseph fuit cognatus christi ut dicetur infra. 4. et tamen sibi preposuit mathiam per hoc ostendens quod ad officia ecclesiastica non sunt homines ex consanguinitate promovendi. ¶ Ad maiorem huius auctoritatis intelligentiam queritur hic utrum uti sortibus sit licitum. Ad quod dicendum quod uti sortibus est ex vario eventu seu dispositione alicuius rei sensibilis proposite determinare aliquod dubium vel incertum. sicut ex festucis propositis per hoc quod aliquis accipit breviorem vel longiorem seu in proiectione taxillorum ex hoc quod aliquis proicit plura vel pauca puncta vel ex consimilibus aliquod dubium inter homines determinatur. et si hoc fiat ad alicuius rei divisionem inter homines ut per hoc determinetur quis quam partem accipiat. vocatur sors divisoria. si autem hoc fiat ad alicuius dubietatem agendi. vocatur sors consultoria. Igitur si dispositio vel eventus sortium expectetur a fortuna tamen nullum est vitium. Si mittantur sortes ad determinandum inter homines quis quam partem accipiat alicuius rei. et hoc ex communi consensu committere fortune. Causa tamen motiva potest esse peccatum ut si propter cupiditatem propriam vel aliud vitium non possint concorditer alio modo dividere. si autem dispositio sortium vel eventus non expectetur solum a fortuna sed ab alia causa hoc est dupliciter. Uno modo a causa corporali ut a dispositione stellarum et sic cum actiones stellarum ad hoc non se extendant superstitiosum est et illicitum et non caret occulto pacto demonum. Alio modo quia expectatur eventus et dispositio sortium a causa spirituali dirigente et hoc modo est dupliciter. Uno modo a demone et hoc est illicitum quia includit familiaritatem et pactum cum demonibus. Alio modo a deo immediate expectatur vel mediantibus sanctis angelis et hoc non est illicitum simpliciter si fiat cum reverentia debita. Unde dicitur proverbiorum. 16. sortes mittuntur in sinum sed a deo temperantur. ¶ Potest tamen in hoc quadrupliciter peccatum incidere. Primo si absque ulla necessitate ad sortes recurratur. hoc enim videtur ad dei temptationem pertinere. Unde dicit ambrosius super lucam. Qui sorte eligitur humano iudicio non comprehenditur. Secundo si quis etiam in necessitate

de sortibus

absque reverentia debita sortibus utatur. Unde super actus apostolorum dicit beda si qui necessitate aliqua compulsi deum putant sortibus apostolorum exemplo esse consulendum videant hoc ipsos apostolos non nisi collecto fratrum cetu et precibus ad deum fusis egisse. 3o si divina oracula ad terrena negotia convertantur. Unde dicit aug. ad inquisitiones ianuarii his qui de paginis evangelicis sortes legunt et si optandum sit quod hoc faciant ut potius quam ad demonia consulenda concurrant tamen mihi displicet ista consuetudo ad negotia secularia et ad vite huius vanitatem divina oracula velle vertere. 4o si in electionibus ecclesiasticis que ex spiritus sancti inspiratione fieri debent aliqui utantur sortibus. Unde dicit beda super act. apostolorum. Mathias autem ante penthecosten ordinandus sorte querit quia scilicet nondum erat plenitudo spiritus sancti in ecclesia effusa. Septem autem diaconi postea non sorte sed electione discipulorum sunt ordinati. propter hoc probatur rationabiliter talis electio ex. de sortil. c. ultimo. Non tamen peccaverunt apostoli eligendo mathiam per sortes quia non erat prohibitum et quia fecerunt hoc familiari consilio scilicet quod non est trahendum ad consequentiam maxime quia homines non sic essent fuissent permittendo ordinem devota. Sic tamen erat licitum ante prohibitionem ut dictum est. Secundo autem est in temporalibus dignitatibus que ordinantur ad terrena disponenda et ideo in electione illarum potest homines uti sortibus sicut et in divisione rerum temporalium ut predictum est. Si vero necessitas aliqua alia ab electione dignitatis ecclesiastice immineat licitum est cum debita reverentia sortibus divinum auxilium implorare. Unde dicit aug. 3 epistola ad honoratum. Si inter dei ministros sit disceptatio qui eorum tempore persecutionis maneant ne fuga omnium fiat et qui eorum fugiant ne morte omnium deseratur ecclesia. si hec disceptatio aliter non poterit terminari quantum mihi videtur qui maneant et qui fugiant sorte legendi sunt. et hoc modo usi sunt sortibus viri sancti qui in veteri et novo testamento usi fuisse sortibus leguntur sicut iosue iudicio sortium punivit achor. Iosue 7. et saul deprehendit ionatam filium suum mel comedisse i Re. 14. Et zacharias sorte sortitus ut incensum poneret luc. i. Et sic patet responsio ad questionem.

II

Et cum complerentur. Promissa promissione et expectatione debita spiritus sancti. hic consequenter ponit adimpletio promissi. et dividit in duas partes. quia primo describitur hec adimpletio. secundo impletionis admiratio ibi. Erat autem. Circa primum notatur impletionis tempus cum dicitur. Et cum complerentur dies penthecostes. i. l. dies a pentha quod est quinque et costa quod est decem. Quinquagesima namque dies a paschate celebris erat apud iudeos in memoriam beneficii legis date que fuit data in monte synay. exo. 20. Quinquagesima die a principio egressionis de egipto et convenienter illa die infusum fuit apostolis spiritus sanctus digitus dei per quem lex evangelica impressa fuit et firmiter radicata in cordibus eorum. erant omnes pariter corpore et animo et factus est repente sonus de celo tamquam spiritus vehementis. i. venti vel tonitrui unde tamen apostoli et alii cum eis existentes fuerunt territi deo hoc faciente in signum quod dabatur eis spiritus sanctus qui est consolator cordium. et replevit totam domum insolita claritate. ubi erant sedentes. i. manentes eo modo quo dicitur deut. 2. c. et sedistis in cades barne multo tempore. i. mansistis. Apostoli enim tunc erant in oratione ut probabile videtur ex precedentibus ubi dicitur quod erant perseverantes in oratione que non fit communiter sedendo sed magis flectendo genua vel stando. Et apparuerunt illis visibiliter oculis corporalibus dispertite lingue tamquam ignis ad signandum signa visibilia signo visibili exterius invisibilem gratiam spiritus sancti receptam. ut ignis per quam essent fervidi in amore dei et loquentes diversis linguis ad publicationem evangelii. ideo subditur. Et ceperunt loqui variis linguis. Sed quod dicit hic glosa apostoli non solum loquebantur et intelligebant omnia ydiomata sed etiam ipsis loquentibus in uno ydiomate quodcumque esset illud omnes audientes quantumcumque erant diversorum ydiomatum intelligebant quilibet ydioma proprium divina virtute hoc faciente. Sicut enim per rebellionem ad deum divise sunt lingue gen. 11. Ita per infusionem spiritus sancti sunt unite. Erant autem. hic consequenter

ponitur sequens huius donum admiratio quia non fuerat visum simile uel auditum ideo dicitur. Erant autem in ierusalem habitantes iudei viri religiosi .i. in cultu diuino deuoti ex omni natione que sub celo est. qui conuenerant in ierusalem causa festi. Iudei enim captiuati per salmanasar regem assiriorum in media sicut dictum fuit osee .i. similiter captiuati per regem caldeorum non redierunt omnes quamuis haberent licentiam redeundi sed remanserunt multi amore filiorum quos ibi genuerant et possessionum quas acquisierant detenti sicut dictum fuit .i. esdre. similiter multi captiuati per anthiochum regem grecorum et diuersis gentibus venditi ibi remanserunt. de quibus aliqui eorum magis deuoti propter reuerentiam templi veniebant aliquando in ierusalem maxime in sollempnitatibus maximis quarum vna erat sollempnitas penthecostes. Facta autem hac uoce etc. s. spiritus vehementis uel apostolorum et aliorum cum eis ... dei uoce magis laudantium qui prius timore ducti non audebant loqui. Conuenit multitudo et mente confusa est .i. stupefacta. seu admiratiua et subditur causa cum dicitur. Quoniam audiebat vnusquisque etc. quia nunquam tale miraculum fuerat visum uel auditum et patet littera in qua notantur habitatores diuersarum regionum in quibus sunt diuersa ydiomata totaliter sicut in iudea et roma et pluribus aliis uel in parte sicut lingua picardica et gallica distincte. et sic erat in mesopotamia que est pars syrie et iudea quarum lingue sunt propinque ut dictum est supra. Iudei quoque .i. illi de tribu iuda et proseliti .i. conuersi de gentilitate ad iudaismum. Alii autem irridebant credentes eos) ebriosos etc. Stans autem. posita confirmatione apostolorum per donum spiritus sancti. hic ... ponitur per eos publicatio euangelii. licet autem per omnes apostolos publicatum fuit euangelium in diuersis partibus mundi. lucas tamen prosequitur tantum predicationem petri et pauli. eo quod isti duo fuerunt inter alios principui. tum quia facta istorum vidit et maxime pauli cuius fuit indiuiduus comes sicut dicit Ieronimus in libro illustrium virorum et sic residuum huius libri in duas partes diuiditur. quia primo describitur predicatio petri et 2o. pauli capitulo 13. Prima in duas quia primo ponitur predicatio petri facta iudeis. 2o. gentilibus capitulo 10. Prima ad huc in duas. primo in parte principalem. 2o. incidentaliter que incipit capitulo 6. Prima

ad huc in duas. quia primo ponitur predicatio petri verbo 2o. predicatio eius adiuncto miraculo. 3. capitulo. prima in duas quia primo petrus remouet estimationem falsam. 2o. declarat veritatem ibi. Sed hoc est. Circa primum dicitur. Stans autem petrus. Constanter et intrepide. Cum vndecim apostolis. eleuauit vocem suam. ut loqueretur magis autentice. Viri iudei. qui habetis notitiam scripturarum et maxime qui habitatis ierusalem in qua tunc vigebat studium legis et prophetarum. Non enim sicut vos estimatis. errones hii ebrii sunt cum sit hora diei tercia. tunc enim comedere inhibebant communiter homines hora sexta et maxime iudei qui erant magis temperati eo quod erant cultores vnius dei. et potissime in ierusalem ubi uigebat iste cultus. dicitur ibi. Cum sit hora diei tercia q.d. adhuc non est comedendi et bibendi hora. Sed hoc est. hic ... petrus declarat veritatem et diuiditur in duas quia primo ponitur hec declaratio 2o. audientium conuersio ibi. His auditis. prima adhuc in duas quia primo petrus declarat propositum per ioel et dauid. 2o. per dictum ibi. Viri israelite. Circa primum allegat scripturam que habetur in primo 3. capitulo. Ioel prophete secundum signationem veritatis hebraice et ibidem dixi. Circa quia sciendum quod angeli apparentes in ascensione christi eam declarantes simul denunciauerunt aduentum eius ad iudicium dicentes. hic ihesus qui assumptus est a vobis sic veniet etc. sicut expositum est supra. Datio vero spiritus sancti in signo visibili fuit manifestatio istius christi ad dexteram patris assumpti secundum quod dicitur Ioh. 7. Nondum erat spiritus datus quia nondum erat ihesus glorificatus. et ideo ioel propheta simul predixit effusionem spiritus sancti et signa precedentia diem iudicii. In hac igitur eius auctoritate primo denunciatur primum cum dicitur. Erit in nouissimis diebus .i. in diebus noui testamenti qui dicuntur nouissimi eo quod non succedet aliud testamentum propter quod dicitur .1. Io. 2o. filioli nouissima hora est et heb. 1. nouissime diebus istis locutus est nobis in filio etc. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. quod exponit glosa sic super ioelem. Super omnem carnem .i. super cuius cor est tenerum ad modum carnis .i. non obstinatum in peccatis. et ad hoc inducit auctorem ezechiel. 36. Auferam cor lapideum de carne vestra et dabo vobis cor carneum. dicit etiam idem doctor hoc implendum tempore messie. et in hoc

dixit verum · sed erat .d. futurum qd' de preterito
est impletu · Corda vero aplor erant tenera per
devoc et disposita ad spm sanctum recepcione ut patet
p pdicta. pot etiam aliter expom Sup oem carne
·i· sup iudeos et gentiles indifferent sicut hr infra
10 ca · pp qd' dr Ro · 10 · Non est distinctio iudei et greci
nam idem dns oium dives in omnes qui invocat
illum habundanter dando eis spm scm · Et prophabunt
filii vri et filie vre · i · indifferent dabitur spus scs
psone utriusque sexus unde et cum aplis fuerunt
mulieres in die penthecost ut patet ex pdictis
q receperunt spm scm cum eis. dr etia act 21 · q cu
philippo erant quatuor virgines prophantes. et de viris
act 13 dr · in eccia que erat anthiochie prophe et doc
tores etc. Juvenes vri etc · i · hoibus cuiuslz etatis
dabr spus prophie · Sompnia sompniabunt · i · reve
lationes dias in sompnis habebunt ad quas pci
piendas anima tunc est mag disposita pp quietatem
sensuu exterioru sicut plenius dixi in pmo libri
psalmoru. Et quidem sup servos meos et ancillas
gnali · In primitiva em ecclia omnibus baptis per
impositione manuu aplor dabatur spus scus
in signo visibili ut patet act 9 et pluribus
aliis locis et adhuc datur invisibilit omnibus bapt
nisi ob expot · Et dabo · hic pont 2o denu
tiatio signorum diem iudicii pcedentiu cum dicitur
Et dabo prodigia in celo sursum et signa in tra
deorsum · sm qd dr luc · 21 · erunt signa in sole
et luna et stellis · et in terris pressura gentiu etc
Sanguinem · nam psecutio antixi pcedet adventu
xi ad iudiciu in qua fundetur sanguis innoce
tium · Et ignem · s · conflagratione pcedente adve
tum iudicii · Sol convertetur in tenebras non
sm rem sed sm apparentia quia nubibus densis ab
scondetur eius lumen · Et luna in sanguinem ·
sibi sm apparentiam sicut rubea vr cum eclipsi
patr · Antequam veniat dies dni · i · dies sui iudicii ·
magnus · nam omnes ibi comparebunt · et ma
nifestus · Nam occulta cord uri tuc manifesta
erunt · Et erit · non in die iudicii sed ante prophe n.
loquentes de uno tpe frequenter transeunt ad aliud
Quicumque invocaverit nomen dni · fideliter et
pseveranter · salvus erit · salute eterna · Ro · 10 ·
Corde em credr ad iusticiam · Ore aut confessio

fit ad salutem · Viri israelite · hic gnr petrus
declarat propositum p auctr david et dividr in
duas ptes sm duplicem eius auctem 2a ibi · Vo
em david. Prima in tres · quia pmo auctas
inducitur · 2o ad propositum applicatur ibi · viri
fres · 3o intentum concludr ibi · dextera igr
Prima ad hic in duas quia pmo intentu pp
2o auctas inducitur ibi · David em · Circa pmu
excitat attentione audientiu d · viri israelite · ad
quos missi fuerunt prophe · Audite verba hec ·
que non sunt deridenda sed magis attente au
dienda cum sint prophar oracula · Cons propont
xo mortem et resurrectionem d · ihm nazarenu virum
approbatum a deo in vob · i · coram vobis · vir
tutibus · i · opibus virtuosis · et prodigiis · i · mira
culis maioribus ut in resurrectione mortuor
et consilibus · Et signis · s · minoribus ut in in
firmitatu curationibus · Que fecit deus · s · to
trinitas · p illum · i · p hoiem xpm nam eius
huamitas erat organu divinitatis coniuncta
sicut manus suo mo est artific organu · In
medio vri sicut scitis · q · d · sic est evidens qd
non potestis negare · hunc de finito consilio et pscia
dei traditu · pro mundi salute ex maxima ca
ritate · Judas tn eum tradidit ex cupiditate
et malignitate quar actor non est deus · per
manus iniquor affligentes interemistis · s · per
manus militum pilati qui gentiles erant et
ydolatre · Quem deus suscitavit solutis doloribus
inferni · quantum ad ipm eo quod eum non lesserunt.
et quantum ad pres scos quos inde absolvit quamvis
em non sentirent a visione et fruitione dei
qd erat nimis affliction sm illud pu · 13 · spes q
differtur affligit aiam · Juxta quod impossibile erat
teneri · i · detineri · Non em pctm alique contraxerat
sed ad omne pctm destruendum venerat · David
em · hic gnr inducit auctem david ad propositu
q hr ps · 15 · et intr de xo ad lram sicut ibid
fuit ostensum · Jo in p eius dr · providebam dnm
cora me semp · Nam aia xpi ab instanti cre
ationis habuit gnrre claritatem dive visionis ·
qm a dextris e m ne commovear · Ex hoc n.
q huamitas xpi erat organu divinitatis coniuncta
ut dictum est non potuit moveri ad aliq

nisi secundum voluntatem deitatis propter quod nullus motus inordinatus potuit insurgere in christo ex iniuriis sibi illatis aut quibuscumque causis aliis et quia hoc erat anime christi causa delectationis spiritualis ideo subdit propter hoc delectatum est cor meum interius et exultavit lingua mea prorumpens exterius in laudem divina sicut dicitur luce 10. In ipsa hora exultavit ihesus in spiritu sancto etc. Insuper et caro mea ab anima separata. Requiescet in sepulchro. In spe id est certa resurrectionis expectatione. Quoniam non derelinques animam meam a corpore separatam. In inferno id est in superiori limbo in quo fuit per 39 horas tantum scilicet ab hora nona ferie vj in qua fuit separata a corpore usque ad diluculum diei dominice in quo secundum communem opinionem fuit corpori reunita. et ideo subdit Neque dabis id est permittes sanctum tuum id est corpus meum sanctificatum videre corruptionem id est putrefactionem vel incinerationem sed tamen accipiatur corruptio pro morte sic fuit ibi corruptio quia corpus christi fuit vere mortuum per separationem anime a corpore. Utrumque tamen remansit divinitati unitum post separationem anime a corpore. Sed anima existens in limbo et corpus iacens in sepulchro. Notas mihi fecisti vias vite per accelerationem resurrectionis mee. Replebis me iocunditate quia resurrexit in corpore glorioso quod fuit prius passibile et mortale et sic habuit maximam iocunditatis ex corporis sui glorificatione. Cum facie sua id est cum clara visione essentie divine quam habuit anima christi ab instanti creationis sue. Ideo dicit. Cum facie tua id est cum visione faciei tue iam prius habita. // Viri fratres. Hic secundo dicta auctoritas ad propositum applicatur ostendendo quod non loquitur de persona david. sed de persona christi. cum dicit. Viri fratres id est israelite sicut et ego. liceat audenter dicere ad vos. tamquam verum manifestum. de patriarcha david quoniam defunctus est et sepultus ut patet 3 Reg. 2o. Et sepulchrum eius est apud nos in quo iacuit per tanta tempora corpus eius quod putrefactionem passum est et incinerationem propter quod dicta auctoritas intelligi non potest de ipso. ideo secundo ostendit quod intelligenda est de christo cum dicit. Propheta igitur cum esset. dixit. Et sciret quod iureiurando etc. quod intelligitur de christo descendente a david secundum carnem ut dictum fuit

ibidem. Ideo subdit. providens locutus est de resurrectione christi. In autem predicta que in ipso impleta est ut patet evidenter. Ideo sequitur. Neque derelictus est etc. et patet littera. // Dextera hic concludit intentum de collatione spiritus sancti a deo. Circa quod sciendum quod hec collatio non erat implenda ante christi ascensionem. Unde dicitur Jo. 6. Nondum erat spiritus datus quia nondum erat ihesus glorificatus. Ideo concludit. Dextera igitur dei id est eius potentia exaltatus ad celestia. Et promissione spiritus sancti accepta. quia sedet ad dexteram patris sicut erat sibi promissum psalmo 109. a dextris meis etc. effudit hunc. spiritum quem vos videtis in linguis igneis. et auditis in variis linguis. Erant enim hec signa sensibilia ad designandum spiritum sanctum habitantem in cordibus eorum. Sciendum autem quod sicut miracula fiebant a tota trinitate sicut a causa principali et ab humanitate christi sicut a causa instrumentali coniuncta. ut dictum est supra. Ita intelligendum est de hac infusione spiritus sancti. // Non enim. Hic ponitur 2a auctoritas ad propositum que habetur psalmo 109. Cuius psalmi ad litteram intelligitur de christo ut ibidem diffusius declaravi. dicit igitur. Non enim david ascendit ad celos. cum fuerit sepultus et incineratus ut predictum est. dicit autem ipse de christo. Dixit dominus. scilicet pater. domino meo id est filio eius incarnato. per hoc enim probatur divinitas christi math. 22o. Quia si esset homo purus david non vocaret eum dominum cum esset filius eius naturalis tamen et non dei. sed tamen adoptivus sicut david et alii sancti. Sede a dextris meis. id est ad equalitatem patris secundum deitatem. et in potioribus bonis secundum humanitatem. donec ponam etc. per hoc non est intelligendum quod christus debeat aliquando dimittere sessionem ad patris dexteram quia donec aliquando tenetur finite scilicet quod significat terminum eius cui iungitur. ut cum dicitur. Sede hic donec veniam. Aliquando vero indefinite ut cum dicitur. Iste non penituit donec vixit id est numquam penituit et hoc modo tenetur hic cum dicitur. Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum etc. id est tibi totaliter subiectos. si enim accipiatur christus secundum divinam naturam omnia sunt ei subiecta ab eterno secundum fiendorum dispositionem non tamen quantum ad executionem sed solum in tempore in quo hic

[per hoc videtur declarari id est ioseph non cognovit mariam donec peperit]

esse. Si vero consideretur quantum ad naturam humanam sic omnia sunt ei subiecta auctoritate a principio incarnationis ex unione ad verbum. executione vero omnia ei erunt subiecta in fine mundi quando in omnibus exercebit suam voluntatem bonos premiando et malos puniendo et sicut scabellum erunt pedibus et sub eius potestate. i. mali conterentur in penis et supponentur christo secundum humanitatem que per pedes designatur. ibi quod concludit. Certissime ergo sciat omnis domus israel. absque hesitatione aliqua. Quia et dominum eum et christum fecit deus .i. tota trinitas. hunc scilicet. humanitatem eius coniungendo verbo et ad patris dexteram exaltando Quem vos crucifixistis per ignorantiam quidem quantum ad totum populum sed per invidiam et malitiam quantum ad principes sacerdotum. His auditis. Postquam posita est predicatio. hic ponitur auditorum conversio et secundo ponitur eorum conversatio ibi. Erant autem Circa primum dicit. His auditis compuncti sunt corde de christi morte. Et dixerunt etc. parati obedire. penitentiam agite. peccata preterita detestando ut ponereturis obex spiritui sancto. Et baptizetur unusquisque vestrum in nomine ihesu christi. In hac enim forma baptizaverunt in primitiva ecclesia consilio spiritus sancti. ut nomen christi quod erat apud iudeos contemptum et odiosum amabile redderetur et venerandum quo facto redijt ecclesia ad formam a christo institutam ad ultimo baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti. vel aliter in nomine christi intelligitur tota trinitas. christus enim exprimit unctus dicitur latine. et sic in nomine christi intelligitur pater ungens et filius unctus et ipsa unctio que est spiritus sanctus in remissionem peccatorum vestrorum quia baptismus debite omnia peccata delet quantum ad penam et culpam. Et accipietis donum spiritus sancti quod tunc dabatur baptizatis in signo visibili per impositionem manuum apostolorum ut habetur. 10. capitulo. et 11. Vobis est repromissio. predicta per Iohelem prophetam. ut dictum est supra. cetera patent usque ibi. Salvamini a generatione ista prava. scilicet iudayca que pro maiori parte remansit in infidelitate obstinata et appositi sunt ad numerum fidelium in die illa. scilicet penthecostes ut patet ex predictis. Circiter tria milia. In signum huius baptismus fiebat antiquitus

baptismus generalis in penthecoste. Erat autem. Hic ponitur post conversionem conversatio cum dicitur. Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum. quantum ad fidem et mores. et communicatione fractionis panis. Cum quia cotidie communicabant corpus christi cibos sicut et cetera communia habebant. Fiebat autem omni anime .i. omni homini deno minando totum a parte digniori. timor. Cum enim per predicationem petri. tum per mirabilia que per apostolos fiebant ibi subditur. Multa quoque etc. omnes etiam qui credebant in christum. Erant pariter in signum caritatis. et habebant omnia communia in signum fraternitatis. et ex hoc omnis religio habuit exordium in qua non licet habere proprium possessiones quoque .i. agros et vineas. et substantias .i. pecora et consilia vendebant ut de precio omnibus providerentur secundum indigentias eorum Cotidie quoque perdurantes unanimiter in templo. ubi erat locus orationis quo ad omnes et predicationis quo ad apostolos. Et frangentes circa domos panem. in reddditu suo de templo. Sumebant cibum cum exultatione mentis in deum. et simplicitate cordis .i. sine plica dolositatis et simulationis. Collaudantes deum. de beneficijs acceptis. et gratiam habentes ad omnem plebem. ut sic de quolibet eorum possit dici quod de beato sebastiano legitur. Necesse erat ut quem deus tanta perfuderat gratia ab omnibus amaretur. Dominus autem augebat simpliciter ad numerum eorum. qui salvi fiebant. per receptionem fidei catholice. cotidie. et non solum in die penthecostes. Sed etiam in alijs diebus sequentibus. In idipsum .i. in unione apostolice doctrine.

III

Petrus autem. Hic consequenter describitur predicatio petri adiuncto miraculo. Et dividitur in tres partes. In primo ponitur operatio miraculi. 2o predicatio petri ibi. Videns autem petrus. 3o expectatio zeli. 4. capitulo. Circa primum notatur hoc cum dicitur. Petrus autem et Iohannes ascendebant in templum .i. in atrium iudeorum quod erat orationis locus. Ad horam orationis nonam. Tribus enim horis in die orabant iudei unde dicitur dan. 6. quod daniel tribus temporibus in die orabat contra ierusalem scilicet mane hora nona et vespere. Et quidam vir qui erat claudus ex utero matris sue. ex quo

mirabilius fuit evidentius q si fuisset claudus ex aliquo accidenti · Lucidatur quia non solum erat claudus sed etiam sic contractus quia non poterat incedere · Quem ponebant cotidie ad portam templi que dicitur speciosa · Ista ut dicunt aliqui est illa porta quam hedificavit Joatham rex iuda sublimissimam · 2 · par · 27 · sed si intelligant de eadem porta numero quam edificavit Joatham non est verum nam illa fuit combusta per caldeos · 4 · reg · ultimo · Potuit tamen alia in eodem loco reedificari ad similitudinem prime et retinuit nomen antiquum · Ut peteret elemosinam sicut consuetum est talibus qui non possunt lucrari victum suum · Cetera patent usque · Respice in nos · i · considera nos pauperes nichil tibi dare valentes ut dicunt aliqui · et videtur glosa interlinearis dicere sed salvo meliori iudicio videtur aliter dicendum · Si enim petrus sic ei dixisset spem recipiendi aliquid ab eis sibi non dedisset sed magis contrarium et tamen subditur · At ille intendebat in eos sperans se aliquid accepturum ab eis · ideo dicendum quod petrus et iohannes qui erant valde misericordes respexerunt eum clementibus oculis · Cogitantes melius sibi dare quam petebat ideo dixit ei petrus · Respice in nos · non in mea propter quod subditur · Argentum et aurum non est michi · memores illius precepti nolite possidere aurum neque argentum etc. ut dicit glosa · Quod autem habeo hoc tibi do · Quod enim per amicos possumus quodammodo per nos ipsos possumus · 8 · ethicorum · Sanitatem autem illam poterat deus dare virtute domini sui et domini ihesu christi · ideo subdit · In nomine ihesu christi · i · in virtute eius · Surge et ambula · Neutrum enim ante poterat · Et protinus consolidate sunt bases eius · i · crura et tibie quibus innititur corporis pondus · Et plante · i · pedes usque ad ultimam superficiem · Et exiliens stetit et ambulabat in quo ostendit perfecta curatio et in instanti quia solus deus potest facere · Et intravit cum illis in templum ut redderet gratias deo de tanto beneficio · Cetera patent usque ibi · Ad porticum que appellabatur salomonis · Porticus enim illa quam fecit salomon in templo fuit per caldeos combusta · sed post reditum captivitatis babilonice in eodem loco fuit alia reedificata retinens nomen antiquum · Videns autem

Hic consequenter ponitur exhortatio petri in qua primo arguit iudeorum iniquitatem · 2° · eos inducit ad veritatem ibi · Et nunc fratres · Circa primum dicit · Viri israelite quid miramini etc. · quasi nostra virtute aut potestate fecimus · Ad faciendum enim aliquod bonum requiruntur facultas et bona voluntas que per virtutem et potestatem designantur · quasi dicat · petrus · Si fecissemus hoc nostra voluntate et potestate unde esset admirandum sed sic non est propter quod subditur · Deus abraham deus ysaac et deus iacob · Utitur hoc modo loquendi quia communis erat apud iudeos in assertionibus veritatis · ut patet ex decursu veteris testamenti · Deus patrum nostrorum qui est ipse · Glorificavit filium suum ihesum · eum resuscitando et ad suam dexteram collocando · Quem vos quidem tradidistis pylato ad interficiendum · hoc enim fecerunt principes in quibus erat totus populus virtualiter · Et negastis ante faciem pylati dicendo non habemus regem nisi cesarem · Jo · 19 · Judicante illo · s · pylato · dicti simplicem debere ihesum sit innocentem ut habetur ibidem · Vos autem sanctum et iustum negastis · et dicit sanctum et iustum absolute quia sanctus et iustus est antonomasice unde dicitur sanctus sanctorum · dan · 9 · Et petistis virum homicidam · i · barrabam qui propter seditionem quandam factam in civitate et homicidium missus erat in carcerem · luc · 23 · Auctorem vero vite · corporalis et spiritualis quod christo competit secundum eius deitatem · Interfecistis · In humanitate assumpta · Quem deus suscitavit · per sua opera · Cuius nos testes sumus · non tamen duo vel tres ad sufficientiam sed multo plures ad superhabundantiam · Et in fide nominis eius · hunc quem vos videtis nunc sanum et incolumem · et nostis ante fuisse claudum et impotentem · Confirmavit · in sanitate · Nomen eius · i · invocatio nominis christi · et fides etc. · Nam invocatio sine fide efficax non esset ·

Et nunc fratres · Hic consequenter petrus inducit eos ad veritatem et primo racione · 2° · scripture allegatione ibi · Moyses · Circa primum dicit · et nunc fratres dulciter eos alloquitur ut verbum eius magis recipiatur · Scio quod per ignorantiam fecistis sicut et principes vestri · Alia tamen fuit ignorantia hic et ibi · Nam principes qui erant literati per scripturas que predicte erant de christo et per eius opera cognoverunt primo de ihesu nazareno quod ipse erat christus et in prophetis promissus sicut

dictum fuit plenius sup illud. Act. 21. Agricole aut dixerunt hic est heres s quia incepit predicare contra eorum vitia publice conceperunt contra eum inuidiam et odiu et sic in eis fuit subuersa dicta notitia. quia corruptio affectionis corrumpit iudicium rois et in augmentu sue malicie decepert plebem simplicem inducentes eum ad petendum xpi mortem. Mt. 27. principes aut sacerdotum et seniores psuaserunt populis ut peterent barrabam ihm vero pderet. et sic patet q ignorantia principu fuit multo grauior q popularium. Deus aut qui prenunciauit p os omnium pphetarum &c. dicit aut os in singulari ad designandum q omnes pphe vno spu sunt locuti et passione xpi omnes vrale uel mistice predixerunt. Impleuit sic Nam mal actibus hominu vti ad bonu. sunt n. ab eo iniquitatu actus. Penitemini igr. a pctis vris. Et conuertimini ad xpm vt deleantur vra pcta p bapm. Vt cum venerit tpra refrigerij i. ultimi iudicij. tunc eni ad refrigerium beatitudinis trasferentur electi. A conspectu dni. i. scdm ordinatione eius & miserit eu qui predicatus est nob ihm xpm. Ad iudicandu sclm in forma huanitatis glosa. Quem oportet quidem celum suscipe. i. interim ad dextera pris ut dictum est s. ca. i. Vsque tempora restitutionis omnium. i. extremi iudicij in quo oia reducentur ad statum ordinatissimu scdm lineam diuine iustitie Que locutus est p os scorum suorum a sclo. i. ab antiquo & non solum de nouo. Moyses. Hic gnalr ad pposit inducit scripturas pphetarum & primo in spali. d. a moyse quide dixit. deut. 18. quoniam pphetam suscitabit uob dns deus vr. qd sicut ibide dictum fuit intellr principale de xpo qui dr ppheta magnus. luce 7°. et descendit de iudeis scdm carnem Act. i°. Tamqm me ipm audietis i. legis latorem noui testi sicut et veteris. ois aia. i. omnis homo. ponitur em hic ps principal pro toto. Que no audierit pphetam illum legem euuangelica recipiendo. Exterminabitur de plebe i. de sanctorum sorte. Tunc inducit scripturas pphetarum in quod gnali d. Et omnes pphe a samuel &c. sub illo n. incepit regnu isrl & iuda ut pz. i. Reg. 10. Tem poribus vero regum et deinceps fuerunt pphe qui clarius locuti sunt de misterio xpi ut supius ostensum

est in expositione pphetarum. Vn et de ysa. dicit Ieron. q vr magis euangelista q ppheta. tenere Vos aut estis filij pphetarum. i. nutriti in scripturis eorum. et testamenti. i. promissionis. quod disposuit deus ad patres vros. de futuro. d. ad abraham gen. 12. In semine tuo benedicentur omnes familie terre. quod impletum est in xpo ab abraham descendente ut patet p omnes ptes orbis in quibus sunt aliqui xpiani et adhuc magis implebitur circa finem mundi qn omnes conuertentur ad fidem xpi. Vobis primu deus suscitans i. manifestans. filium sum. quia inter iudeos fuit natus & conuersatus. misit eum benedicentem vob. In psona eni ppria pdicauit iudeis. & multa bnficia contulit. mortuos suscitando. leprosos sanando. cecos illuminando & huiusmoi. Vt conuertat se &c. Ad hoc n. requiritur actus libi arbitrij. Vnde dicit augs. Qui creauit te sine te. no iustificabit te sine te.

IIII

Loquentibus aut illis &c. Post pdicatione petri. hic gnalr ponitur excitatio zeli. Circa quod p ponitur duplex zelus. 2° vtriusqz processus ibi. Factum e aut. Circa primu sciendum q zelus aliqn accipitur pro inuidia. Aliqn uero pro singulari amicitia. primus aut zelus ponitur cu dr. Loquentibus aut illis ad plebm supuenerunt sacerdotes &c. moti inuidia contra xpm. et saducei dolentes &c. Isti spalr exprimuntur dolere quia negabant resurrectionem mortuorum ut hr infra 23. et posuerunt eos in custodiam. i. in carcere. usque in crastinum. eo q iam transierat hora ducendi eos ad iudiciu 2°. ponitur excitatio boni zeli cum dr. Multi aut eorum qui audierant verbum. s. petri predictum. Crediderunt. in xpm. et factus e nus eorum usque quinque milia. Cum precedentibus conuersis prius p predicatione petri. et scdm hoc fuerunt octo milia quod vr verius scdm alios vero tria milia pdicta c. 2. includuntur in hoc nuo Factum e aut. Hic gnalr ponitur vtriusque zeli psecutio. & primo mali. 2°. boni. ibi. dissi aut. Circa primu primo po apostolorum interrogato

g'ore 3° ethi. aug° li° 13° c° faustu.

aug

Secundo petri responsio ibi. tunc petrus etc. super predicta collatio ibi. videntes autem. Circa primum dicit. Factum est autem in crastinum ut congregarentur etc. multi enim et magni fuerunt convocati ut ex hoc apostoli magis terrerentur et in verbis suis caperentur ideo subdit. Et statuentes eos in medio interrogabant. ex diversis partibus ad eos stupefacti videndum. In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos. q. d. manifeste patet quod hoc fecistis artibus magicis unde et iste curatus fuerat cum eis detentus ut maleficij particeps. ¶ Tunc repletus hic ponitur petri responsio. d. principes populi et seniores audite. i. veritatem diligenter attendite Si nos hodie diiudicamur. i. ad iudicium trahimur ut malefactores. et accipitur hic si pro quia. sic et habetur. In benefacto hominis infirmi. i. pro beneficio curationis eius. Notum sit omnibus etc. quia in nomine ihesu xpisti nazareni quem vos crucifixistis per milites presidis et hoc ex invidia et iniuria vestra quem deus suscitavit a mortuis ex sua omnipotentia. In hoc. i. in fide ipsius. Iste astat coram vobis sanus vere et non fictione. Consequenter inducit scripturam ad propositum que habetur. ps. 117. d. hic est lapis etc. que de xpisto intelligitur ad litteram sicut ibidem declaratum per doctores hebraeos et latinos. quod enim lapis xpistus dicatur in scriptura veteris testamenti patet dan. 2°. lapis autem qui percusserat statuam factus est mons magnus et implevit universam terram quod ad litteram exponitur de xpisto a doctoribus hebreis et latinis. reprobatus a vobis edificantibus. i. a vobis sacerdotibus et legis doctoribus ad quorum officium spectat edificare populum in fide et moribus qui factus est in caput anguli. Coniungens iudeos et gentiles tamquam duos parietes in unam ecclesiam propter quod dicitur. Io. 10. Alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili et illas oportet me adducere et fiet unum ovile et unus pastor. Et non est in alio aliquo. i. per aliquem alium. salus quia ipse solus est mediator dei et hominum. Neque enim aliud nomen est sub celo. i. res significata per nomen salvatoris non est data alteri homini. soli enim xpisto datum est quod sit deus et homo. ¶ Videntes autem. hic consequenter ponitur super petri responsione sacerdotum collatio et primo ponitur collationis actus. 2° effectus ibi. et vocantes etc. Circa primum dicit. Videntes autem petri constantiam et iohannis. quia in nullo stupebant nec terrebantur. Comperto quod homines essent sine litteris. i. carentes scientia acquisita et tamen allegabant scripturam ut visum est. et ydiote. i. simplices et parve industrie. ammirabantur. eo quod ignorabant eam. s. spiritus sancti unctionem que docet de omnibus infra. Io. 2°. Et cognoscebant eos quoniam cum ihesu fuerant. qui frequenter predicaverat in templo et apostoli erant cum eo. Hominem quoque videntes stantem cum eis perfecte curatum ab eis. Nichil poterant contradicere. quia dicere non poterant quod alius esset homo ab illo claudo predicto nec quod non esset curatus vere et perfecte quia utrumque factum apparebat manifeste. Iusserunt autem eos foras extra consilium secedere. Ut in eorum absentia possent melius conferre. Quid faciemus hominibus istis q. d. non possumus eos ad mortem vel carcerem condempnare. et subdit causam. Quoniamquidem notum signum. i. miraculum. factum est super eos. et sic interficiendo vel detinendo eos concitabimus totum populum contra nos. Si queratur quare non crediderunt ex quo signum tam manifestum viderunt. dicendum quod excecavit illos malitia eorum propter quod factum illud attribuebant virtuti demonum sicut et factum xpisti. Mt. 12. In belzebub principe demoniorum eicit demones. Sed ne amplius divulgetur in populum comminemur eis. precipiendo sub pena mortis. Ne ultra loquantur in nomine hoc. s. ihesu nazareni. Ulli hominum iudeo vel gentili. ¶ Et vocantes hic ponitur collationis effectus qui est preceptio ex parte sacerdotum cum dicit. denuntiaverunt etc. et patet et rationabilis responsio apostolorum cum subdit. Si iustum est in conspectu dei vos potius audire quam deum iudicate. q. d. non potestis hoc dicere cum nullam auctoritatem habeatis precipiendi nisi ab eo vobis concessam. Non enim possumus licite que vidimus s. xpisti miracula eius resurrectionem et ascensionem. Et audivimus ipsum venturum ad iudicium et hoc ab angelis ut patet supra c. 1. non loqui maxime cum preceperit nobis hoc testificari supra c. 1° et luc. ultimo. At illi comminantes dimiserunt eos. et subdit causam. Non invenientes quomodo

punirent eos ꝓꝑ ꝑplm. ex quo patet q̄ repssi fu
erunt ab hac punitione hūano timore tantū
quia omnes clarificabant id quod factū fuerat
Confitentes hoc factum ee diuina uirtute. et
subdē cā. Annoꝝ eni amplius xl. erat homo
ꝛc. et sic erat notum omnibus fuisse claudū
per longum tp̄us. Confō etiam ueritatis erat
efficax in eo roe etatꝭ. ex quibꝫ apparebat fcm̄
illud ee diuine uirtutis. Dimissi aūt post
ta psecutione zeli mali ex pte sacerdotū. hic
ꝯñr ponitur psecutio zeli boni ex pte creden
tium et hoc quantū ad duo. s. quantū ad deuo
tam oronem ⁊ sanctam ꝯgratione que ponit
ibi. Multitudinis aūt. Circa pͫ dē. Dimissi aūt
et patet lrā usqꝫ ibi. Unanimiter leuauerūt
uocem corde ⁊ ore deprecantes et oronem sua
fundant. primo sup dei potentia. d. Dn̄e tu qui
fecisti celum ꝛc. 2º. sup eius gram cum dē.
qui spū sco ꝛc. dixisti de xp̄o ps. 2º. qui in
telligitur ad lram de xp̄o etiam scdm doctores an
tiquos hebreoꝝ ut ibidem fuit declaratū. Q̄re
fremuerūt gentes .i. gentiles. ⁊ ppli .i. iudei in
pluribꝫ tribubꝫ diuisi. Utriqꝫ eni egerūt ad morte
xp̄i. pilatus .n. et milites xp̄m crucifigentes fu
erunt gentiles. Judas aūt proditor et illi qui
xp̄m tradiderūt pilato fuerūt iudei. meditati
sunt inania. Dē aūt manis meditatio qui
non hēt ꝓpositum sꝫ magis oppositum. Isti aūt
crediderūt extinguē xp̄i nomen p eius morte
p quam fuit magis exaltatū ⁊ glorificatum
eo q̄ ad eam secuta ē eius resurrectio ascensio
spūs sancti missio ⁊ aploꝝ constans pdicatio
ꝓꝑ quod imminente sua morte dixit. Nunc cla
rificatꝰ est filiꝰ hoīs ⁊ subdē. et deus clarifi
cabit eum in semetipso ⁊ continuo clarificabit
eum. Astiterūt reges terre. s. herodes ⁊ pontiꝰ
pylatus ut postea expō. et dr̄e reges a regēdo
Nam herodes erat thetrarcha galilee. ⁊ pilatꝰ
procurator iudee illuc missus a cesare ut habē
luc. 3º. ⁊ principes .s. iudeoꝝ. Conuenerūt
in unum aduersus dnm̄ .i. deum prem̄. Et ad
uersus xp̄m eius. ab eo missū in mundū. ꝓꝑ
q̄ quicquid fiebat contra filiū missum fiebat cont
prem̄ mittente et sic expō. cum dē. Conue

nerūt uere ꝛc. et patet ex dictis lrā usqꝫ ibi
ffacē iniqua uoluntate ex pte ipsoꝝ. Que ma
nus tua .i. ꝑō tua. Et ꝯsiliū tuū .i. ordinatio tua
Decreuerūt fieri. ex maxima pietate ⁊ mīa
ex parte dei ⁊ ex maxima caritate et obedientia
ex pte hoīs xp̄i. Nunc dn̄e respice in minas
eoꝝ ut ipsis non terreamur. ⁊ da seruis tuis cū
fiducia loqui uerbum tuū. ⁊ subdē modus cū
dē. In eo q̄ manū tuam extendas ad sanitates
ꝛc. que sunt uerbi diuini confirmatiua. Ulti
ultio. Illi aūt pfecti pdurauerūt ubiqꝫ dn̄o co
operante ⁊ sermone confirmante sequentibꝫ signis
Et cum orassent motus est locus ꝛc. p terre
motum sub pedibꝫ eoꝝ significata fuit exau
ditio petitionis eoꝝ. s. q̄ glorificatio nois xp̄i
per terrenas ptates non impediretur. et q̄
finaliter terrene potestates iugo xp̄i subii
cerentur. qđ pꝫ ad impletū q̄ tpre psecutionis
ecclie maxime creuit fides ⁊ nomen xp̄i et
xp̄ianus iugo submiserūt colla multi principes
maxime a tpre constantini. et repleti sunt
omnes spū sancto. p augmentū caritatis ⁊ grē.
Multitudinis hic ꝯñr describē credentium
conuersatio sca. et pͦ gnalis 2º. spālis ibi Jo
seph aūt. Circa pͥmū dē. Multitudinis aūt
credentiū erat cor unū et aīa una. Nam co
iuncti erant ad inuicem caritate maxīa. Nec
quisqꝫ eoꝝ que possidebat aliquid suū ee dice
bat. sibi uel sue familie appriando et ex hac
congregatoe habuit ortum oīs religio. et
uirtute magna in signis et prodigiis diuīa
uirtute factꝭ. Reddebant apli testimonium
diuinis miracul confirmatū. Et grā magna
erat in omnibus illis. s. grā dei ad ipsos ⁊ eoꝝ
ipsoꝝ ad inuicem. Ideo subdē. Neqꝫ eni quisqꝫ
egens erat inter illos. et subdē causa. quotquot
eni possessores agroꝝ ꝛc. ⁊ pꝫ lrā. Joseph
aūt. Hic ꝯñr ponitur exēm in spāli de ista
conuersatione spāli. et diuidi in duas ptes. In
ptem principalem ⁊ incidentalem que incipit
in pͥº. cap. 5. Circa pͥmū dē. Joseph aūt
qui cognoīatus est barnabas. Iste scdm Jero
in libro illustrium uiroꝝ fuit ille qui cū paulo
ad apostolatū uocatꝰ fuit ut habē infra .13. et fuit

alius ab illo ioseph qui cum mathia accepit
sortes supra po c. i. ut dicitur in historia scolastica
et hoc videtur quia ille cognominatus est barsabas. iste
vero barnabas. Et quia ille fuit filius alphei
et sic de galilea oriundus. iste vero dicitur quod prius
i. de cipro natus dicitur etiam genere levites. de qua
tribu non videtur fuisse alpheus. Cum haberet
agrum vendidit eum. licet enim levite non haberent
agros in iudea tamen poterant habere in alia
terra. parentes autem istius tempore anthiochi vel
alterius tyranni fuerant ad insulam cipri trans-
lati. ubi agros licite poterant habere, et eos vendidit.
Et attulit precium integre nil sibi retinendo.
et posuit ad pedes apostolorum ut inde provideretur com-
munitati secundum dispositionem eorum.

V

Ir autem quidam. Hec est pars
incidentalis in qua occasione
ioseph qui totum precium fideliter
contulit. ponitur exemplum de anania
qui per oppositum partem defraudavit. nam opposita
iuxta se posita magis elucescunt. Et dividitur in
duas partes quia primo ponitur culpa. et secundo pena ibi. Au-
diens autem. Circa primum dicitur. Vir autem quidam
etc. et patet littera usque ibi. Cur temptavit satha-
nas cor tuum mentiri te spiritui sancto. promiserant
enim deo omnes de societate illa vivere sine proprio
et sic mentitus fuit deo partem sibi appropriando
mentitus etiam fuerat hominibus dicendo quod erat totum
agri precium. sicut patet per verbum uxoris sue
infra dictis quod pro tanto precio agrum vendiderat
que erat conscia facti ut premissum est. et per quod
probabile videtur quod ista et vir suus convenerunt
in modum loquendi de ista venditione et vendendi
et fraudare de precio agri. Retinere enim sibi aliquid
secrete et occulte et comunitatem defraudare. Nonne
manens tibi manebat. scilicet ante votum. Et ve-
nunditum in tua erat potestate q. d. Cum po-
teras agrum vendere vel retinere et de precio tuam
voluntatem facere et comunitatem istam intrare
vel non intrare. Quare posuisti in corde tuo
hanc rem. i. dictam fraudem. volebat enim de me-
dietate precii habere expensas tecum sicut et alii et
de alia medietate vivere lautius et occulte. Non
es mentitus hominibus. scilicet solum. sed etiam deo ut patet

ex predictis. Audiens autem. Hic consequenter ponitur
pena. et primo viri cum dicitur. Cecidit subito. a
deo percussus transgressiones enim alicuius legis seu or-
dinationis graviter sunt in principio puniendi
ut lex firmetur. et alii terreantur et hoc modo
nadab et abiu filii aaron offerentes ignem
alienum percussi fuerunt a deo in die sue consecra-
tionis levitici. x°. et colligens ligna in sabbato
lapidatus numeri xv°. Ideo subditur. Et factus est timor
magnus. retrahens alios a consiliis. hoc tamen dicitur hic
per anticipationem. quia pauci ad hunc sciebant hoc
factum. quod patet ex eius uxore postea veniente et
factum penitus ignorante. Surgentes autem iuve-
nes amoverunt eum etc. ex hoc dicunt aliqui quod ana-
nias audiens verbum petri penituit et mors illa
sibi pro expiatione culpe fuit. Nam petrus pro-
vidit quod religiosi morientes proprietarii forent eccle-
siastica sepultura cariti. et sic non permisisset ananiam
sepeliri nisi penituisset cum esset ordinator ecclesie.
Sed quicquid sit de veritate hoc non videtur multum valere
quia non dicitur hic ubi fuit sepultus. scilicet in loco sacro vel
non sacro et videtur magis quod in loco non sacro et oc-
culto. si enim portatus fuisset ad cimiterium tunc pro-
babile videtur quod uxor sua scivisset. alibi autem sepeliri
poterit proprietarius. Factum est autem. Hic consequenter ponitur
pena uxoris et patet littera usque ibi. si tanti agrum
vendidistis. i. pro tanto precio et non maiori et
expressit petrus summam precise quia vir eius po-
suerat in comunitate quam vendiderat etiam. i. certe. tanti pre-
cise. quid utique convenit vobis temptare spiritum domini. hec
enim fraudatio dicitur dei temptatio. quia per ipsam que
fuerit occasionaliter experientiam de dei notitia et illa
fraudem graviter puniendam. temptare enim est
experimentum accipere de aliquo. Ecce pedes eorum qui
sepelierunt virum tuum. iam reversi de eius sepultura
et efferent te. puniturum illi pena. cetera patent
usque ibi. Et factus est timor magnus in uni-
versa ecclesia. i. in congregatione a simili transgressione
et in omnes qui audierunt hec. Nam alii qui non
poterant sic bona sua in comunione mittere ex hoc
facto fuerunt territi cogitantes severitatem ulti-
onis divine. Per manus autem. Postquam superius
posita est predicatio petri apud iudeos singulariter.
hic consequenter ponitur eius predicatio apud eosdem cum

alijs apostolus communiter. et dividitur in duas partes. in prima describitur hec predicatio tamquam virtuosa. 2o ex hoc oritur iudeorum concitatio venenosa ibi. exurgens autem. Circa primum oritur apostolorum predicatio virtuosa ex duobus. scilicet ex miraculis eam confirmantibus et ex multiplicatione credentium ad exhortationem apostolorum et hoc est quod dicitur. per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Non dicit in principibus quia non credebant paucis exceptis qui occulte xpiani erant. ut gamaliel. nichodemus et aliqui alij. Et erant unanimiter omnes. scilicet apostoli. In porticu salomonis. Ubi erat locus oracionis et predicationis. Ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis. scilicet facte timentes penam que venerat super ananiam et eius uxorem. sed magnificabat eos populus propter curaciones et miracula que faciebant et quia bona pro malis suis persecutoribus reddebant. et subditur de multiplicatione credentium cum dicitur. Magis autem augebatur etc. et patet littera usque ibi. Ut veniente petro saltem umbra illius etc. In quo ponitur excellencia petri ad alios apostolos in operatione miraculorum nam alij apostoli curabant infirmos per tactum manuum. sicut dicitur supra. per manus autem apostolorum etc. petrus autem non solum per tactum sed etiam per umbram quod est maius quod fiebat ad ostendendum quod erat principalis apostolus. Sciendum tamen quod si considerentur miracula ex parte virtutis facientis unum non est maius alio quia omnia fiunt virtute divina infinita. cum sint opera tota virtutem nature create transcendencia. si autem considerentur quantum ad rem factam sic unum est maius alio sicut unum est maius alio sicut suscitatio mortui et curatio leprosi quam curatio simplicis languidi. Similiter si considerentur quantum ad modum faciendi sicut maius est curare leprosum vel languidum solo verbo quam tactu et per umbram quam per verbum. Verbum enim est aliquid procedens ex homine habens virtutem sed umbra nichil est huiusmodi sed tantum privatio lucis ex interpositione corporis. set quia xpistus non legitur curasse per umbram sicut petrus. ideo videretur in petro impletum fuisse quod dixit. Jo. 14. qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet et maiora horum faciet. cetera patent in littera. Exurgens autem. hic consequenter ponitur sacerdotum concitatio venenosa. nam concitati invidia que venenum est aic voluerunt apostolos perdere sed non potuerunt divina virtute ipsos protegente et secundum hoc residuum huius capituli in quatuor partes dividitur. Quia primo ponitur apostolorum captio secundo captorum increpatio ibi. Et interrogavit. 3o increpatorum excusatio ibi. Respondens autem. Quarto excusatorum dissensio ibi. Consenserunt autem. Prima adhuc in tres quia primo ponitur apostolorum iniuriosa captio. 2o eorum miraculosa liberatio ibi. Angelus autem. 3o ipsorum cautelosa reductio ibi. Tunc abijt. Circa primum dicit. Exurgens autem princeps sacerdotum etc. ex hoc videtur quod ipse et qui cum illo erant de secta erant saduceorum qui negant resurrectionem et spiritum et angelum ut habetur infra 23o. Et subditur. Repleti sunt zelo id est invidia et ira nam apostoli predicabant in ihesum resurrectionem ex mortuis ut dictum est supra in primo 4 capitulo. Dicitur autem saducei a sedec quod est iusticia in hebreo. nam saducei inter alios iudeos erant in iudicijs et punicionibus acerrimi ut dicitur in scolastica historia propter quod sibi nomen iusticie usurpabant. Et posuerunt eos in custodia publica id est in carcere in quo ponebantur malefactores publici homicide latrones et huiusmodi. Angelus autem. hic consequenter ponitur angelorum mirabilis liberatio et 2o huius liberationis admiratio. ibi advenientes autem. Circa primum dicitur. Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas etc. Dicit hic quedam glosa quod non apparuit secundum rem sed secundum apparentiam quia eduxit eos per ianuas clausas ita libere ac si essent aperte et certe hoc non est dubium quod hoc potuit fieri virtute divina sicut corpus xpisti mundum gloriosum exivit de utero clauso virginis. non autem potuit fieri virtute angelica que se non extendit ad faciendum duo corpora simul esse. potuit tamen angelus virtute propria ianuas aperire et claudere sicut prius. et hunc modum dicendi aliqui videtur littera magis concordare. Ite et stantes loquimini in templo. Constanter et intrepide plebi ibi convenienti. Omnia verba vite huius. scilicet xpiane que est in presenti per graciam et per gloriam in futuro. Qui cum audissent intraverunt diluculo tamquam festinantes ad impletionem mandati. Advenientes autem etc. et patet littera usque ibi. Et miserunt ad carcerem

ut adducerentur. Ad hoc enim positi fuerant in carcere ut in crastino inde traherentur ad iudicium et condempnarentur. Cetera patent usque ibi. Et custodes stantes i. diligenter custodientes q.d. non venerunt per defectum clausure vel custodie. cetera patent usque ibi. Ambigebant de illis quidnam fieret s. sibi et quo venerent et reperirentur. Adveniens autem quidam qui viderat eos stantes in templo et intrepide docentes. Nuntiavit eis etc. et patet littera. Tunc abiit. Hic ponitur apostolorum cautelosa reductio. Fuerunt autem isti ad reducendum eos turpiter et aspere sicut malefactores publicos. sed videntes devocionem populi timentes ne lapidarentur mutaverunt propositum et ad reducendum eos usi sunt tamen verbo simplici et hoc est quod dicitur. Tunc abiit magistratus. Nomen est officii et tenetur collective pro maioribus civitatis. Cum ministris. Ad capiendum apostolos paratis. et adduxit illos sine vi. cuius causa subditur. ex parte ipsorum cum dicitur. Timebant enim etc. ex parte vero apostolorum causa fuit prompta voluntas veniendi et securitas de assistencia dei. Et interrogavit eos. Hic ponitur apostolorum increpatio cum dicitur. Precipiendo precepimus vobis i. auctoritate pontificali prohibuimus. Ne doceretis in nomine isto i. in nomine ihesu nazareni. Et ecce replestis iherusalem doctrina vestra. Contra precepta nostra et vultis introducere super nos etc. q.d. non solum estis inobedientes. sed etiam crimen homicidii nobis imponentes. Respondens autem. Hic ponitur increpatorum responsio que est duplex. 2a ponitur ibi. Surgens autem. prima vero est per apostolorum verba cum dicitur. Respondens autem petrus et apostoli. licet glosa interlinearis dicat quod apostoli ex fervore moti non fuerunt passi unum pro omnibus. non est tamen verisimile quod omnes loquentes simul dederint responsionem que sequitur per ordinem. quia ibi fuisset confusio vocum quod non esset decens nec bene intelligibile nec sic permittitur hominibus loqui in loco iudicii. Ideo magis videtur salvo tamen meliori iudicio quod petrus solus illam dederit responsionem qua data alii apostoli applauserunt eam tamquam suam. Nec illa glosa cum sit interlinearis est autentica. Obedire oportet deo magis quam hominibus. Hoc est per se notum cum homines nullam auctoritatem precipiendi habeant nisi a deo a quo est omnis potestas. Deus patrum nostrorum i. quem coluerunt patres vestri. suscitavit ihesum quem vos interemistis et sic non imponimus vobis falso sanguinem ipsius. Hunc principem ecclesie militantis et triumphantis. et salvatorem hominum. deus exaltavit ad celestia. dextera sua i. virtute sua sicut declaratum est supra capitulo i. Ad dandam penitentiam israel i. ad dandum tempus penitendi. Et remissionem peccatorum et nos testes sumus quia nobis preceptum est ista testificari ut patet supra primo et luce ultimo. q.d. propter hoc oportet nos in hoc obedire deo. horum verborum scilicet resurrectionis ascensionis et missionis spiritus sancti. et spiritus sanctus. testificatur ista qui loquitur in nobis et cuius virtute fiunt signa et prodigia. Sed quia homines in malis obstinati responsionem racionabilem non receperunt. Ideo subditur. Hec cum audissent principes sacerdotum dissecabantur quia responsiones eorum non poterant infringere et tamen volebant eos occidere. Surgens autem. Hic ponitur excusatio facta per gamaliel verba qui ut dicit glosa erat discipulus apostolorum occultus tamen ut iudeorum pessima consilia dissiparet phariseus in hoc quod credebat resurrectionem et spiritum et angelum. sed non sequendo maliciam phariseorum. legis doctor honorabilis et sic magis habebat auctoritatem loquendi. Iussit foras ad breve homines fieri. i. apostolos ut in ipsorum absencia efficacior esset pro eis eius sententia. Viri israelite qui estis in lege et prophetis eruditi. Attendite vobis etc. q.d. non debetis eos precipitanter condempnare sed facta precita considerare quorum duo recitat. d. Ante enim hos dies extitit theodas. d. se esse aliquem s. magnum prophetam qui ut dicit iosephus magicis artibus multos de iherusalem decepit et multis facultatibus ex iherusalem sublatis duxit eos usque ad ripas iordanis. d. se prebere eis transitum per arentem alveum. qui occisus est. et omnes etc. per milites ad hoc missos a fado preside syrie. Post hunc extitit iudas galileus in diebus professionis i. temporis quo singuli de iudea ibant ad civitatem suam ut profiterentur se esse subditos romanorum ut habetur luce 2o. Et avertit populum post se. affirmans publice quod illicitum erat iudeis aliquem recognoscere dominum nisi solum deum qui eduxerat eos de servitute

egipti · s; hoc erat falsum quia ieremias q̄ s̄ctus fuit inducebat sedechiam et alios de ppło iu deorum ad seruiendum regi caldeorum · Je · 38 · 2 · pal. Ultimo sedechias inculpatur de hoc quod fregit iuramentum quod defecerat nabugo · de seruiendo sibi sub tributo quod scriptura non fecisset si iura mentum illud fuisset illicitum · sicut daniel et socij eius qui fuerunt sancti humiliter et fideliter seruierunt nabugo · regi · propter quod etiam saluator mt · 22° · Interrogatus si liceret iudeis reddere censum cesari || et que sunt dei deo · Et ipse perijt et omnes quotquot consenserunt ei · adherentes eius false doctrine · Consequenter applicat ad propositum predicta d. Nunc itaque dico vobis discedite ab hominibus istis · i · ab eorum persecutione · quoniam si est ex hominibus consilium hoc · i · doctrina eorum est humanitus con ficta · dissoluetur · sicut et predictorum · Si vero ex deo est · i · ex ordinatione diuina · Non po teritis dissoluere · Nam eius ordinatione nullus potest impedire · Ne forte et deo repugnare videamini · quasi d. cum hoc incurretis peccatum graue repugnando ordinationi diuine · ¶ Consen serunt autem · hic consequenter ponitur excusatorum dis sio cum dicitur · Consenserunt autem illi · Tum quia erat legis doctor honorabilis · tum quia eius persuasio erat tonabilis / licet · n · consenserunt ei de dimis sione apostolorum / non tamen de modo dimittendi / quia consuluerat simpliciter eos dimitti / et ipsi prius fuerunt cesi et prohibiti predicare nomen christi ideo sequitur · Et conuocantes apostolos cesis denun tiauerunt etc. · et illi quidem ibant gaudentes etc. Ita quod aduersa non solum sustinebant patienter sed etiam gaudenter in quo consistit excellen tissimus fortitudinis gradus · omni autem die non cessabant in templo et circa domos do centes etc. · In nullo verbis aut verberibus ter riti · sed magis ad predicandum christum fortius animati ·

|| reddite quae sunt cesaris cesari

VI

In diebus autem illis descripta predicatione petri singulariter et cum alijs apostolis hic consequenter occasione huius ponitur pars incidentalis In qua agitur de electione septem diaconorum ne impediretur oratio et predicatio apostolorum · Et diuiditur in duas partes · quia primo ponitur causa et actus electionis 2° · subditur processus de electis ibi · Stephanus autem · Prima adhuc in duas partes · quia primo ponitur electionis causa siue ratio 2° · ipsa electio ibi · Et placuit · Circa primum dicitur · In diebus autem illis crescente numero discipulorum factum est murmur grecorum · Non enim potest regi in tanta parte multitudo sicut pauca eo quod difficile est quin in magna multitu dine sint aliqui discoli · aduersus hebreos · omnes erant iudei sed aliqui erant nati in iudea et illi dicuntur hic hebrei et aliqui nati in grecia ex iu deis ibidem per antiochum dispersis et illi dicuntur hic greci · et similiter illi qui de gentilitate erant ad iudaismum conuersi · eo quod despicerentur in ministerio cotidiano vidue eorum quod exponitur dupliciter vno modo quia grece mulieres tamquam magis rudes repellebantur ab hebreis ne ministrarent · Alio modo intelligitur iste defunctus despectus in hoc quod grecis vidue non administrabantur ita bene sicut hebreis · Considerantes autem duodecim s. apostoli multitudinem discipulorum non bene esse regibilem per eos in temporalibus absque detrimento in spiritualibus dixerunt · Non est equum nos de relinquere verbum dei etc. · i · predicationem et ministrare mensis · Nam spiritualia sunt temporalibus preponenda · Considerate ergo fratres viros ex vobis · quos me lius cognoscitis quam extraneos et ipsi melius possunt scire modum regendi multitudinem habentes quam extranei · boni testimonij · i · bone fame · septem hic numerus competit septiformis sancti spiritus · Ideo subditur plenos spiritu sancto et sapientia · quantum apparere potest per signa exteriora · quos constituamus super hoc opus · s · ad ministratorem temporalium · Nos vero orationi per quam ascenditur in deum · Et ministerio verbi per quod fit descensus ad proximum ad modum angelorum in scala iacob ascendentium et descendentium · gen · 28 · ¶ Et placuit · hic consequenter ponitur electio cum dicitur · Et placuit sermo coram omni multitudine quia tonabilis erat et utilis · Et elegerunt stephanum virum plenum fide · i · fidelitate · propter quod tale negotium poterat sibi securius committi et idem intelligendum est de alijs · Iste tamen specialiter lau datur tamquam primus martir futurus · Et ni cholaum aduenam · i · de gentilitate conuersum

ad iudaismu. anthiochenu .i. de anthiochia
natum. hos statuerut an conspectu apl'oru
.s. illi qui eos elegerant. et orantes. s. apostoli.
imposuerut eis manu9. ipos ordinando in dia-
conos. vnde et diaconi p impositione manus
ordinantur. et verbum dni crescebat .i. effectus
predicationis verbi dei p multi^tu^ credentium
Multa etiam turba sacerdotu obediebat fidei pp
miracula que videbant manifeste occulte tn
erant xani sicut gamaliel et eadem roe.
Stephanu9 aut. hic qnr sctus lucas prosequ^r
de electis et primo de stephano. 2º. de philippo
c. 8. ibi philippus aut. prima in duas. quia
primo circa stephanu declaratur virtutis opa^o.
2º. exsurgens inde psecutio ibi. Tunc subm
serunt. Circa pmu dr. Stephanus autem
plenu9 gra. Ad bene opandu. et fortitudine. ad
aduersa tollerand' faciebat pdigia et signa
in pplo. Ad veritatem fidei catholice confirmnd'
Surrexerut aut quid' de synagoga que appel
labatur libertinoz. a regione sic noiatoru
vt dicit glo interlinearis. et cyrenensiu. a
cyrene ciuitate. et allexandrinoz. Ab allex
andria metropoli egipti. et eorum qui erat
a cicilia et asia. noia sunt regionu iudee
ppinquaz. disputantes cum stephano. fidem
catholicam verbis quatum poterant impug
nando. et non poterant resistere sapie et spui
qui loqbatur. sm qd' pmiserat saluator. luc.
21º. Ego dabo vobis os et sapiam cui non po
terut resistere et contradicere omes adusarij
vri. Tunc submiserut. hic qnr ponit
oriens psecucio ut qui roe uel sciptura stepha
no resistere non poterant violentia supiores
appererent. et pº pº ipi stephi psecutio singlaris
2º. ecclie gnalis. In pmº. 8. ca. Prima ad huc
in tres. qr pº pº stephi accusatio falsa. 2º.
eius rnsio vera in pmº. 7. ca. 3º. lapidatio eius
iniusta versus finem. ca. i. Audientes autem
Circa pmu dr. Tunc subminserut viros .i.
submisse informauerut et fraudulenter de tes
timonio contra stephanu ferendo qui dicent
se audisse eum dicentem verba blasphemie in
moysen et deum .i. contra moysen et deum

blasphemus aut in lege pcipit lapidari leu. 24.
Commouerut itaqz plebem .i. pplm coez. et sem
ores .i. maiores ppli. et scribas .i. legis doctores.
Et concurrentes rapuerunt eum. qi furia moti
et non roe. statuerut falsos testes dicentes ho
iste zc. Non noiant eum pprio noie ex gteptu
et supbia. non cessat loqui zc. q. d. non solum
e blasphemu9 sed etiam blasphemies assuetus.
hic destruet locum istum et mutabit zc. vide
q non dixerunt flsm. qr xpus dixit de templo.
mt. 24º. q non remanebit lapis sup lapide qui
non destruet et de mutatioe tradonu moysi.
Jo. 4º. venit hora in qua neqz in monte hoc
neqz in iherosolis adorabit prem sed vi adora
tores erunt qui adorabut prez in spu et veri
tate in quo significabit totum coele legis cultu
in spualem commutand. dicend' ad pmu q xpus
non dixit se templum destructuru s; predixit
ee destruendu sicut factum est postea p romos
anno. 42º. a passione xpi. Si aut obiciatur.
q romani non destruxerunt nisi in virtute
dei et sic xpus cum sic deus destruxit. Non
valet qr testes non loquebant de ihu inquatu
deus cum eius deitatem negarent et hoiem
purum fuisse dicent. et sic loquebat ihus na
zarenu9 hic .i. contemptibil homo. Ad 2m
dicend' sile q traditoes illas non dixit se mu
tatiuru. s; q erunt commutande dicto mo. Et licz
hoc fecerit inquantu deus hoc tn mo non lo
quebant testes ut dcm est. Sciend' tn de hac mu
tacoe q non fuit ibi mutacio de contrario in
grriu que e mutatio dicta pprie s; de impfecto ad
pfectum et qr cultu9 noue legis e inlto pfectior
qm veteris sicut diffuse fuit ondsm in pmº. eple ad
heb. pp qd' dr heb. 7º. Nichil ad pfectum adduxit
lex. q aut sic mutat non ppe destruit sed mag
pficit quia virtualiter remanet in quod' me
liori pp qd' dicit saluator. mt. 5º. Non veni
legem soluere. sed adimplere. Et intuentes
eum. animo et vultu irato. viderut facie eius
tamqm faciem angeli. ex quada pulchritudie
et claritate sibi diuinitu data ad declaroem sue
sanctitatis et innocentie. vt sic a malicia sua re
cederent uel magis condempnabiles redderentur.

VII

Uiri fratres et patres audite. Hic ponitur contra
Stephanum contra quam ponitur eius
locutio cum dicitur. Dixit autem
princeps sacerdotum etc. 2º ponitur
confusionis actus cum subditur. Qui autem etc. Circa
quod sciendum quod stephanus fuit accusatus de quatuor
scilicet quod locutus fuerat contra deum. Contra mo
ysen. Contra templum. et contra legem. ut patet
ex predictis. ideo primo excusat se de primo scilicet de deo. 2º de
moyse ibi eodem tempore. 3º de templo ibi tabernaculum.
4º de lege ibi dura ceruice. De primo autem excusat se
per hoc quod ondit se colere deum quem colunt sancti patri
arche breuiter replicans eorum historiam usque ad mo
ysen. Et diuiditur in duas partes. quia recitatur primo
historia incipiendo ab abraham usque ad iacob. 2º
a iacob usque ad moysen ibi et iacob. Prima adhuc
in duas. quia primo recitat historiam abrahe circa
promissionis terram. 2º circa ipsam ibi et inde.
Ad euidentiam dicendorum sunt hic aliqua premo
tanda propter concordiam huius passus ad ea que dicta
sunt de abraham Gen. 11º et 12. Primum est de ap
paritione dei dicentis abrahe. Exi de terra tua etc.
bis enim videtur deus hoc sibi dixisse. scilicet ante mortem
patris sui thare. et de hac loquitur hic stephanus. Verumptamen
tamen illum exitum non fuit executus usque post
mortem patris qui senex erat ut ei obsequium debi
tum impenderet et hoc de voluntate domini licet
non sit expressum et iterum post mortem patris
et tunc dedit executioni et de ista vice fit men
tio Gen. 12º. sicut Joh. 20º dicitur quod Christus in die sue
resurrectionis dixit apostolis. sicut misit me pater
et ego mitto vos. scilicet ad predicandum et tamen de voluntate
eius executio fuit retardata usque post spiritus sancti
missionem unde in die ascensionis mandatum
fuit replicatum cum tali retardatione act.
1. Accipietis virtutem spiritus sancti in vos et eritis
mihi testes etc. Contra istud repugnat ei quod
dixi. Gen. 12. In ystoria scolastica dicitur quod Exi de
terra tua etc. ad quod secuta est executio fuit
dictum abrahe per 70 annos ante mortem patris
sui ex quo tunc exiuit. Quod non reprobatur est
nisi quantum ad hoc quod dictum domini. Exi de
terra etc. ad quod secuta est executio fuit ante

mortem patris quod falsum erat ut dictum est
Secundum est de loco apparitionis circa quod sciendum
quod mesopotamia est nomen ciuitatis et regionis
siue prouincie sicut babilonia in libris regum et paralipomenon
et prophetarum. propterea aliquando accipitur pro ciuitate ba
bilon precise. aliquando pro tota prouincia. Unde in plu
ribus locis dicitur iudeis in babilonia captiuati
qui tamen fuerunt in diuersis regni ciuitatibus collo
cati et samaria frequenter accipitur pro nomine
unius ciuitatis ut patet in multis valde locis et aliquando
pro regione sicut Jo. 4º dicitur. Venit ihesus in
ciuitatem samarie que dicitur sychar et manifeste
patet quod samaria ibi accipitur pro regione uel proui
ncia. sic et mesopotamia aliquando accipitur pro ciuitate
aram precise que hic nominatur charam et sic
sunt nomina synonima. sicut dictum fuit
Gen. 24º. Et mesopothamia est nomen grecum
dictum a meso quod est medium et potamos
quod est fluuius quia ciuitas illa sita est inter
duo flumina. Unde Gen. 24º. ubi translatio nostra
habet mesopothamiam in hebreo habetur in aram flu
minum. Aram autem est nomen syrie. Aliquando vero
hoc nomen mesopothamia accipitur pro tota prouincia
circa dictam ciuitatem. Abraham vero exiens
de caldea cum patre suo thare prius intrauit
mesopotamiam prout est nomen regionis quam prout
est nomen ciuitatis que alio nomine dicitur charam.
Hiis igitur premissis exponenda est littera. Uiri fratres
hoc dicit quantum ad sibi coeuos et minores.
et patres quantum ad seniores. Audite veritatem. Deus
glorie. id est deus gloriosus quem colo et sic non sum
blasphemus. Apparuit patri meo abraham. prima
vice. Cum esset in mesopotamia. id est intrasset fines
mesopothamie regionis priusquam moraretur in
charam. cum patre suo et dixit ad illum. Exi de
terra tua. Sed quomodo dicitur quia iam exierat de cal
dea in qua natus fuerat nam mesopotamia
et caldea sunt prouincie distincte. Ideo dicunt aliqui
quod licet exiuisset corpore non tamen mente quia propone
bat illuc redire. Sed istud dictum improbaui Gen.
12º. et ideo dicendum sicut ibi dictum fuit vel redire
sed istud dictum vel exire hic dicitur pro se magis
elongare et huic concordat littera hebraica Gen.
12. ubi enim nostra translatio habet egredere de terra

tua etc. In hebreo habetur vade tibi de terra tua
q. d. pro utilitate tua vade longius de terra
tua et de cognatione tua quia nachor frater
abrahe remansit in mesopothamia. Tunc exiit
i. longius abiit de terra caldeorum de qua iam ante
exierat ut dictum est. et habitauit in charan
cum patre suo usque ad mortem eius vel supradicta
// Et inde. hic consequenter recitatur breuiter historia
abrahe in terra promissionis d. et inde postquam
mortuus est pater eius transtulit illum recite
tando preceptum illud. Exi de terra tua secundum
quod dictum est supra et habetur gen. 12. Aliqui tamen dicunt
quod illud quod hic dicitur. Exi de terra etc. dicitur per antici
pationem et quod solum dictum fuit ei s. post mortem
patris sed melius concordat hec quod bis ut dictum est
et non dedit illi hereditatem in ea etc. sed habi
tauit in terra chanaam sicut aduena et
peregrinus nec est contra illud quod habetur gen. 23.
quod emit agrum ab ephron etheo quia hoc non
fuit ad habitandum uel colendum sed pro sepultura
sare. sed repromisit dare illi eam et semini eius
gen. 13. omnem terram quam conspicis tibi dabo
et semini tuo. Cum non haberet filium. Nondum
enim erat natus ysaac nec etiam ysmael ut
patet gen. 16. Locutus est autem ei deus gen. 15. quod
erit semen eius accola in terra aliena s. in terra
chanaam et in egypto. Et seruituti eos subicient
et male tractabunt. Affligentes eos nimis
dura seruitute post mortem ioseph ut habetur exo.
i. Annis quadringentis. Isti quadringenti
anni sunt incipiendi a natiuitate ysaac usque
ad exitum filiorum israel de egypto sicut fuit dif
fuse ostensum gen. 15. et potest hic breuiter
aliquid repeti. A natiuitate enim ysaac usque ad
natiuitatem iacob fluxerunt anni lx. gen.
25. Iacob autem erat annorum cxxx quando descen
dit in egyptum cum filiis suis gen. 47. Inde
usque ad exitum de egypto fluxerunt anni ccx
secundum hebreos quibus sic iunctis habentur anni quadrin
genti precise in quibus semen abrahe accola fuit
in terra aliena et sic patet quod non fuerunt in
afflictione quadringentis annis sed per partem mi
norem illius temporis. et ideo li quadringentis a
nnis non refertur ad illud quod immediate pre

mittitur. et affligent eos nisi per synodochem s.
accipiendo partem pro toto sicut dicitur christus iacu
isse tribus diebus in sepulchro. sed proprie refertur
ad illud quod ante ponitur. Erit semen eius accola
in terra aliena quia tot annis habitauit se
men abrahe in terra aliena ut dictum est.
Et post hec exibunt sub moyse duce gen. 12.
Et seruient mihi in loco isto. quod fuit impletum
tempore Iosue sub quo populus israel intrauit in
terram promissionis. Et dedit illi testamentum
circumcisionis gen. 17. et sic genuit ysaac
cum esset centum annorum gen. 21. Et circum
cidit eum die octaua. sicut precipitur gen. 17.
Et iacob. hic consequenter recitat historiam a tempore
iacob usque ad moysem et primo recitat historiam
temporis seruitutis precedentis 2o subsequentis
ibi. Cum autem. Circa primum dicitur. et iacob simple
circumcidit. duodecim patriarchas i. filios suos
qui dicuntur patriarche i. patres principales a patre
et archos quod est princeps quia ab ipsis deno
minantur .12. tribus israel et patriarche emulan
tes ioseph i. inuidentes ei. gen. 37. vendiderunt
eum in egiptum eodem capitulo et erat deus cum eo et
eripuit eum etc. primo de manibus fratrum volentium
eum occidere. 2o. de cisterna ubi posuerunt
eum moriturum fame. 3o. de carcere regis egip
ti ubi posuit eum magister milicie gen. 41.
Et dedit ei gratiam et sapientiam in conspectu pharao
nis. ad exponendum eius sompnium de futura
fertilitate et sterilitate terre. Venit autem fames
etc. sicut predixerat ioseph et hec habentur gen. 41.
Cum audiuisset autem iacob etc. gen 42. misit
patres nostros i. filios suos. primum i. prima vice et
in 2o. i. secunda missione cognitus est a fratribus suis.
gen. 45. Mittens autem Ioseph accersiuit iacob
patrem suum. eodem capitulo. in animabus lxxv. ut
habetur exo. i. gen. tamen 46. dicitur omnes anime domus
iacob que ingresse sunt egiptum fuere lxx. sibi
inuicem tamen per se egresse de iacob actu nate.
hic autem et exo. i. numerantur cum illis quinque ne
potes Ioseph eo quod pertinebant ad populum israel per
quod lxx. interpretes gen. 46. posuerunt lxxv
quia interpretationem sequitur hic scriptus lucas.
Et descendit. hic consequenter recitat historiam

quantu ad descensum in egiptum. d. et descend[t] iacob in egiptum et defunctus est gen. 49. Et precedenti. s. i patriarcha. De morte vero Joseph in egipto hr gen ultio. et de morte alior exo. i. Et translati sunt in sichem. hec lra vr multum intricata et discrepare ab eo qd hr gen 23. de spelunca quam emit abraham et gen 33o. de agro quem emit iacob a filiis emor. pp qd ad itelliga huius passus sciendum q abraham emit illam speluncam ab ephron etheo et iacob illum agru a filiis emor pris sychem ut patet in textu In spelunca vero ab abraham empta fuit iacob sepultus illuc apportatus de egipto gen ultio. in agro vero quem emit iacob et que dedit ioseph filio suo ut hetur gen 49. sepulta fuert ossa ioseph. illuc apportata de egipto ut habet Josue ultimo. De aliis vero patriarchis non habe de scriptura sacra ubi fuerint sepulti. Sz Jerong dicit de sancta paula q ipsa ptransiuit usqz in sichem et vidit ibi sepulcra xij. patriarchar. Josephus vero libro antiquitatu eni dicit q fres ioseph mortui in egipto a posteris suis fuerut translati in hebron et ibidem sepulti. et in hoc magis vr credend dco iosephi q jeronim. quia longo tempore fuit an jero[m] et quia fuit natus in iudea et certius cognouit omnia iudee loca. hiis igitur pmissis sciendum q scus lucas recitat duas historias intricate et expo[s] sic lra Et translati sunt in sychem et positi in sepulchro q emit abraham. s. ptim ibi quia de Joseph certum est q sepultus sit in sichem. de iacob vero certum est q sepultus fuit in hebron in spelunca abrahe ut pdictum est. de aliis patriarchis dubiu est vtru hic uel ibi sint sepulti. licet michi probabilius videatur quia in hebron ut dictum est a filiis emor. Istud no coniunge cu imme[te] pcedenti sz an[t]. vbi dr. Et translati sunt in sychem. supple empta a filiis emor p ipm iacob ut pdictum est. et sic exponit scolastica historia. sz huic expositioni obuiare vr quod sequit. filii sichem. qr gen 33o. dr q iacob emit ptem agri a filiis emor pris sychem et sic emor non fuit filius sychem sz pater eius. sequendo tn expositionem istam potest

faciliter vnderi q id homo frequenter hz prem et filium eiusdem noie. sicut dns karolus comes valesii bone memorie habuit prem rege francie noie philippu et filiu dei gra nuc regnante noie philippum et sic pot dici de isto emor q huit prem noie sychem de quo fit hic mentio cum dr. A filiis emor filii sychem et filiu eiusdem nominis de quo dr gen. 33o. A filiis emor patris sychem. sz quia expo dicta vr multu intricata et quia lra vr pretendere q abraham emit p pcio argenti a filiis emor. Ideo possz dici sn tamen pudicio q ille emor de quo lucas hic loquitur fuit idem cum scor prec ephron et fuit binoi sicut in scriptura multi leguntur binomii et abraham emit a filiis emor quia ab efron qui fuit de filiis eius et iste emor alio noie dictus scor huit prem nomine sychem. Ille autem emor de quo fuit mentio gen. 33. habuit filiu nomine sychem nec est inconueniens si ponde eadem noia diuersor hominu hic et ubiqz frequenter homines diuersor locor et tempu in nominibus conuenerunt et sm hanc expoem lra plenior vr. Sciend etiam q sychem hic dupl accipr. vno mo put nomen ciuitatis. cum dr translati sunt in sychem. Alio mo put est pprium nomen hominis. cum dr. filii sychem

Cum aut. hic gnr recitatur historia pro tpe seruitutis filior isrl in egipto et po pe huius seruitutis occasio cum dr. Cum aut appropinquaret tpus pmissionis qua confessus fuerat deus abrahe pmittens ei q semen eius seruiret ei in terra iudee gen. 15o. Creuit pplo et multiplicatus est in egipto exo. i. et ista multiplicatio mouit regem egipti ad affligendu pplm isrl ut minus posset vacare generationi et multiplicari ut habetur ibidem. Quoadusqz rex alius surrexit in egipto. dicit eni Josephus q regnu tuc translatu erat ad aliam domu. qui no sciebat Joseph. i. beneficia que fecerat ioseph regno egipti. hic circumueniens. i. fraudulenter opprimens. Genus nrm. po subiciens eos duris laboribus. Sz quia p hoc non fuit impedita ppli multiplico precepit obstetricibus ut i ptu hebrear masculos necarent sz quia non fecerut hoc dm

tinientes precepit ut masculi nati in flumine
proicerentur exo. 1. et hoc est quod dicit ut expo-
nerent infantes etc. ¶ Eodem tempore. hic commendat
stephanus se excusat de blasphemia contra moysen
ostendens eum populi fuisse liberatorem. et primo ponit
ad hoc moysi dispositionem. 2o. ipsa liberatio ibi. Cum
autem. Circa primum dicit. Eodem tempore natus est
moyses et fuit gratus deo. quod apparet ex hoc
quod deus servavit eum ne periret cum aliis pueris
in flumine. qui nutritus est tribus mensibus in
domo patris sui. vidit enim eum elegantem puerum
et ideo quantum potuit servavit eum quousque appa-
rebat periculum mortis non solum pueri sed etiam
parentum occasione eius et tunc eum commendavit
protectioni divine ponens eum in flumine inclusum
tamen in vasculo iunceo pice linito. exposito autem
illo in flumine dicto modo. sustulit eum filia pha-
raonis et nutrivit eum .i. nutrici fecit. sibi
in filium. quia adoptavit eum. et hec omnia habentur
exo. 2o. ubi diffusius sunt exposita. et eruditus
est moyses in omni sapientia egiptiorum que sit notat
quia primo vixit in egipto humane sapientie studium
ut habetur post in hystoria etc. Et erat potens in verbo
et in operibus suis ex quo patet eius dispositio ad liberandum
populum de egipto. ¶ Cum autem impleretur. hic
commendat describit ipsa liberatio. et primo figuralis. 2o.
realis ibi. Et expletis. Circa primum dicit. Cum autem
impleretur ei tempus .xl. annorum quod est tempus
virilis etatis. Ascendit in cor eius deo instigante
ut visitaret fratres suos filios israel qui erant in
dura servitute. Et cum vidisset quendam hebreum
iniuriam patientem ab egiptio vindicavit
eum. egiptium interficiendo et subdit ideo cum dicit.
Existimabat autem intelligere fratres .i. hebreos.
Quoniam deus per manum illius daret salutem illis. Jam
enim deus inspiraverat moysi quod liberaturus erat
populum per ipsum de servitute egipti et sic iam erat
constitutus a deo tutor et defensor populi propter quod non
peccavit vindictam illam faciendo et illa liberatio
particularis fuit signum et figura liberationis ge-
neralis totius populi fiendum per manum moysi. sed illi
non intellexerunt. quod declarat per factum sequens
cum dicit. Sequenti vero die apparuit illis litigan-
tibus .i. duobus hebreis ad invicem rixantibus. exo. 2o.

Et reconciliabat eos volens eos reducere ad pacem
et amicitiam. Qui autem iniuria faciebat. In
crepatus super hoc a moyse. Repulit eum .i. eius
monitionem et increpationem dicens. quis te constituit prin-
cipem etc. quasi dicat. tu usurpas tibi indebitam potestatem
ex quo patet quod iste non intellexit quod moyses esset
constitutus a deo tutor et liberator populi israel. et quia
iste iniurians habebat aliquos sibi faventes et
idem sentientes. ideo subditur pluraliter. At illi non in-
tellexerunt. numquid interficere me tu vis etc. Illud
quod erat secretum publicavit intantum quod venit
ad aures pharaonis. et querebat occidere moysen exo. 2o.
Ideo subditur. Fugit autem moyses in verbo isto .i. propter pub-
licationem huius facti ne occideretur. Ubi generavit
duos filios s. manasse et effraym de sephora uxo-
re sua. exo. 2o. ¶ Et expletis. hic commendat describitur
liberatio populi realis. Circa quam primo describitur moysi
legatio. 2o. legationis impletio ibi. Hic eduxit. prima
adhuc in duas. quia primo suis litteris facit propositum
2o infert quoddam correlarium ibi. Hunc moysen.
Circa primum primo describitur tempus legationis cum dicit
et expletis annis xl. a fuga moysi de egipto.
Apparuit ei in deserto montis syna angelus. exo. 3o.
dicitur quod apparuit illi deus dominus quod secundum veritatem fuit
angelus ut dicitur hic. sed quia personam dei representabat
et in eius persona loquebatur. ideo aliquando deus aliquando an-
gelus nominatur ut dicit gregorius. In igne flamme
rubi. Angeli enim apparent hominibus in corporibus fortis
et quia tales apparitiones fiunt ad aliquid significandum
ideo formantur secundum convenientiam ad illud quod est
significandum. Per ignem enim frequenter in sacra
scriptura significatur tribulatio purgans etc. 2o.
In igne probatur aurum et argentum et homines
receptibiles in camino humiliationis propter quod an-
gelus apparuit in specie ignis ardentis sed non co-
burentis ad significandum quod populus israel in tribu-
latione egipti non consumeretur sed purgaret
et purgatus liberaretur. Moyses autem videns ad-
miratus est. scilicet quod ignis ardens non
comburebat rubum qui de facili est combus-
tibilis. Et accedente illo ut consideraret mag-
num. facta est vox domini .i. angeli loquentis in per-
sona dei. Ego sum deus patrum vestrorum qui colui
me ceteris gentibus ad ydolatriam declinantibus

tremefactus moyses per diuinam reuerentiam. Solue
calciamentum pedum tuorum. modus enim erat
antiquorum et specialiter hebreorum non ingredi loca
sancta pedibus calciatis ut et sacerdotem ad hunc
tenet hunc modum quod non ingreditur locum
diuini cultus nisi discalciati ut a fide dignis
intellexi. locus enim in quo stas terra sancta est
per apparitionem diuinam ibidem modo dicto. Videns
vidi afflictionem populi mei. oculo pietatis cum
effectu miserationis ideo sequitur. Et descendi
liberare eos. deo autem descendere non conuenit nisi
per effectum miserationis sed angelo qui loquebatur
bene competit descendere et ascendere secundum motum
localem eo modo quo motus localis competit an-
gelis. Et nunc veni. propter obediendo michi
Et mittam te in egyptum ad liberandum populum
et sic patet legatio iniuncta moysi. Hunc
moysem. hic stephanus contra iudeos concludit
correlarium de rebellione eorum. d. hunc moysen
quem negauerunt etc. sicut predictum est ille qui
dixit. hoc verbum habebat complices et fauto-
res qui idem dixerunt verbo uel saltem facto
per quod dicitur hic in persona. Quis te constituit
etc. hunc deus principem et redemptorem misit
Quia tamen non erat principalis in hoc facto sed
angelus apparens in persona dei ideo subditur. Cum
manu angeli. i. cum potestate eius et sic moyses
erat illi tamquam minister adiutus per hanc autem
rebellionem contra moysen intendit stephanus
notare iudeos de rebellione contra christum libera-
torem totius mundi de seruitute diaboli. et exprimit
infra eodem capitulo. Ubi dicitur et occiderunt eos qui pre-
nuntiabant de aduentu iusti cuius uos nunc prodito-
res et homicide fuistis. Hic eduxit. hic ponitur
describitur impletio legationis iniuncte moysi
Et diuiditur in duas quia primo sit propositum secundo
infertur quoddam correlarium ibi. Cui no-
luerunt. Circa primum dicitur. hic eduxit illos sicut
erat sibi iniunctum. faciens prodigia et signa
in terra egypti sicut patet in primo exo. capitulo exo.
usque ad finem. xii. et in mari rubro. ut habetur
exo. 14. Et in deserto. ut patet in libris exo.
leuitici numeri et deutero. Hic est moyses cui cre-
dere uos dicitis et debere. qui dixit filiis israel
deutero. 18. prophetam uobis suscitabit deus de filiis
vestris quod principaliter intelligitur de christo ut ibidem dictum fuit
qui descendit secundum carnem de iudeis. Tamquam
me ipsum audietis. i. legis latorem noui testamenti
sicut ueteris. Sciendum tamen quod christus non dicitur
propheta quantum ad cognitionem enigmaticam
nam ab instanti conceptionis anima christi habuit
claritatem diuine visionis. sed pro tanto dicitur
propheta fuisse in quantum propheta dicitur ille qui
annuntiat remota a cognitione illorum cum quibus
habitat. christus autem ante passionem suam fuit
viator habitans cum hominibus Jo. i. et denuntiabit
excedentem capacitatem intellectus humani. et sic dicitur
propheta luc. 7. propheta magnus surrexit in nobis
etc. Hic est qui fuit in ecclesia. i. in congregatione
hebreorum. Cum angelo qui loquebatur ei in
monte syna. dans ei leges et mandata ut
patet exo. 19. et deinceps quasi per totum et cum patribus
nostris. quantum ad decem precepta decalogi
que dedit audiente populo exo. 20. Qui accepit
verba vite dare nobis dicitur autem illa precepta verba
vite non quia conferrent vitam quia iustifica-
tionem secundum quod dicitur Ro. 3. Non iustificatur homo
ex operibus legis. Justicia que facit dignum
vita eterna licet iustificaret iusticia politi-
ca. sicut dictum fuit diffusius super epistolam ad
Ro. et gala. sed dicuntur verba vite quia seruantes ea
non incurrebant penam mortis corporalis
que transgressoribus infligebantur sicut dictum
fuit gal. 3. super illud faciens ea viuet in eis
Cui noluerunt. hic ex dictis infert corre-
larium de rebellione iudeorum contra moysen
et dominum. d. Cui noluerunt obedire patres nostri sicut
patet in multis locis exo. et libri numerorum.
Et auersi sunt cordibus suis in egyptum osten-
dentes displicentiam quia non exierant dicentes
moysi exo. 14. quid hoc facere voluisti ut educeres
nos de egypto etc. et in pluribus aliis locis simile
habetur et non solum ostenderunt hanc displicen-
tiam exitus sed etiam reuertendi voluntatem. d.
num. 14. Constituamus nobis ducem et reuertamur
in egyptum. Consequenter ostendit eos rebelles fuisse
non solum moysi sed etiam deo cum dicitur. Dicentes
ad aaron exo. 32. ffac nobis deos qui precedant

nos. In hoc enim rebellabant deo qui eos eduxerat de egypto et etiam moysi eius ministro cum dicebat moyses enim hic etc. et vitulum fecerunt quia aaron ad faciendum coegerunt et aurum ei ministraverunt et obtulerunt hostiam simulachro que debebat offerri soli deo. Convertit autem eos deus et tradidit. i. converti et tradi permisit a demonibus propter suam maliciam. Servire milicie celi. hoc non legitur esse factum tempore quo filii israel fuerunt in deserto. sed postquam intraverunt terram promissionis hoc multotiens et multipliciter fecerunt ut patet in libris iudicum et regum paralipomenon 3. et 4. et 2. paral. sicut scriptum est in libro prophetarum c. 12. qui est unus liber ut declaratum fuit ibidem. Numquid victimas etc. hoc scribitur amos. 5. et retorquetur per partes huius auctus ad tempus quo fuerunt filii israel in deserto ut patet manifeste. Non tamen per hoc est intelligendum quod filii israel nullas victimas aut hostias obtulerunt deo in deserto quia levitici. 9. dicitur expresse quod in consecratione aaron et filiorum eius fuerunt plures hostie deo oblate et similiter in dedicatione tabernaculi ut habetur numeri 7. sed hoc dicitur quia pauce victime fuerunt tunc oblate. unde dicit Ra. super illud numeri 9. fecerunt filii israel phase etc. quod toto tempore quo fuerunt in deserto non fecerunt phase nisi semel et tamen erat sollempnitas principalis anni et preceptum erat exo. 12. ipsam quolibet anno fieri et ideo si fuit sic omissa in illis 40. annis multo magis sacrificia que precipiebantur fieri in sollempnitatibus et diebus minus sollempnibus fuit enim populo super hoc dispensatum a deo propter incertum motum suum sicut de circumcisione que gen. 17. precipitur fieri .8. die. et tamen fuit omissa quamdiu populus fuit in deserto ut patet Iosue. 5. Et suscepistis tabernaculum moloch etc. Istud refertur ad tempus iudicum et regum. ut ostensum fuit amos. 5. et patebit in fine huius auctus. Et sydus dei vestri Rempham. i. luciferum sive stellam matutinam ut dicit hic glossa que pre ceteris stellis a pluribus adorabatur propter eius pulchritudinem. figuras. i. ymagines diversas quas fecistis vobis adorare eas i. ad adorandum eas. Et transferam vos in babilonem propter istud peccatum et transgressionem. ex hoc patet

quod ydolatria de qua loquitur hic amos propheta fuit causa captivitatis iudeorum de terra sua et hec fuit perpetrata post ingressum huius terre et maxime temporibus regum. Amos autem 5. dicit. et migrare vos faciam trans damascum. i. ultra damascum vel longius a terra vestra quam sit damascus. babilon autem plus distat a iudea. Nam damascus est prope terminum iudee. vel stephanus posuit in babilonem quia iudei duarum tribuum fuerunt translati in babilonem. 4. Reg. ultimo. Iudei vero .10. tribuum translati fuerunt in terram assiriorum. 4. Reg. 18. et situs ad illam est per damascum. et ideo ad exprimendum utramque captivitatem que inducta fuit propter ydolatriam. Amos scripsit ultra damascum. Stephanus autem eodem spiritu loquens dixit in babilonem. Tabernaculum. Com stephanus se excusat de blasphemia contra templum confitens illud ordinatione divina fuisse factum primo loquitur de tabernaculo moysi ad cuius similitudinem postmodum ad aliqua. templum postea fuit factum dicit ergo. Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris in deserto sicut disposuit. s. deus sicut patet exo. 25. quod et induxerunt suscipientes precedentium cum ihesu. i. cum Iosue qui erat dux populi. In possessionem gentium. i. intra terram chanaan quas expulit deus. Istud enim fuit factum magis virtute divina quam humana. usque in diebus david. simpliciter fuit illud tabernaculum in terra illa. nam primo fuit positum in sylo ut habetur Iosue. 18. et inde postea translatum in terram philistiorum. i. Reg. 5. et inde reductum in terram israel. i. Reg. 6. et in plures translatum de loco ad locum propter guerras usque in diebus david qui transtulit in iherusalem archam domini volens ei edificare templum ut habetur .2. Reg. 7. sed dominus distulit edificationem templi usque ad tempus salomonis filii sui. Ideo dicitur qui invenit gratiam etc. et patet littera usque ibi. sed non excelsus in manufactis habitat. quia est incomprehensibilis et nature spiritualis. hoc autem addidit beatus stephanus ad removendum errorem aliquorum iudeorum estimantium quod deus habitaret in templo. sicut homo in sua domo et hoc quia propiciatorium quod erat in templo dei sedes dicebatur. sicut dixi plenius exo. 25 habetur ad propositum inducitur auctoritas ysa. 66. celum michi sedes. hec est locutio methaphorica ad designandum deum

ee p̄ntem vbiq; in celo ⁊ in terra · sibi em̄ non
competunt corp̄is lineamenta Jo subdr̄ · Quam
domū edificabit m̄ · s · ad h̄itandū m̄ p̄dicto · q ·
d · nullam ꝟ tn̄ ad hoc ꝙ ibi fiat oblo deo oronū
et sacrificiorꝫ · et dixit salon · 3 · R · 8 · Aut q̄s
locus requietionis mee q · d · nullꝫ alius a me
quia deus requiescit in seipso · qꝛ ꝑ seipm̄ btūs ē
· Dura ceruice · hic giꝛe excusat se stephanus
de blasphēia cōtra legem confitendo ea sc̄tam et
a deo datam ⁊ retorquēdo in suos aduersarios
blasphemiā eo ꝙ eam mult̄ violabant et hoc ē
quod dicit dura ceruice · i · obstinata mēte · Et in
circūcisi corde · a vitijs ⁊ sordibꝫ Et auribꝫ a
blasphemijs ⁊ detractionibꝫ vos sp̄ sp̄ū sc̄o
restitistis · loquenti in moyse ⁊ ꝓphis · Sicut
pres vr̄i sic̄ pꝫ ex p̄dictis · Quē ꝓphar non sūt
ꝑsecuti pres vr̄i · q · d · valde pauci · et occiderūt
eos · s · ꝓphas ut pꝫ de zacharia filio ioiade · sc̄di
pal · 24 · et ysaya ut dictum fuit in p̄n° ysa ·
⁊ amos ut dicit Jeron̄ in prologo ⁊ mult̄ alijs ·
Qui p̄nuntiabant de aduentu iusti · i · xp̄i qui
dr̄ iustus antonōmatice · vn̄ dicit ra · sa · ꝙ vniuersi
ꝓphe non sunt locuti nisi ad dies messie · s · pn̄r ·
Cuius uos nūc p̄ditores eam iuda tractando ·
et homicide fuistis eius crucifixionē procurando
Qui accepistis legem in dispōe angelorꝫ quia data
fuit ꝑ angelum in ꝑsona dei loquentem ut p̄dictū
est · Et non custodistis qꝛ vitulum fecerat man
datum dei ꝑ suas traditiones ut hr̄ · m̄t · 15 ·
ca° · Audientes aut̄ hic vltimo ponit ipius ste
phani lapidatio iniusta ⁊ sc̄ti eius paciā ꝑfecta
ibi · et lapidabant · Circa p̄m̄ dr̄ · Audientes aut̄
hec dissecabantur cordibꝫ suis · quia nō hēbant
rōnem interficiendi eum · ⁊ tn̄ omnibꝫ modis
interficere uolebant ⁊ sic dissecabant interius
quia passio p̄ualens distrahebat a rōne · et stri
debant dentibꝫ sicut canes rabidi · Cum aut̄
eēt plenus sp̄u sc̄o · hec em̄ plenitudo fuit aug
mentata in martirio · qd̄ ē actus caritatis ꝑfc̄e ·
Intendens in celum ubi fiduciam suam collo
cauerat · vidit gloriam dei ad confortationem
suam ex grā sp̄ali · et ihm̄ stantem · hoc dicit ad
frend̄ eius refectionem et quia tales visiones fiūt
s̄m conuenientia eius qd̄ significatur ut p̄dc̄m

est · Ideo stephanus vidit ihm̄ stantem ad designād̄
ꝙ erat paratus ad eius robur̄ quia stare ꝓpium
est adiuuantis in prelio · sedere vero ꝓpriū est
iudicantis uel regnantis · ꝑ hoc marci vltio
vbi describr̄ regnū xp̄i · dr̄ sedere a dextris dei · Ecce
video celos apertos ⁊c̄ · de condōe huius visionis
plenius dicetur in fine ca° · Exclamantes aut̄
voce magna · ne audirentur stephani verba ·
Continuerūt aures suas · ac si eēnt blasphēa ·
Et impetu fecerunt · non ratione ꝟ furia moti ·
et eicientes eum ext̄ ciuitatem lapidabant tanq̄
blasphēm̄ · Et testes deposuerūt vestimenta sua
vt expeditius et ex celerius eum interficerent ·
· Et lapidabant · hic giꝛe ponit beati stephani
ꝑfecta paciā ⁊ p̄mo ex eius intentione ad deū
ibi · Inuocantem ⁊ dicentem dn̄e ihū suscipe
sp̄m meum · 2° ex benigna condescensione ad
p̄xim̄ actu interficientem ipm̄ cum dr̄ · positis aut̄
genibꝫ · vt in orando modꝫ eēt deuotꝫ · Clamauit
voce magna · quia procedebat ex affectu magno
ad p̄ximorꝫ salm̄ · dn̄e ne statuas illis hoc pctm̄
reseruando eis penam eternam ꝟ da eis veniam
In aliquibꝫ libris subdr̄ · Quia nesciūt ꝙ faciūt ·
ꝟ non est de textu nec est in libris correctis · Isti
em̄ saltem pro magna pte magis fuerūt moti
passione ꝙ ignorañ · Ignorantia etiam multorꝫ
causata erat ex p̄cedente malitia · s · ex odio et in
uidia contra xp̄m ut dictū ē s° · 3 · ca° · Et cum
hoc dixisset · ex feruore caritatis s̄m dictum sal
uatoris mt̄ · 5° · Orate ꝑ calupniantibꝫ ⁊ ꝑsequē
tibꝫ uos · obdormiuit in dn̄o nam eius anima
sc̄issima absorta fuit in abisso supne caritatis
· Circa predicta dubitatur vtrum visio beati
stephani pmissa fuit mentalis aut ymagina
ria uel corporalis · et dn̄t aliqui ꝙ fuit mentalis
tm̄ · Ita ꝙ ex sp̄ali grā fuit concessum stephano
videre non solū humanitatem xp̄i ꝟ etiam deitatē
sicut et paulo de quo dicit btūs aug9 ad paulina
de uidendo deo ꝙ sibi fuit concessum vidē diuinaꝫ
eēm eo ꝙ erat doctor gentiū · et moysi qui fuit
doctor iudeorꝫ et hoc vr̄ dr̄e quedā gl̄o sup̄ locū
istū · qꝛ certe quidā electorꝫ adhuc in hac vita de
genti mūdato cordis oculo videre meruerūt
gloriā dei ut hic stephanꝰ ⁊ paulꝰ ad 3m̄ celum

raptus. sed hoc dictum non videtur bene consonare dictis sanctorum qui concorditer dicunt quod talis visio non est concessa alicui in vita presenti utenti sensibus exterioribus nisi homini Christo. Unde et paulus non dicitur sic deum vidisse nisi in raptu ab istis sensibus. Stephanus autem non videtur tunc fuisse raptus sed magis utens sensibus. Propter quod alii dicunt quod fuit visio ymaginaria ita quod in eius ymaginatione fuit effigies divinitus formata ad representandum deum et hominem Christum sicut ysa. 6. ysayas vidit dominum sedentem super solium excelsum et seraphim stantia ex utraque parte sicut ibidem fuit plenius declaratum et mente cognovit stephanus significatum illius representationis et sic quantum ad hoc non solum fuit ymaginaria visio sed etiam cum hoc mentalis sicut fiebat prophetis ut plenius fuit dictum in prologo libri psalmorum et non est dubium quod isto modo potuit fieri. sed ex modo loquendi scripture videtur quod fuit corporalis quia dicitur in textu. Cum esset stephanus plenus spiritu sancto intendens in celum vidit gloriam dei etc. Propter quod aliqui dixerunt quod visus stephani a deo fuit fortificatus in tantum quod vidit ihesum existentem in celo empireo celos acutie visus penetrando. sed istud non videtur verendum quia supponere videtur quod visus erat emittendo ab oculo et non intus suscipiendo ab obiecto quod improbat philosophus libro de sensu et sensato. Propter quod sine preiudicio videtur probabilius dicendum quod a corpore Christi existentis in celo fuit immutatus oculus stephani ad visionem humanitatis Christi. Nam in potestate eius est quod corpus eius sic videatur a longe sicut de prope et forte idem est de quolibet alio corpore glorioso quia totaliter est subiectum anime propter quod videtur quod ad nutum eius possit immutare visum indifferenter a longe et de prope sicut in potestate eius est quod immutet visum in propria vel alia effigie sicut dicitur de corpore Christi glorioso luc. ultimo. deitatem vero videre non potuit isto modo sed sicut in visione ymaginaria formatur in virtute ymaginativa aliqua effigies ad representandum deum ut predictum est. Ita extrinsecus potest divinitus formari ad immutationem corporalis oculi sicut suo modo fit in apparitione angelorum in corporibus assumptis que corporaliter videntur. Ita aliqua effigies corporalis non a deo assumpta sed formata potest ipsum representare oculo corporali. et sic probabiliter absque alia assertione potest dici quod sic fuit in visione stephani mentaliter tamen cognovit quod illa effigies non erat ipsa deitas nisi tantum representative et huic modo dicendi concordat beda cum dicit. Ecce video celos apertos et filium hominis stantem a dextris. Non sic intelligendum quod celi fuerint divisi cum sint incorruptibiles sed quia sic clare vidit ac si nullum esset obstaculum intermedium unde dicit quedam glossa quod hec visio non fuit facta per reserationem elementorum et sub eis hic intelliguntur etiam corpora celestia.

VIII

Saulus autem. Postquam descripta est stephani persecutio singularis. hic consequenter describitur ecclesie persecutio generalis. et quia habuit ortum ex persecutione stephani. Ideo primo fit ad ipsam continuatio cum dicitur. Saulus autem erat consentiens neci eius et per consequens peccati particeps. secundum quod dicitur Ro. i. qui talia agunt digni sunt morte non solum qui faciunt ea sed etiam qui consentiunt facientibus et subditur de persecutione ecclesie cum dicitur. Facta est autem in illa die id est in illo tempore quia illa persecutio pluribus diebus duravit. Et omnes dispersi sunt secundum quod dixerat salvator Mat. 10. Cum vos persequentur in ista civitate fugite in aliam. preter apostolos. Isti erant principales et firmiores propter quod remanserunt in persecutione ne ex fuga eorum crederetur fidem catholicam non habere firmum fundamentum. Consequenter interponitur beati stephani sepultura que tamen fuerat omissa cum dicitur. Curaverunt autem stephanum id est decenter sepelierunt viri timorati id est timentes deum inter quos gamaliel fuit principalis ut habetur in legenda de inventione corporis sancti stephani. et fecerunt planctum magnum super eum secundum morem iudeorum ut habetur gen. ultimo. de morte iacob. et in libro 4. de morte aaron et marie. et deut. ultimo. de morte moysi et in multis aliis locis de morte nobilium personarum. Illi autem qui sepelierunt stephanum erant conversi de iudaismo et ideo tenuerunt morem priorum. Consequenter recitat lucas ad describendum persecutionem ecclesie dicens. saulus vero devastabat ecclesiam intendens eam adnichilare. Trahens in custodiam id est in carcerem non dicitur quod interficeret quia sicut dicit glossa deus manus ipsius preservabat ne sanguine innocentum pollueretur. et quia sicut dicit augustinus deus adeo omnipotens est et bonus quod de malo elicit bonum. Ideo de ista persecutione elicuit bonum disseminationis

fidei catholice. ꝑ qd subdr. Igr̄ qui dispsi erat ꝑtrāsi
bant. diuersas ciuitates. Euāgelizantes vbū dei.
iudeis hitantibꝫ in ciuitatibꝫ illis ut hr̄ infra. xi.
c. Philippus aūt. post ꝙ lucas ꝓsecutꝰ ē de primo
diacono s. de stephano. hic cōṁe ꝓsequitur de philippo
qui ponit̄ 2us sup ca. 6. Et diuidit̄ in duas ptes
qr primo ponitur pdicatio philippi. 2o. conuersio sauli
ca. 9. Prima ad huc in tres quia primo describit
suū successū eius pdicatione in samaria 2o. ethiopi
in via ibi. Angelꝰ aūt. 3o. in terra maritima ibi.
Philippꝰ aūt. Prima in duas qr primo descbit philippi
pdicatio 2o. spūs sci collo ibi. Cum aūt audisset.
Prima ad huc in duas. Nam ad pdicatoēz philippi
primo ponitur multorꝫ conuersio vera. 2o. vnius
ficta ibi. Vir aūt quid. Circa primū dr. philippus
aūt qui cū aliis ꝑ ꝓsecutionē exierat de ierlm.
Descendens in ciuitatē samarie. que tpre regū fuāt
metropol in regno. x. tribuū. predicabat illis
xpm. habitantes eñi ibi erant ptim iudei. Recepe
rant eñi quiqꝫ libros moysi sicut et saducei. In
tendebant aūt turbe hiis que a philippo dicebant
de xpo. vnanimiter audientes. i. reuerent et deuote
et subdr ro. et videntes signa que faciebat. i. mi
racula diuine virtutis declaratiua in testimoniū
veritatis a philippo pdicate. Multi eñi eorꝫ qui ha
bebant spūs inmūdos. i. qui erant obsessi a demonibꝫ.
Clamantes voce magna exibant. s. demones coacti
virtute xi et ne diceretur ꝙ hoc fieret virtute su
perioris demonis. sicut dictum fuit de xpo luc. xi.
In belzebub principio demoniorꝫ eicit demonia. ideo
subdūtur alia miracula que non possūt fieri nisi
virtute diuina cuiꝰ modi est curatio paliticorꝫ et
claudorꝫ subita cū dr. Multi aūt 7c. Factū est
ergo gaudiū magnū in ciuitate illa de veritatis
cognitione et deorꝫ cura. Vir aūt hic cōṁe
describit̄ vniꝰ quersio ficta cū dr. vir aūt quidā
erat noīe symon. Cōiter dr a doctoribꝫ ꝙ iste
symon magꝰ fuit qui postea multum restitit pe
tro et paulo rome predicantibꝫ et io dixi ꝙ eiꝰ
quersio fuit ficta et si ad horā vera fuit tamē
ad vomitum rediit. qui aūt fuerat in ciuitate
magꝰ. i. philosophus ut dicit aliqui a magnitudine
sue sciē dictus sicut et illi qui venerunt adorare
xpm natum mt. 2o. s. huic dicto contrariatur
qd subdr. Seducens. i. extra viam veritatis ducens
qd non ē philosophi cuiꝰ est primū amare veritatē et
doce. i. ethic. s. est proprium hoīs arte magica vtētis
d. sic ee aliqꝫ magū s. ꝓpham uel xpm vn et
Jo. 4o. dr ꝙ samaritani sicut et iudei expecta
bant xpm vn dixit illa mulier samaritana
Scio ꝙ messias venit qui dr xpūs Cum ergo
venerit ille annūciabit nobis omnia. ideo subdr
dicentes hic est virtus dei. et sic loquitur aplus
de xpo. i. cor. i. pdicamꝰ xpm dei virtutem
7c. Attendebant aūt eū credentes ei. ꝑ hoc ꝙ
multo tpre magicis suis dementasset eos. i. me
tes eorꝫ a veritate alienasset. ex quo pꝫ ꝙ q fu
praedictus est magus a magicis artibꝫ. in
noīe xi baptizabantur. hac eñi forma vte
batur eccia primitiua eo ꝙ sicut supra ii
2o. ca. Tunc symon et ipse credidit s. ficte vel
si vere hoc fuit tantū ad hora Et cū baptizatus eēt
adherebat philippo et subdr ro videns etiam signa
et virtutes magnas fieri 7c. dr ꝑ ab aliquibus
et pbablr ꝙ ad hoc familiaritatē philippi querebat
ut p hoc consequi posset virtutem seu artem silia
faciendi. vn et infra dr ꝙ obtulit pecuniā aplis
vt ꝑ impoēm manuū posset dare donū spūs sci
in signo visibili ex quo vr ꝙ non fuit quersus
vere s. tñ ficte. Cum audissent. descripta
pdicatoē philippi hic cōṁe describit̄ collo spūs
sci. Circa quod sciendū ꝙ philippꝰ erat tñ diaconꝰ
ꝑ qd licꝫ posset baptizare non tñ manꝰ imponere
nec ꝑ quos donū spūs sci in signo visibili dare
hoc eñi ptinebat ad aplos. vn et soli epi qui sūt
successores eorꝫ. xxi. d. in nouo testo manꝰ
imponūt ꝑ quod philippꝰ significauit aplis
ut aliqui eorꝫ venirent in samariam et suple
rent illud quod ad eius officiū non spectabat et hoc
ē cum dr. Cum audissent apli 7c. et pꝫ lrā usqꝫ
ibi. Nondū eñi in quēquā illorꝫ uenerat. s. in signo
visibili venerat tñ in eis inuisibilr sicut et mō
in baptismo. s. baptizati tñ erant in noīe dn̄i
ihu. hec dictio tñ non est determinatio huiꝰ In
noīe dn̄i ihu. excludendo alias duas psonas s.
magis determinatio huiꝰ s. bapti erant tñ s. non
receperant impoēm manuū. io subdr. Tunc
imponebant 7c. Cum audisset. hic cōṁe

[illegible marginal note]

ponitur Symonis increpatio. Volebat enim eme-
re potestatem dandi spiritum sanctum intentione lucri inde re-
cipiendi propter quod ab ipso nominatur vicium symonie
quo aliquis vendit vel emit spiritualia et patet littera
usque ibi. Non est tibi pars neque sors in sermone isto
i. in hac potestate s. ut spiritus sanctus detur per impositionem
manus tue. Cor enim tuum non est rectum coram
domino. Virtute enim dei revelantis videbat intima
sui cordis. In felle. n. amaritudinis i. in nequitia
intentionis que facit amaritudinem culpe et
ducit ad amaritudinem gehenne. Precamini vos pro
me etc. Hoc dixit magis ductus timore pene quam a-
more gratie. Et illi quidem testificati et locuti verbum
dei ad confirmationem credentium. Redibant iherusalem. non
omnis. s. in via per civitates predicando verbum dei.
Angelus. Posita predicatione philippi in sama-
ria. hic consequenter ponitur eius predicatio in via et hoc e-
thiopi de iherusalem in terram suam revertenti
et dividitur in duas partes quia primo ponitur philippi
predicatio. secundo ethiopis conversio ibi Et dum irent.
Circa primum dicitur. Angelus autem domini etc. Vade contra
meridianum. ethiopia. n. est in plaga australi
respectu iherusalem ad viam que descendit ab iherusalem
in gazam. iherusalem. n. est in loco altiori quam sit
illa gaza. hec est deserta. Gaza enim vetus fuit
olim destructa et postea alia eiusdem nominis fuit
edificata in alio tamen situ. via autem illa transibat
per gazam de novo edificatam et ideo ad differentiam illius
dicitur. hec est deserta. Et ecce vir ethiops eunuchus.
per hoc autem quod dicitur vir designatur quod non dicebatur
vir eunuchus a precisione membrorum genitalium
sed a castitate et honestate morum secundum quod dicitur Mat.
19. Sunt eunuchi qui se castraverunt propter regnum
celorum. Qui erat super omnes gazas eius. Erat
enim eius thesaurarius. et sic gaza est hic nomen ap-
pellativum. sed ubi supra est nomen proprium civitatis existentis
in terra philistinorum ut habetur 1. Re. 6. Venerat
adorare in iherusalem. Multi enim gentiles ex devoti-
one veniebant adorare deum in iherusalem ut habetur
Jo. 12. Vel forte iste erat conversus de gentilitate
ad iudaismum quod videtur ex hoc quod subditur. legebatque
ysayam prophetam. sicut erat edoctus a iudeis. sic
et multi laici ex devotione dicunt horas cano-
nicas in latino quamvis non intelligant. cetera

patent usque ibi. Tamquam ovis etc. quod scribitur ysa.
53. et intelligitur ad litteram de christo sicut ibidem diffu-
sius dictum fuit quia cum verbo uno posset omnes
adversarios prosternere permisit se tamen ad occisionem
duci et sicut agnus coram se tondente obmutescebat
etc. quia verba iniuriosa pro iniuriis reddidit et
cum falso accusaretur coram pilato tacuit Mat.
27. In humilitate iudicium eius sublatum est ysa. 53.
sic habetur de angustia et iudicio sublatus est. quod sic
ibidem fuit expositum de angustia. s. mortis et
de iudicio quo omnes decedentes ex divina sententia
detinebantur in limbo. sublatus est per potentiam sue
resurrectionis. et eodem modo exponenda est hec
littera. In humilitate. i. per mortem quam humiliter susti-
nuit in humanitate assumpta phi. 2. humiliavit
semetipsum factus obediens usque ad mortem. Iudicium
eius. i. sententia divina que sua erat mortuorum deus. sub-
latum est quia christo resurgente sancti qui erant
in limbo detenti inde fuerunt sublati. Generationem
eius quis enarrabit. i. multiplicationem fidelium
qui regenerantur christo per baptismum. Quia tolletur de terra
vita eius. s. per mortem. et in hoc redditur causa multi-
plicationis fidelium secundum quod dicitur Jo. 12. Nisi granum
frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipsum so-
lum manet. si autem mortuum fuerit multum fructum
affert. Cetera patent usque ibi Et incipiens a
scriptura ista. que de christo ad litteram est intelligenda
ut declaratum fuit diffusius ysa. 53. Et dum i-
rent. hic consequenter describitur conversio eunuchi vera consilio
per hoc quod baptismum devote petiit et fideliter suscepit et
patet littera usque ibi. Spiritus domini. i. spiritus sanctus vel angelus
qui in scriptura frequenter nominatur spiritus. per hoc autem
quod dicitur spiritus domini absolute intelligitur spiritus bonus quando autem
fit sermo de spiritu maligno exprimitur sicut patet 1. Re.
16. Spiritus domini malus arripiebat saul. Rapuit
philippum ab aspectu eunuchi ad confirmationem
sue fidei. per hunc enim raptum cognovit philippum
a deo missum specialiter ad ipsum informandum de fide et
baptismo ideo subditur. Ibat enim per viam suam gaudens
de veritatis cognitione et baptismi susceptione. Phi-
lippus autem. hic consequenter describitur predicatio philippi
in terra maritima. Terra. n. philistinorum in
qua est azotus clauditur mari mediterraneo in
parte occidentali. Et pertransiens evangelizabat

civitatibus circumstantibus, scilicet iudeis habitantibus in illis
qui fuerunt ibi dispersi a tempore regis anthiochi.
Donec veniret cesaream que est civitas supra ma-
re mediterraneum sita sicut patet in descriptione
terre sancte

VIIII

Saulus autem. Premissa predicatione
philippi hic describitur conversio
pauli de quo mentio facta
fuit breviter in principio precedentis
capituli. Et dividitur in tres partes quia primo describitur
eius conversio miraculosa. secundo conversi regimen gra-
tiosa ibi. Erat autem. tertio regnanti operatio virtuosa
ibi. Fuit autem. Fuit autem conversus in actu persequendi
christum et christo ipsum claritate excessiva excecante
corporaliter et ad terram prosternente et voce sensibili eum
vocante propter quod hec conversio fuit miraculosa
et eam sollempnizat ecclesia. Non sic autem conversione
aliorum que fit tantum per invisibilem gratiam. Primo
igitur ponitur actus persecutionis cum dicitur. Saulus autem
adhuc spirans id est ex vehementi spiritu igne persecu-
tionis accendens in se et in aliis contra ecclesiam
minarum. In verbis iniuriosis. et cedis id est verberibus
et flagellis in discipulos domini id est contra credentes
in eum qui tunc dicebantur discipuli quia nondum
nominabantur christiani ut dicetur infra xi. Accessit
ad principem sacerdotum non vocatus sed se ingerens
voluntate nocendi inflamatus. Et petiit ab eo
epistolas ut ex eius auctoritate magis posset fidelibus nocere.
In damascum. ut ibi persequeretur credentes sicut
fecerat in iherusalem cetera patent usque ibi. Et subito.
Ubi ponitur eius illustracio corporalis et vocatio cum
dicitur. Et subito circumfulsit eum lux de celo. sicut
solet fieri in corruscatione et fulgure. Et cadens
in terram. pre stupore et admiratione. Audivit vo-
cem. auditu corporis et mentis. Saule saule.
hec duplicatio fit ad magis movendum eius atten-
tionem. Quid me persequeris. In membris meis
que persequebatur saulus et non christum in persona
propria. qui iam sedebat ad patris dexteram glorificatus.
Ideo subditur. Durum est tibi contra stimulum calci-
trare. id est potentiori te incomparabiliter resistere. Et
tremens ac stupens de cognita christi potestate. quem
autem non credebat in celo regnare sed magis ut
falsum prophetam cum dampnatis etc. Domine quid me
vis facere. quasi diceret. paratus sum tibi in omnibus
obedire. et dicetur tibi quid te oporteat facere.
Non statim eum perfecte docuit. nam sicut in cog-
nitione naturali fit processus de imperfecto ad perfectum
Unde et pueri primo vocant omnes viros patres et omnes
feminas matres. postea distinguunt proprium patrem ab aliis
viris et propriam matrem ab aliis mulieribus ut dicitur
i. phisicorum. Ita frequenter fit in cognitione supernaturali.
hoc tamen non provenit ex impotentia dei quia posset
totum simul in uno instanti revelare. Stabant
stupefacti audientes quidem vocem scilicet pauli non
autem christi ut habetur infra 22º. Et qui mecum
erant lumen quidem viderunt vocem autem eius non
audierunt. qui loquebatur mecum. sed quia audi-
ebant paulum dicentem. Quis es domine. et domine quid
me vis facere. Et non videbant aliquam personam
cui dirigeret sermonem. Ideo stabant stupefacti.
Cetera patent in littera usque ibi. Et erat tribus
diebus non videns. scilicet visu corporali. videbat tamen
visu mentali. quia secundum doctores communiter in illo tri-
duo fuit raptus usque ad tertium celum et habuit
illam excellentem visionem que habetur 2. cor. 12.
quam exposui ibidem diffuse. et non mandu-
cavit nec bibit. sustentatus illa visione sicut
et moyses xl. diebus in monte. Erat
autem. Hic consequenter ponitur pauli conversi regimen per baptismum
ad quod ascendendum mittitur ananias cum dicitur. Erat
autem quidam discipulus. de iudaismo ad christum conversus
sciencia et vita famosus ut habetur infra 22º. Cetera
patent usque ibi. Et quere in domo iude. hospes
enim pauli iudas vocabatur. Tharsensem id est de
tharso oriundum. Illuc enim pater pauli translatus
fuerat de iudea et ibi receperat in potestate et fama
ut habetur infra [illegible] ultimo. Ecce enim orat. est
enim oratio elevatio mentis in deum. fuerat enim usque
ad tertium celum raptus et ex illo raptu regressus
gratias deo agebat. Et vidit in revelatione dominum virum
ananiam nomine. Ita quod revelatio fuit sibi facta
non solum de persona sed etiam de proprio nomine intro-
euntem et imponentem sibi manus. hec autem impositio
non fuit illa de qua dicitur capitulo precedenti. quia per impositionem
manuum apostolorum dabatur spiritus sanctus in signo sensi-
bili. Sed erat ad curationem corporalem. sicut de beato
laurentio legitur quod ponebat manus super cecorum.

oculos et illuminabantur. Non enim erat aptus iste
ananias. Excudit autem ananias se excusando eo
quod saulus erat famosus in persecutione credentium in
xpo. Vade quoniam vas electionis : vas spale electum
fidei et sic contentiua. Ut portet nomen meum
opere et predicatione sicut patebit in sequentibus huius
libri. Ego enim ostendam illi per effectum. Quanta
oportet eum pro nomine meo pati. et per multas
tribulationes oportet transire ad regnum ut habetur
infra. Et abiit ananias ad exequendum domini
mandatum. et impleatur spiritu sancto per augmentum
fidei in baptismo. Et confestim ceciderunt ab oculis
eius tamquam squame .i. maculae albe et dure
sicut squame piscium que cecite fuerant in eo a
luce excessiuo ipsum excecante. Et surgens bap
tizatus est. In nomine xpi. Et cum accepisset
cibum confortatus est duplici confortatione
.s. spiritu et corpore. Hic incipit ypus sauli
baptizati constans predicatio et secundo ex hoc in
surgens contra eum persecutio ibi. Cum autem
Circa primum dicitur. Et continuo ingressus in syna
gogas predicabat dominum ihesum scilicet statim post
baptismum ex quo patet quod doctrina euuangelica
non habuit ab homine sed a deo sicut ipse dicit
Gal. i. Stupebant autem omnes qui et hoc ex
tanta mutatione subita per quam atrocissimus
fidei catholice persecutor factus fuerat consta
tissimus eius predicator. Saulus autem multo magis
conualescebat procedens semper de bono in melius.
Affirmans quoniam hic est xpus .i. quod ihesus naza
renus est verus xpus in lege et prophetis promissus quod
declarabat per scripturas veteris testamenti quas
ipse didicerat a gamaliele et postea multo per
fectius a deo illustrante. Cum autem hic ponitur
ipso orta contra eum persecutio cum dicitur. Cum autem
complerent dies multi etc. Nondum tamen ad in
tellectum sequentium quod saulus non statim post
baptismum suum iuit de damasco in iherusalem sicut ipse
dicit gal. i. Sed primus abiit in arabia quam il
lustrauit predicando reuersus est damascum deinde
post annos tres ascendit in iherusalem videre petrum
et mansit apud eum diebus quindecim. Dicitur
autem persecutio mota contra saulum in damasco
de qua sit hic mentio fuit facta quando ipse fuit
in damasco post eius baptismum vel quando ibidem rediit
arabia perlustrata. Glosa non decidat videtur tamen
magis declarare quod hoc fuit quando de arabia rediit
in damascum et hoc racionabiliter primo quia hic dicitur
Cum autem implerentur dies multi etc. Ex quo
videtur quod non fuit cito post baptismum eius sed postea per
magnum tempus .s. in reditu de arabia. 2o. quia
post istam persecutionem inmediate subditur aduentus
eius in iherusalem cum dicitur. Cum autem venisset in
iherusalem etc. Iste vero aduentus fuit post reditum
eius de arabia in damascum ut dictum est. Huius
dictis exponatur littera. Cum autem implerentur
dies multi qui fluxerunt a baptismo sauli usque
ad eius reditum in damascum de arabia. Con
silium fecerunt iudei tractando de morte eius eo quod
per eum fides xpi multum conualescebat. Custo
diebant autem portas die ac nocte per homines are
the regis ut dicitur 2. corinthiorum. ii. Accipientes autem
eum discipuli nocte. ne ab aliis perciperetur. per
murum dimiserunt eum. et ipse tamquam miles stre
nuus consensit et ab obsidione liberatus pro
fide catholica utilius et efficatius certaret. Et
impleto suo cursu martirium constanter rome
sustinuit sub nerone. Cum autem venisset
in iherusalem inmediate post dictam euasionem tempta
uit se iungere discipulis .i. credentibus in xpm
quia tunc adhuc non nominabantur xpiani.
Et omnes timebant eum refugiendo eius societatem
et familiaritatem et subditur causa. non credentes
quod esset discipulus .s. xpi. Nam post baptismum eius in
damasco abierat longe in arabia ut predictum
est. et sic ignorabant facta eius. et per consequens quod
esset discipulus xpi verus saltem de hoc multi
dubitant. Barnabas autem aliis constancior.
et quod forte plus aliis audiuerat de conuersione
sauli apprehensum illum. familiaritatem et
societatem contrahendo cum illo vero et .i.
13. simul uocantur ad apostolatum. duxit ad a
postolos .s. petrum et iacobum fratrem domini gal. i. Et
narrauit illis quomodo in via vidisset dominum .s. eundo
de iherusalem in damascum ad capiendum credentes
in xpm. Et quomodo in damasco fiducialiter
egerit. s. primo et 2o. ut predictum est. Et erat
cum illis intrans et exiens .i. habitans cum

illis .xv. diebus quibus tunc mansit aput petrum. loquebatur quoque gentilibus i. gentilibus quorum plures veniebant in iherusalem adorare quibus predicabat xpistum. et disputabat cum grecis. Isti erant iudei in grecia tamen nati per dispositionem iudeorum factam tempore regis anthiochi. Unde tamen glossa dicit quod hec disputatio cum grecis non fuit in iherusalem sed in via eundo versus syriam et ciliciam sed textus magis ostendit quod in iherusalem ideo de glossa quod non est magistralis est parum curandum. Illi autem querebant occidere eum quia non poterant resistere verbis eius. Quod cum cognovisset fratres i. in xpistum credentes. Deduxerunt eum cesaream que est civitas sita super mare mediterraneum. et tharsum dimiserunt. per naugium enim ivit in tharsum que est civitas cilicie. Ecclesia quidem per totam iudeam etc. Hic reddit ad reddendum causam quare fratres potuerint sic deducere saulum de iherusalem usque cesaream et ad ostendendum pacem ecclesie reditam in iudea post persecutionem occasione sancti stephani motam et edificatam per multiplicationem fidelium que quidem multiplicatio non erat tantum in numero sed etiam in merito. Ideo subdit. Ambulans in timore domini etc. Factum est autem. Superius descripta est predicatio evangelii per petrum in iherusalem et incidentaliter predicatio stephani et philippi et sancti conversio pauli. hic consequenter reddit lucas ad principale propositum s. ad describendum publicationem euuangelii per petrum et hoc extra iherusalem iudeis tamen. Et dividitur in duas partes secundum duo mirabilia per petrum facta ad que credidit multitudo magna. Secundum ponitur ibi In yoppe. Circa primum dicitur. Factum est autem ut petrus dum transiret universos. s. in xpistum credentes in diversis locis inde habitantes ad quorum confirmationem in fide discurrebat petrus tamquam pastor bonus. deveniret ad sanctos i. credentes in xpistum qui sunt sanctificati per baptismum. Qui habitabant lidde. Nomen est civitatis. Invenit autem ibi hominem quendam nomine enea. exprimit autem nomen ad maiorem historie certificationem. Ab annis viii. iacentem in grabato qui erat paraliticus et sic infirmitatis diuturnitate et eius incurabilitate. Sequitur curatio subita. mirabilior declaratur cum subdit surge et sterne tibi. q. d. non indigebis lectulo tu de lecto nec parante tibi lectum. Sed ista poteris per te facere. et continuo surrexit virtute xpisti infirmitate. Et viderunt eum omnes qui habitant lidde et sarone. subito perfecte curatum quem cognoverant infirmum tam longum et incurabili per naturam detentum. Qui conversi sunt ad dominum. petro eis declarante virtutem et divinitatem ihesu xpisti. In ioppe. Hic ponitur secundum miraculum de suscitatione mortue cum dicitur. In ioppe autem fuit quedam discipula i. credens in xpistum ut predictum est. Nomine tabita. sic vocatur in hebreo. Que interpretata dicitur dorcas et hoc in greco simone in quo scripsit lucas hunc librum. cetera patent in littera usque ibi Ne pigriteris venire usque ad nos. Sperabant enim eam resuscitari per orationem petri. Et duxerunt illum in cenaculum ubi erat funus positum. Et circumsteterunt omnes vidue flentes. ut moverent petrum ad pietatem et ad deprecandum dominum pro suscitatione defuncte. Et ostendentes tunicas et vestes quas faciebat illis dorcas. dicit aliquis quod ipsa multum laboraverat in consuendis vestibus pauperum sed quod consuere videtur esse modicum et tu supra dicitur quod erat plena operibus et elemosinis. Ideo melius exponitur. Quas faciebat i. fieri faciebat de suis sumptibus quantum ad pannum et suturam. Eiectis autem omnibus foras ut in ope miraculoso elationem vitaret et ut deum secretius et efficacius exoraret. petrus ponens genua in terra. oravit devote deum quousque intellexit se exauditum Et conversus ad corpus exanime dixit. In xpisti virtute Tabita surge a sompno mortis. At illa aperuit oculos et viso petro resedit. extenso duo opera hic s. videndo et se ipsam movendo. Dans autem illi manum erexit eam. Et sic apparuit perfecte viva. Et crediderunt multi in domino videntes virtutem xpisti in hoc facto. cetera patent.

X

Vir autem quidam. Postquam sufficienter descripsit publicationem euuangelii per petrum inter iudeos. Hic consequenter idem facit de predicatione petri inter gentiles. Et dividitur in duas partes quia primo describitur hec predicatio. Secundo subditur petri persecutio ca. 12. Prima in duas in parte principali

et incidentale c. xi. ibi. Et illi qui erant. Prima
adhuc in duas quia primo per processum petri describit
conversio cornelii et plurium aliorum. 2o ex hoc ori-
tur disceptatio iudeorum c. xi. Prima adhuc in tres
quia primo ponitur apparitio angeli. 2o vocatio petri
ibi Et cum discessisset. 3o conversio cornelii ibi
Incipiens autem. Circa primum sciendum quod apparitiones
angelice fiunt illis qui merentur ex bonitate
vite et ideo primo ponitur cornelii virtus cum dicitur
Vir autem quidam. sic dictus a corporis virtute
et mentis. erat in cesarea. que erat civitas
fortis ex situ, nam erat super mare mediterra-
neum et etiam ex fortitudine murorum propter quod in
ea habitabant milites romani pro terre cus-
todia que romanis erat subiecta. Centurio. id est habens
centum milites sub se. Cohortis que dicitur yta-
lica. Erant enim illi milites de ytalia cuius ca-
put est roma et sic videbantur esse de principalibus
militibus ad terre custodiam deputatis. Religi-
osus. unum deum colendo sicut et multi alii gen-
tiles legem moysi non habentes. Et timens deum
offensas eius cavendo. Cum omni domo sua. quam
sic erudierat. Faciens multas elemosinas plebi id est
pauperibus iudeis. Et deprecans deum semper. id est
omnibus temporibus ad hoc aptis ut eum dirigeret
in viam salutis. ex hoc loco dicunt doctores
communiter quod si aliquis paganus convertens se ad de-
precandum pure causa cuius per se ipsum potest habere aliquem
notitiam rogando ut dirigat eum ad suam
salutem. et caveat a peccatis. deus revelabit de
fide catholica quantum necesse est ad salutem. vel
mittet sibi doctorem. Is vidit. hic 2o ponitur
angeli apparitio cum dicitur. Is vidit in visu. scilicet cor-
porali quia angelus apparuit sibi in corpore assumpto
ut patet ex hoc quod dicitur hic. Angelum dei intro-
euntem ad se et dicentem sibi voce sensibili. Cor-
neli. In hoc excitat eius attentionem. At ille in-
tuens eum timore correptus propter fulgorem in-
solitum procedentem de vultu angeli. Dixit
quis es domine. videbatur enim maior homine. Dixit
autem illi orationes tue etc. Non credit autem ei
quis esset. sed quid cornelio utile esset. unde videtur fuisse
angelus custodie cornelii deputatus. Orationes
tue et elemosine tue etc. id est sunt coram deo accepte

propter quod providit tibi de salute tue doctrina. Ideo
subditur. Et nunc mitte etc. et patet littera. ¶ Et
cum discessisset. hic consequenter describitur vocatio petri
et 2o eius receptio in domo cornelii ibi. Altera
autem die. Prima dividitur in duas quia primo ponitur
nunciorum missio. 2o divina revelatio ibi. Poste-
ra autem. Circa primum dicitur. Et cum discessisset angelus
disparendo ab eo. Nam sicut in potestate angeli
est formare corpus ut appareat. ita et dissolvere
ut non appareat. vel subito transferre ipsum ad alium
locum unde videri non possit. Vocavit duos do-
mesticos suos. et militem metuentem deum. de
duobus domesticis non exprimit hic quod essent
timentes deum quia est in principio huius capituli expressum
erat quod cornelius erat timens deum cum omni do-
mo sua. Sed de isto milite exprimit qui non
erat de domo sua sed de suis stipendiariis in propria
domo vivebat. expresse quia illi parebant erat
enim de illis centum militibus qui erant sibi sub-
iecti. Quibus cum narrasset omnia. Ab angelo
sibi dicta misit illos in ioppe ad querendum
petrum. ¶ Postea. hic consequenter ponitur revelatio
facta petro. Et dividitur in duas partes quia primo ponitur
petri visio. 2o visionis expositio ibi. Et dum intra
se. Circa primum dicitur. postera autem die id est die im-
mediate sequenti quod nuncii cornelii recessissent in die
visionis sibi facte. et secunda die venerunt in ioppen
Ascendit petrus in superiora. ut ibi secretius
et devotius oraret an contemplatione. sicut etiam
de beato francisco legitur. Et cum esuriret voluit
gustare. oratione tamen premissa ut dictum est. Oran-
tibus autem illis cecidit super eum mentis excessus
id est raptus a sensibus exterioribus. et vidit visione
ymaginaria. Celum apertum sicut videtur fieri in
coruscatione. Et descendens vas quoddam
velud linteum magnum. Dicit velud, quia totum
erat in ymaginaria visione. quatuor initiis
id est angulis submitti de celo in terram per cordas
in angulis ligatas. In quo erant omnia qua-
drupedia etc. id est animalia immunda secundum legem
moysi per que intelligebantur gentiles quos
iudei abhominabantur ut immundos nec eis co-
habitabant. per quadrupedia tamen in speciali intellige-
bantur avari. per serpentes mundi veneno

vid. aug. in quodam ser. super lucam et in fine de maronis.

19

plem · per volatilia superbi que vitia in gentilibus habitabant · Et facta est ad eum vox de celo · Surge petre occide · interficiendo in eis vitia · Et manduca · In corporando eos ecclesie per fidem et sacra · quod tamen hoc petrus tunc non intellexit · Respondit · Absit domine quia nunquam manducaui omne commune et inmundum · id est cibum lege prohibitum quod apud iudeos dicebatur inmundum et etiam commune eo quod a gentibus communiter comedebatur sicut sunt carnes porcine et huiusmodi · Vox iterum secundo ad eum · ad repellendum eius errorem · Quod deus purificauit tu ne commune · id est inmundum dixeris · xpistus enim passus est non solum pro salute iudeorum sed etiam pro salute gentilium propter quod non sunt vocandi inmundi · Similiter per suam passionem euacuauit legalia ceremonialia sicut supra declaratum est in principio epistole ad hebreos et in pluribus aliis locis ad que pertinet prohibitio ciborum · et sic eos purificauit licitos faciendo · et hoc etiam dicit Ra · mo · in glo · super gen · omnis bestia que inmunda reputatur in hoc seculo deus sanctus et benedictus faciet eam mundam in futuro seculo sicut permissum fuit filiis noe gen · 9 · Omne quod mouetur et viuit erit vobis in cibum etc · presens autem seculum vocat usque ad aduentum messie · futurum autem a tempore messie et ultra et eodem modo accepit Ra · sa · et alii doctores hebrei loquentes de presenti seculo et futuro · hoc autem factum est per ter · ad maiorem expressionem · Et statim receptum est vas in celum · ad significandum quod gentiles per fidem christi habent ingressum ad celestia sicut et iudei ·

Et dum intra se · hic consequenter agitur iter dicte visionis quia nondum petrus intelligebat propter quod dicitur · Et dum intra se hesitaret etc · Et post hec · usque ibi · Petro autem cogitante de visione quid significaret · dixit spiritus ei reuelando intellectum · ecce viri tres querunt te qui sunt gentiles · surge itaque de oratione et descende ad eos quia orauerat in superioribus domus ut supra dictum est · et vade cum eis nichil dubitans de eundo cum ipsis et tunc intellexit petrus per verbum dei dicentis quod deus purificauit etc · Intelligendum erat de gentilibus principaliter et de cibis lege prohibitis · Quare cetera patent ex supradictis usque ibi · Introducens igitur eos recepit hospitio · vocatis eis ex domini consilio · Sequenti autem die surgens absque dilatione profectus est cum illis · obediens diuinis mandatis et quidam ex fratribus · id est credentibus de iudaismo ab ioppe ciuitate sunt eum · quod autem subditur in aliquibus libris · ut petro testes essent · Non est de textu nec habetur in libris correctis · sed posito sunt quedam glo · interlinearis postea textui inserta per ignorantiam scriptorum sicut et in multis aliis locis veteris et noui testamenti · ¶ Altera autem die · hic consequenter describitur receptio petri in domo cornelii cum dicitur · Altera autem die · id est in crastino recessus petri ab ioppe · Cornelius vero expectabat illos · Cum magno desiderio audiendi verbum dei · Cognatis suis conuocatis ut omnes essent participes gratie dei · Obuius venit ei cornelius · ut reciperet eum reuerenter · et procidens ad pedes eius adorauit eum adoratione dulie · Credebat enim eum non esse deum sed eius nuntium · surge et ego homo ipse sum · Non angelus sicut ille qui apparuit tibi · propter quod non decet tantam reuerentiam fieri michi · cetera patent usque ibi · Vos scitis quo abhominatum etc · hoc enim sciebant per experientiam quia gentiles erant et inter iudeos habitabant · sed michi ostendit deus · In visione predicta et eius exposicione · Neminem communem nationis · Communem autem inmundum dicere hominem · id est quod non licet alicui hominem dicere de quocumque alio quod sit inmundus propter quod sine dubitatione · absque transgressione · Veni accersitus · A vobis gentilibus · Interrogo ergo vos etc · licet enim audiuisset causam in generali a nunciis cornelii · tamen adhuc magis volebat audire in speciali · A nudius quarta die ad hanc horam etc · eadem enim die qua cornelius circa horam nonam vidit visionem ut dicit glo · secunda die venerunt in ioppe que distat a cesarea per 24 · miliaria ut habetur in descriptione terre sancte · Tertia vero die petrus recessit de ioppe · et die quarta intrauit cesaream · Cetera patent ex supradictis usque ibi · Nunc ergo omnes in conspectu tuo assumus parati cum magno desiderio et deuotione audire omnia quecumque tibi precepta sunt a domino pro nostra salute · Aperiens autem · hic consequenter describitur ipsius cornelii

⁊ eorum qui cum eo erant gustio ⁊ 2º. eorum
baptizatio ibi. ad hoc loquente. Conuersio aut
eorum facta e p predicatoem petri. Jo dr. Aperiens
aut petrus os suum dixit. Incipiens p modum
breuis prohemij a iusticia ⁊ bonitate diuina.
In ueritate comperi. i. experimento probaui. qr
non e psonarum acceptor deus. i. discernens inter
iudeos ⁊ gentiles quantu ad salutem eterna
quia vult omnes saluos fieri. ⁊ ad cognitione
veritatis venire. thi. 2º. Jo subdr. s in omni gete
qui timet eum declinando a malo et operatur
iusticiam faciendo bonum. Acceptus est illi.
s contra hoc vr qz ab omnibus doctoribus dicit
nullum vnqm fuisse saluatum nisi p fidem me
diatoris nec p cons gram habuisse que facit deo
acceptu qm non habebant gentiles. dicendum
qz fides mediatoris semp fuit necia ad saltm
non tn vniformit omni tpre ⁊ omnibus ppls pq
publicatione em euangelij omnes tenentur hre
fidem explicatam de mediatore quantu ad arti
culos incarnationis natiuitatis et huiusmodi qr corde in
eccia omnibus proponitur credenda. Ante vero de
clone dicitur qz maiores iudeorum quibus data fuit
lex ⁊ pphie de istis facientes mentione tenebat
hanc fidem de mediatore minus tn explicita qm in
nouo testo in quo veritas magis est elucidata
minores vero iudeoru adhuc minus explicate
et sufficiebat eis ad saltm credere messiam
futurum sicut lex et pphe innuebant in quada
tn gnali. licet significatoem legis ⁊ pphiarum
non intelligerent in spali. Ante vero legem et
pphias. s. tempore legis nature sufficiebat omnibus
credere vnu deum remuneratore bonorum p modu
ab eo cognitu. Ideo dr hebre. ii. Accedentem oportz
crede quia est inquirentibus se remunerator
sit. ⁊ in hoc tripliciter continetur fides media
toris p quem fit remuneratio bonorum ⁊ punitio
malorum. scdm qd dr Jo. vº. pater omne iudiciu dedit
filio. ⁊ quia gentilibus non fuit data lex nec pphie
ideo talis fides suffecit eis usqz ad publicatoem euangelij.
Talem aut habuit cornelius ⁊ eius domestica
ut satis patet ex textu. Verbum premisso
p modum prohemij de iusticia ⁊ de bonitate
diuina. hic scdm petrus accedit ad ppositum annun

ciando xpm. d. Verbum. s. euangeliu. misit deus
filijs isrl primo annuncians pacem int'na gre et
eterna glie. p ihm xpm. qui in psona ppa filijs
isrl predicauit et ne crederetur homo purus subdr.
hic est oium dns ⁊ p ons verus deus. Vos scitis
quia inter iudeos habitastis. Quod factu e per
vniusa iudeam verbu. i. rem verbo significatam
et que sit illa subdr post. Jhm a nazareth. s. ve
nisse ad pridum salutis. Incipiens a galilea. Ibi
em incepit pdicare ut patet luc. 4. post baptm
s. Johis qz an non legit publice pdicasse. qz
pdicauit Johes. i. qz misteriu xpi venturi Johes
pdicauit. ut pz ex decursu euangelij. Quo vnxit
eum deus. s. ihm in huana na. spu sco. i. pleni
tudine gre. et virtute. in opatione miraculorum
in quibus huanitas xpi erat instrum coniunctum
qui ptransijt benefaciendo qm ad informatoez morum
⁊ sanationem languidorum ⁊ sanando omnes oppssos
a dyabolo. mente et corpe. qm deus erat cum
illo p plenitudinem gre ⁊ p vnione psonalem
in supposito verbi. et nos testes sumus et. p visu
et auditum. et. dedit ei manifm fieri. p multa
argumenta suam resurrectoez declarauit q posita
sunt s. i. cº. Non oi ppło s testibus preordinatis
a deo scdm em qz dicit dio. 4 lº. celestis ierarchie
hec est lex diuinitus instituta ut ea que transce
dunt cognitione nrm p superioribus reuelent
et p superiores alijs manifestentur sicut patet
in superioribus angelis in ordine ierarchico. Nam
superiores immediate a deo illuminantur medij vero a su
perioribus ⁊ inferiores a medijs. resurrectio aut
xpi est de transcendentibus. ⁊ ideo pº manifestata est
aplis et quibusdam alijs p quos tanqm p testes
ydoneos alijs manifestata e. de quorum ydoneitate subdr.
nob qui manducauimus ⁊ bibimus cum illo postqm
resurrexit a mortuis. ad declarand veritatem
sue resurrectionis ut dictum e s. i. cº. Et precepit
nob predicare pplo ⁊ testificari ut habetur s.
i. cº. Eritis m testes et. Quia ipse est qui
constitutus e a deo. pre Judex viuorum ⁊ mortuorum
i. iustorum qui viuunt vita gre ⁊ iniquorum qui
mortui sunt morte culpe pp qd dr Jo. vº. pater
omne iudiciu dedit filio. huic omnes pphe testimoniu
phibent q. d. nos soli non sumus testes eius sed

etiam omnes prophete antiqui divinitus inspirati unde
dicit Ra. sa. hebreus super zachariam quod universi prophete
non sunt locuti nisi ad dies messie s. de principali
intentione. ¶ Ad huc loquente. hic ponitur conversio
cornelii et cum eo existentium baptizatio et primo per
receptionem spiritus sancti in signo sensibili que dicitur bap
tizatio .2º. sequenti et supra .1º. capitulo de qua dicitur hic
Cecidit spiritus sanctus etc. et non obstupuerunt ex cir
cumcisione fideles admirantes quod tanta gratia daretur
gentilibus sicut et iudeis circumcisis in lege et prophetis
¶ Secundo ponitur baptizatio in aqua sub invo
catione nominis christi cum dicitur. Tunc respondit petrus
illis qui cum eo venerant admirantibus. Numquid
aquam prohibere quis potest etc. q. d. non. ex quo spiritus sanctus
non distinxit inter nos et ipsos et iussit eos bap
tizari in nomine ihesu christi. In hac enim forma daba
batur in primitia ecclesie, rombus dicitur .8. .2. capitulo. tunc
rogaverunt eum ut maneret apud eos aliquot
diebus ut plenius instruerentur in fide et solida
rentur.

XI

Audierunt autem apostoli postquam descripta
est cornelii conversio hic ponitur
ex hoc orta disputatio
Circa quam primo questio ponitur
et 2º. solutio ibi. Incipiens autem. Circa primum
dicitur. Audierunt autem apostoli et fratres .i. alii fideles /
Circa primum dicitur. audierunt autem / cum eis existentes.
Qui erant in iudea. Cesarea enim ad quam iverat
petrus erat in terra philistinorum. Quoniam et gentes re
ceperunt verbum dei. s. cornelius et amici sui. Cum
ascendisset autem petrus iherosolimam. hoc dicitur quia
iherusalem est altiori situ quam cesarea que est supra
mare mediterraneum sita. disceptabant adversus
illum qui erant ex circumcisione .i. conversi de iuda
ismo. quare introisti etc. q. d. non est licitum
nobis conversari cum incircumcisis. Incipiens autem
hic ponitur solutio questionis. et hoc per revelationem factam
petro qua fuit sibi ostensum neminem debere repu
tari immundum et per verbum spiritus sancti dicentis
quod iret cum gentilibus et conversaret cum eis sine
dubitatione et patet littera ex dictis capitulo precedenti quia
repetitio est eius quod dictum est ibi. Sicut et nos in
initio .i. in die penthecostes. Recordatus sum verbi
domini etc. ex quo patet quod talis datio spiritus sancti in signo
visibili dicitur quedam baptizatio et in fine concludit
petrus. Si ergo eandem gratiam in signo sensi
bili dedit illis incircumcisis sicut et nobis circumcisis
qui credimus in dominum ihesum christum q. d. circumcisio
aut preputium nichil facit ad hoc sed fides ihesu christi
Ego quis eram. qui sum pulvis et cinis cum
possem prohibere deum. s. dare gratiam suam secundum suum
beneplacitum. quod autem in aliquibus libris subditur Ne
daret spiritum sanctum credentibus in nomine ihesu christi Non
est de textu nec habetur in libris correctis sed
fuit quedam interlinearis glosa per scriptores tex
tui inserta. His auditis rationabilibus dictis tacu
erunt ab increpatione petri eius factum approban
tes et glorificaverunt deum. gratias agendo de hoc
quod gratiam suam extendat ad gentiles ideo sequitur
ergo et gentilibus penitentiam dedit deus .i. tempus et
locum penitentie ad vitam s. eternam condam ¶ Et
illi. hec est pars incidentalis et dividitur in duas
secundum duplex incidens. secundum ponitur ibi. In hiis autem
diebus. primum autem incidens est de publicatione
euvangelii per fideles qui recesserunt de iherusalem propter
persecutionem ibidem in morte stephani motam ut
habetur supra in principio .8. capituli et hoc est quod dicitur
Et illi quidem qui dispersi erant a tribulatione .i.
propter tribulationem que facta fuerat sub stephano
.i. in morte eius. perambulaverunt usque phenicem
quedam provincia est syrie. et cypri. insula est maris
satis nota. et anthiochiam civitas est ab anthiocho
magno denominata. Nemini loquentes verbum euan
gelicum. Nisi solis iudeis. postea tamen locuti sunt
etiam gentilibus audientes quod petrus predicaverat
cornelio et aliis gentilibus ideo subditur erant autem
quidam ex eis .i. ex dispersis de iherusalem viri cyprii
et cyrenei .i. de cypro et cyrene nati. et dicunt hic
aliqui doctores et satis probabiliter quod isti fuerant
gentiles conversi tamen primo ad iudaismum deinde
ad christum. et de istis subditur. Qui cum introissent
anthiochiam per aliquod spatium temporis ibi manendo
loquebantur ad grecos .i. ad gentiles annunciantes
dominum ihesum ut sicut iudei nati agebant ad con
versionem iudeorum. sic isti ex gentilibus nati ad
conversionem gentilium. et erat manus domini .i.
virtus eius in operibus miraculosis cum eis ad con
firmationem sue doctrine cuius subditur effectus cum dicitur

multitudo. miserunt etc. pervenit autem sermo ad aures ecclesie que erat Ierosolimis eo quod apostoli erant ibi quibus significabatur profectus fidei. et miserunt barnabam usque anthiochiam. Ad informandum plenius credentes et confirmandum. Qui cum pervenisset et vidisset gratiam dei. In multiplicatione fidelium. gavisus est valde propter honorem dei et salutem proximi. et hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino. quia qui perseveraverit usque in finem salvus erit mat. 10. quia erat vir bonus per virtutes acquisitas. et plenus spiritu sancto et fide per infusas. et apposita est multa turba domino per predicationem barnabe ad illam multitudinem que prius crediderat. profectus est autem tharsum. ubi saulus ierat ut dictum est supra 9. ca. videbat enim se non sufficere ad tantam multitudinem erudiendam et reficiendam sine sauli societate. et docuerunt turbam multam que venit in adventu sauli ita ut cognominarentur primum anthiochie discipuli xpiani. Antea enim credentes in xpm vocabantur tantum discipuli. sed tunc ceperunt vocari xpiani a xpo sicut platonici a platone. ¶ In his autem diebus. hic ponit 2m in denso de prenunciatione famis future. cuius dicit. In his autem diebus supervenerunt ab Ierosolimis prophete in anthiochiam. Tunc enim in ecclesia erant multi habentes spiritum prophetie secundum quod predixerat Ioel propheta et allegatum est supra 2. ca. et surgens unus ut in tanta multitudine melius audiretur. Significabat per spiritum. i. denunciabat in spiritu prophetico. famem magnam etc. que facta est et sic apparuit veritas prophetie sub claudio. i. tempore claudii imperatoris. discipuli autem i. xpiani qui erant antiochie prout quisque habebat i. secundum suam facultatem non voluptatem quia libenter plus fecissent si potuissent. proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in iudea fratribus i. in ihrlm. Illi enim tamquam magis religiosi renunciantes proprietati vendiderant possessiones et inde provideretur omnibus ut habetur supra 4. c. fuerant. n. bonis mobilibus spoliati in persecutione que mota fuit in morte stephani propter quod indigebant ab aliis credentibus auxiliari maxime tempore famis quod et fecerunt sicut bonum propositum adimplevo. Mittentes ad seniores curam illius scientes per manus barnabe et sauli qui erant ad hoc fideles et apti ministri.

XII

Eodem autem tempore. postquam superius descripta est petri predicatio hic interponitur incidentibus dictis describit contra eum orta persecutio. Et dividitur in duas partes quia primo ponit persecutio petri 2o. punitio adversarii ibi. descendensque. prima in duas quia primo ponitur huius persecutionis occasio. 2o. ipsa persecutio ibi. Quem cum apprehendisset. Ad intellectum preficiendum quod tres fuerunt herodes in iudea de quibus scriptura facit mentionem. Primus fuit institutus rex iudee a romanis cuius pater fuit ydumeus et iste vocatus est herodes ascalonita et tempore ipsius natus fuit xps ut habetur mat. 2. propter quem iste occidit innocentes. 2us vocatus fuit herodes antipas filius herodis ascalonite non tamen potentius et iste numquam fuit rex. sed tetrarcha galilee luc. 3. et iste decollavit iohannem baptistam tandem accusatus apud imperatorem romanum missus fuit in exilium apud lugdunum. 3us vocatus fuit herodes agrippa filius aristoboli filii herodis ascalonite et frater herodis antipe et licet iste in principio fuit pauper tamen postea faventibus sibi duobus imperatoribus romanis scilicet gayo et claudio fuit elevatus ad regnum et iste de roma veniens in iudeam honorifice valde fuit receptus a iudeis propter quod in favorem eorum occidit iacobum fratrem iohannis et incarceravit petrum Unde versus. Ascalonita necat pueros antipa iohannem. Agrippa iacobum claudens in carcere petrum. et secundum hoc patet sententia huius partis usque ibi. Erant autem dies azimorum. scilicet cum apprehendit petrum et additur hoc ad significandum causam quare statim non occidit petrum sicut fecerat de iacobo. volebat enim reservare tristitiam sollempnitati paschalis in qua iudei septem diebus vescuntur panibus azimis. ¶ Quem cum apprehendisset. posita occasione persecutionis petri hic describit ipsa persecutio et dividitur in tres partes quia primo ponitur eius incarceratio iniuriosa 2o eius liberatio miraculosa. 3o eius liberatio periculosa ibi. Cum autem 3. cum sine associatio gloriosa ibi. Considerans que. Circa primum dicitur. Quem cum apprehendisset misit in carcerem ne posset effugere. Tradensque quatuor quaternionibus

militum. dr aut qtnio qui habet quatuor mi
lites sub se. Volens post pasca producere eu pplo
i. exponere morti ad bonitate ppli. oro aut fi
ebat &c. ut xpus suu vicariu ad hu servaret
in vita. ¶ Cum aut. hic gnr describr libero
petri miraculosa cum dr. cum aut pducturus
eet eum de carcere. s. herodes ut occideretur i ipa
nocte imme^te^ pcedenti. Erat petrus dormiens
inter duos milites &c. ita custoditus q non
patebat euasio uia huna. s3 deficiente humano
subsidio solet adee diuinu. Jo subdr. Et ecce ange
lus dni astitit ad petri liberatione & lumen
refulsit in habitaculo. ad eius ssolatione. pcussoqz
latere petri ut excitaret eum a sopno. et cecidi
derunt cathene diuina virtute uel angelica cui
natura corpalis obedit ad motu locale pp qd
statim potuit illas cathenas dissolue. pcinge
ut sit aptus ad ambulandu. Resoluat em petrus
cingulum suu ut vestis posset pedes coopire cot
frigiditate carceris. hoc em erat sibi licitu et
maxime contra imminens piculu. et calcia te
caligas tuas. est aut caliga gens calciamenti
non hntis coriu sup pedem ut dicit glo. In
greco in quo scripsit lucas hr sandalia pp qd
aliqui dnt q vera lra e. Calcia te galigas.
gallice galoches. existimabat aut se visum vi
dere. ffortitudo em carceris & dilns custodia
fecerant sibi ymaginatoz de euadendi ipso pp
quod rem gestam sompniu estimabat. Transeun
tes aut pmia & scdaz custodia. s. militu qui erat
oppressi sopno uel qz vigilantes erant ac si a
pcussi sit. 4. R7. 6. dr de militibz qui capere
uolebant heliseu. venerunt ad portam ferrea
Jlla erat exterior porta carceris. Que ducit
ad ciuitatem ex quo vr q carcer ille erat ext
ciuitate sicut fit in pluribz locis. q ultro apta
est eis vtute diuina uel angelica mo predicto
de cathenis. Et exeuntes pcesserunt vicu vnu
ad maiore petri asseuratoz. et continuo dis
cessit angelus ab eo. subito disparendo sicut dictu
est . 10. Et petrus ad se reuersus &c. tunc .n.
pcepit q non erat sompniu s3 res gesta. ¶ Con
sideratusqz. s. vbi esset & quo diuertere posset
ne a custodibz inueniretur. non timore pas

sionis ductus qz p visitatione angeli & plon
gationem vite sue sciebat volumtatem dei. venit
ad domu marie. que non solum erat fidelis
sed etiam hospita fideliu. pulsante q aut eo
ad hostiu ianue. que clausa erat de nocte. et
pre infidelium psecutione. pre gaudio s. libe
rationis petri et eius aduentus. et introirec
ut bonos rumores velociter intiaret. Insanis.
pp fortitudiz. n. carceris & custodiam dilntem
credebant euasione petri ee impossibile. Ange
lus e. ex hoc loco et ex hoc qd dr m^t^. 18. Angli
eorum semp vident faciem pris. dnt concordit
sancti et doctores q singuli hoies hnt singlos
angulos ad sui custodiam deputatos et alii ap
parent in spe eorum sicut ange in spe bti am
brosii mediolani expontis appuit in tumulo in
sepultura beati martini. et btus franciscus
in remotis agens appuit in ca^o^ arelatensi. et
obstupuerunt padmiratione videntes petru libe
ratum et ignorantes liberationis modu pp qd
petrus incepit narrare ipm cum dr. Annuncia
te aut &c. nunciate iacobo et fribz hec ut reddant
gras deo qui exaudiuit eorum petitione pro eo
factam ut dictu est. . oro aut fiebat &c. ffacta
aut die in qua erat ordinatu occidi petrum.
erat non parua turbatio inter milites. qz time
bant neglie eorum imputari et p cons puniri
sicut et factum e vn subdr. herodes aut cum
requisisset eum. s. petrum. et non inuenisset
et porte carceris inuente fuissent apte sicut
expresse dr de porta ferrea. iussit eos duci. s.
in carcerem tamqm suspectos de liberatoe petri
ut postea punirent. Sed herodes fuit inpe
ditus celi morte pueniens ut hr pte sequenti.
¶ Descendensqz. hic gnr describr herodis puni^o^
et pmo ponit eius pena. 2°. ponitur dno cor
relaria ibi. Verbum aut domi. Circa pmu
dr descendensqz a iudea. i. a ihrlm q est in altiori
situ iudee. In cesaream. non philippi ut dicit
glo que e in puincia phenicis. s3 in cesarea palis
tine que antiquitus dicebatur turris stratonis
et e in confinio palestine & phenicis. & ca sbdr
cum dr. Erat aut iratus tyriis et sydoniis
qui erant de puincia phenicis pp qd tis eorum gpp

pmquauit ut eos debellaret et puniret. Et illi unanimes venerunt ad eum ad placandum pro obloqm emende et ut hoc melius facerent rogauerunt eius cubicularium qui erat ei secretarius ut esset huius negotij mediator pro eis et subditur causa cum dicitur eo quod alerent regiones eorum ab illo .i. ab herode. Non enim terra eorum poterat habere victualia sufficienter nisi de terra herodis accepta uel per eum transportata. Statuto autem die ab herode ut tyrij uel sydonij eius audiret sententiam herodes vestitus veste regia .i. insignijs regalibus decoratus ad suam magnificentiam ostendendam sedit pro tribunali manifeste. Concionabatur ad eos loquens valde egregie. Populus autem acclamabat adulando herodi. Dei voces et non hominis. Dicebat enim quod talis eloquentia non erat hominis puri sed deitatem habentis. Confestim autem percussit eum angelus domini vehementi dolore veteri ut dicit Josephus .19. li. antiquitatum. eo quod non dedisset honorem deo considerando propriam fragilitatem sed magis congaudens de hoc quod populus attribuebat sibi diuinum honorem. Et consumptus a vermibus expirauit. Computrescentibus .s. in testibus generabantur ibi vermes eum interius corrodentes. // Verbum autem hic ponitur duo correlaria. primum est de multiplicatione fidei mortuo herode ipsius persecutore ut patet ex dictis. Secundum est de reditu sauli et barnabe in anthiochiam. completo misterio pro quo venerat iherusalem ut habetur in fine capituli precedentis.

XIII

Erat autem. Supra descripta est publicatio euangelij que facta est per predicationem petri cum aliquibus incidentibus. Hic consequenter describitur eadem publicatio per predicationem pauli. et diuiditur in duas partes quia primo describitur eius ad apostolatum vocatio. secundo huius officij executio ibi. Et ipsi quidem. Circa primum dicitur. Erant autem in ecclesia que erat anthiochie prophete denunciantes futura per donum prophetie ut dictum est de agab supra .11. capitulo. et plures alij erant similem gratiam habentes. et doctores sacram scripturam exponentes per dona sapientie et scientie et interpretationis sermonum. In quibus barnabas iste secundum Jeronimum in libro illustrium virorum et ille qui supra .4. capitulo. vocatur Joseph leuites quem priuius genere et somo qui vocabatur niger ad dictam symonis petri. et lucius cyrenensis .i. natus de cyrene et manaen qui erat herodis tetrarche. Ille est qui dictus est herodes antipas et decollauit Johannem baptistam ut dictum est capitulo precedenti. collactaneus .i. de eodem lacte nutritus. et saulus de cuius vocatione ad apostolatum prius agitur. Ministrantibus autem illis domino. In bonis operibus secundum suos gradus et officia. et ieiunantibus ut mens esset eleuatior ad diuina. Dixit illis spiritus sanctus. Utrum autem hoc fuit verbo mentali tantum in reuelatione uel verbo sensibili diuinitus formato uel utroque modo non habetur ex littera. glosa tamen interlinearis dicit quod hoc dictum fuit prophetis et per eundem in reuelatione. tamen illa glosa non est multum autentica. Segregate mihi barnabam et paulum ut procedant ad conuersionem gentium. Tunc enim isti duo fuerunt ad apostolatum vocati. In opus ad quod assumpsi eos .i. in opus publicationis euangelij sicut alij apostoli ad hoc fuerunt assumpti. Tunc ieiunantes et orantes imponentesque eius manus in more ordinandorum ut dicit interlinearis glosa. propter quod aliqui expositores dicunt quod hic breuiter inconculcant due historie ita quod illi qui erant anthiochie ieiunauerunt et orauerunt pro ipsis. et tunc miserunt eos in iherusalem ubi erant apostoli ad quod solum pertinet manuum impositio. sed textus non videtur hoc innuere propter quod melius dicitur ut videtur quod iam in anthiochia in qua notabilis erat ecclesia ut dictum est supra in fine .11. capituli ad regimen ipsius fuerant ab apostolis aliqui episcopi ordinati et illuc missi et illi imposuerunt barnabe et paulo manus quod pertinet ad officia episcoporum eo quod sunt successores apostolorum .21. d. In nouo testamento. ¶ Et ipsi quidem. Hic consequenter describitur officij impositi executio. et proponitur publicatio euangelij per paulum cum barnaba. secundo ei supponitur .14. ibi post aliquot autem dies. Prima diuiditur in tres partes quia primo ponitur predicatio pauli sauli et barnabe in cypro. secundo in yconio .14. capitulo. tertio ponitur cuiusdam subuersi hominis directio .c. .14. Prima adhuc in duas quia primo ponitur apostolorum predicatio. secundo iudeorum contradictio ibi. Videntes autem. Prima adhuc in duas quia primo ponitur predicatio apostolorum in cypri insula. secundo in anthiochia ibi. et cum a papho. Circa primum dicit

et ipsi quidem missi a spiritu sancto ut patet ex dictis
Abierunt seleuciam · que est civitas edificata et denomina-
ta a seleuco rege asye de quo fit sermo 2. machabeorum 3.
Et inde navigaverunt cyprum que est insula famosa
predicabant verbum in synagogis iudeorum quia primo
debebat eis denuntiari verbum evangelium ut habetur
infra eodem capitulo · habebant autem et Iohannem in ministerio
· scilicet predicationis et hic est qui cognominatus est
marcus in fine capituli · precedentis · Invenerunt quendam
virum magum qui suis maleficiis deceperat
proconsulem et populum · cui nomen bariesu · Sic
enim est in libris correctis et in greco et tamen vulgo
sicut filius ihesu · Qui erat cum proconsule sergio
paulo · Ab isto mutatum est nomen sauli in pau-
lum ut communiter dicunt doctores quia fuit prima persona
nobilis que legitur conversa per predicationem sauli
Antiquitus enim homines ex aliquo facto nobili
sortiebantur nomina nova sicut Iohannes filius symo-
nis hyrcanus vocatus fuit ut habetur in scolastica
historia / machabei ex victoria quam habuit de
hyrcanis Iohannes hyrcanus vocatus fuit ut habetur
in scolastica historia · Resistebat autem illis ely-
mas magus · Iste est qui vocatus est bariesu
Elymas enim interpretatur dei mei mensura
vel census · sic enim faciebat se vocari ut crede-
retur nuntius dei · Querens avertere proconsulem
a fide · ut eum magis posset in sua familiaritate
tenere · Saulus autem qui est paulus · hoc est ille
qui prius saulus vocabatur · et modo paulus com-
dicta · Repletus spiritu sancto cuius virtute videbat
ea que erant aliis occulta · Intuens in eum dixit ·
compunctans dei sermone · O plene omni dolo in agi-
bilibus · et omni fallacia · In credibilibus fili dyaboli · per
imitationem in operibus · Inimice omnis iusticie
acquisite et infuse · Non desinis subvertere
quantum in te est · vias domini rectas · id est fidem et mores
Ecce manus domini super te · id est eius vindicta et erit
cecus · ut pena vindicat peccato · scilicet cecitas corporis
cecitati mentis · et confestim · id est instanti
ad ostendendum quod illa cecitas non fuit a causa
naturali sed supernaturali · Tunc proconsul cum vidisset
factum procedens ex divina virtute in testimonium
doctrine per apostolos predicate · Credidit cognoscens
quod deus qui est veritas prima non potest esse testis

falsitatis · Ammirans super doctrina dei quod esset
tante excellentie quod confirmaretur operibus facti
divina virtute · ¶ Et cum a papho · hic consequenter
describitur apostolorum predicatio in anthiochia · circa quam
primo ponuntur quedam preambula · scilicet de recessu
Iohannis et de accessu ad anthiochiam · 2º ponitur
predicatio ipsa ibi · Surgens autem · Circa primum
dicitur · et cum a papho navigassent paulus et
qui cum eo erant · scilicet barnabas et Iohannes · venerunt
pergen · nomen est civitatis in regione pam-
philie · Iohannes autem discedens ab eis · Causam huius
recessus non exprimit textus · Non videtur
tamen fuisse racionabilis · quia propter ipsam paulus
iudicavit eum non esse iterum recipiendum in
societate eorum ut habetur infra · 15º capitulo · Illi
vero pertranseuntes pergen venerunt antiochiam
pisidie · hoc dicitur ad differentiam anthiochie edificate
et denominate ab anthiocho magno de qua
dictum est in principio huius capituli · Et ingressi
synagogam die sabbatorum in quo congrega-
bantur ibi iudei · Sederunt ad audiendum
officium ibi solitum · Post lectionem autem legis et
prophetarum miserunt principes synagoge · Ex
quo patet quod eorum predicatio fuit efficatior ex hoc
quod non presumpserunt ad predicandum sed rogati
fuerunt · ¶ Surgens autem hic consequenter ponitur
predicatio ipsa in qua paulus ad eorum conversionem
facit talem racionem · Ille deus qui tot beneficia
patribus antiquis contulit redemptionem
nobis in semine david promisit sed hanc in ihesu
nazareno implevit ergo ei adherendum est
tamquam vero redemptori · Primam autem
propositionem concedebant et adhuc concedunt
sed secundam negabant et adhuc negant sic igitur
procedit apostolus quia primo tangit beneficiorum
collationem et benedictionis promissionem 2º eius
adimpletionem ibi · huius deus · 3º infert con-
clusionem intentam ibi · Videte ergo · Circa
primum dicitur · Surgens autem paulus ut melius
audiretur in tanta multitudine · Viri
israelite · qui habetis legis et prophetarum notitiam
Et qui timetis deum eius vitantes offensam
hoc enim dicit captando eorum benivolentiam
ut melius recipiant eius exhortationem · Deus

·2· vocatus

Plebis israel elegit patres nostros. In abraham
gen. 12. Et plebem exaltauit. per ipsum ioseph.
Cum essent incole in terra egypti. In qua
post mortem ioseph subiecti fuerunt graui
seruituti ut patet exo. i. et in brachio excelso
i. in signis mirabilibus eduxit eos ex ea ut
patet in exo. et per xl. annorum tempus. mores
eorum malos sustinuit in deserto. quia multo
tiens rebellauerunt domino ut patet in libris
exo. et nu. et destruens gentes vii. scilicet cana
neos amorreos eueos iebuseos phereseos
gergeseos etheos ut patet in libro iosue. sorte
distribuit eis terram eorum. ut patet iosue. 13. quasi post
ccccl. annos. scilicet a natiuitate ysaac a qua usque
ad exitum de egypto fluxerunt anni. ccc.
ut ostensum fuit gen. 14. et 40. usque ad in
gressum terre promissionis et inde xv. quibus
pugnauit iosue contra gentes predictas an
diuisionem terre. unde dicitur iosue xi. multo tempore
pugnauit iosue contra reges istos et post
hec dedit iudices ad regimen populi iudicum i.
usque ad samuel prophetam inclusiue quia ultimus
iudex et exinde postulauerunt regem. i. Reg.
8. Et dedit illis deus saul filium cys. i. Reg.
10. annis 40. In hoc numero includitur tempus
quo samuel populum iudicauit quia saul. 20.
annis tantum regnauit. et amoto illo propter peccata
sua suscitauit eis dauid regem. i. Reg. 16.
Tunc enim unctus fuit per samuelem. Cui
et testimonium perhibens dixit etc. i. Reg. 8. Huius
deus. hic consequenter apostolus declarat diuine promis
sionis impletionem. et primo ad hoc inducit scrip
ture testificationem ibi. et nos uobis etc. circa primum
dicit. huius scilicet dauid deus ex semine secundum promis
sionem eduxit israel saluatorem ihesum. quod enim
fuit de semine dauid patet mathei i. hoc etiam conti
netur in analibus iudeorum. intelligendum tamen
est christum a dauid descendisse secundum corpulenta
substantiam tantum et non secundum rationem seminalem. quod autem
ihesus nazarenus sit saluator israel declarat
secundo per predicationem iohannis baptiste que fuit sic
autentica quod christus esse credebatur non solum
a uulgaribus sed etiam a maioribus ut patet
io. i. ideo subditur. preunte iohanne. denuntiando christum

uenturum de proximo et ipsum ostendendo cum
digito dicendo. Ecce agnus dei etc. Io. i. baptismum penitentie
ut populus esset dispositus ad christum recipiendum
et ut baptismus iohannis esset dispositio ad baptismum christi. Quem
me arbitramini etc. per hoc apparet iohannis humi
litas et etiam ueritas. Cuius non sum dignus
calciamenta pedum soluere i. officium sibi etiam
minimum impendere. Non enim intenditur hoc quod christus
calciatus incesserit sed quod iohannem improportionabiliter
excesserit. hic enim modus loquendi non solum
ad homines sed etiam ad inanimata applicatur. sicut
de uino multum debili comparando ipsum
ad unum optimum dicitur quod non est dignum illud
discalciare significando quod nullius est momenti
respectu illius. Vobis uerbum scilicet incarnatum salutis
huius missum est scilicet principaliter tunc quando in propria
persona iudeis predicauit tunc quando in medio iudee
scilicet in ierusalem operatus est salutem. Ideo subditur. Qui
enim habitabant in ierusalem quantum ad uulgares
et principes eius quantum ad maiores. hunc ignorantes
scilicet ihesum nazarenum esse christum uerum. Alia fuit
tamen ignorantia principum alia uulgarium sicut
dictum fuit e. 3. c. Neutra tamen excusabat
a toto crimine sed aggrauabat quia procede
bat ex malicia. et uoces prophetarum que per omne sabbatum leguntur
quas sacerdotes et scribe ex inuidia male
interpretati sunt et sic populum deceperunt. Iu
dicantes christum esse morte dignum impleuerunt
prophetias de eius passione predictas secundum quod dicitur
ys. 53. tamquam ouis ad occisionem ducetur
etc. et in multis aliis prophetarum dictis. Et nullam
causam mortis inuenientes in eo sicut patet
ex euangelio et pilati testimonio. petierunt a py
lato ut interficerent eum per milites suos et
licet primo restiterit tamen finaliter petitioni eorum
acquieuit iudeorum fauore et cesaris timore.
Cumque consumassent omnia iudei mali. depo
nentes eum de ligno scilicet boni iudei ioseph et
nichodemus. ut legitur Io. 19. Sacra enim scrip
tura sub uno contextu frequenter transit
de bonis ad malos et econuerso sicut ps. 77. dicitur
Cum occideret eos querebant eum. Occisi enim
non poterant eum querere. Et ideo tunc dicitur
cum occideret eos intelligitur de penitentibus

et revertentibus a malo. et secundum illum modum exponendi sacram scripturam qui dicitur de corpore domini vero et sublato prout plenius dixi in principio gen. Deus vero suscitavit eum. Qui visus est viuens per dies multos. s. xl. ut dictum est supra. i. c. hijs qui simul ascenderant. i. apostolis qui usque nunc sunt testes eius per visum et auditum et operatione miraculorum in novo ipsius. ¶ Et nos. Hic ostendit inducit sacram scripturam ad suum propositum. d. et nos vobis annunciamus eam que ad patres nostros repromissio facta est de verbi incarnatione et eius a mortuis resurrectione sicut et in ps. 2. scriptum est qui ad literam intelligitur de xpo sicut ibi plenius dictum fuit. Filius meus es tu. naturalis et per consequens eiusdem substantie quia natura divina non est multiplex. Alij vero sunt filij adoptivi. Ego hodie genui te. i. eternaliter. eternitas enim per presentis temporis significatur eo quod in eternitate nichil transit in preteritum nec aliquid expectatur futurum. et sic ante xpi post deitatem est dictus xpi. humanitas vero eius apparuit ad sensum inter homines conversando et in ea moriendo. ¶ Quomodo declarat eum resurrexisse ad vitam immortalem. inducens ad hoc auctoritatem ysa. 55. ca. ubi enim nostra translatio habet feriam vobiscum pactum sempiternum misericordias david fideles translatio 70. habet quod hic dicitur. Dabo vobis sancta david fidelia. i. adimplebo vobis promissiones verba david firma et verissima et que sunt illa subdit. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem ps. 15. quod intelligitur de corpore xpi sanctissimo quod non fuit putrefactum nec incineratum sed virtute divina celeriter resuscitatum sicut dictum est supra plenius 2. ca. et quod hec scriptura non intelligatur de david sed de xpo ostendit. d. David enim in sua generatione i. in suo tempore. Cum administrasset regnum israel voluntati dei simpliciter obediens dormivit somno mortis. et vidit corruptionem. i. putrefactionem et incinerationem. Quem vero deus suscitavit a mortuis. s. homo xpus. non vidit. i. non est passus corruptionem. nam accelerata fuit eius resurrectio et ad vitam immortalem. Notum igitur sit vobis. Absque aliqua dubitatione. quia per hunc. tamquam per salvatorem vobis remissio peccatorum annunciatur. facta per eius humanitatem meritorie et per eius deitatem effective Quibus non potuistis in lege moysi iustificari. secundum quod dicitur heb. 10. Impossibile est enim sanguine hircorum aut taurorum auferri peccata In hoc. s. in xpo. omnis qui credit. fide formata caritate. iustificatur. Unde gen. 15. dicitur. Credidit deo abraham et reputatum est ei ad iustitiam. Videte ergo. Hic ostendit apostolus infert comminationem vz quod non debent esse increduli xpo ne super eos veniat pena et maledictio. d. Videte ergo. i. diligenter cavete. Ne superveniat vobis quod dictum est in prophetis. i. in libro 12. prophetarum. Abacuch. 1. primo secundum translationem nostram dicitur. Aspicite in gentibus et videte et admiramini et stupescite quia opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur. secundum vero translationem lxx. qua allegat hic lucas dicitur. Videte contemptores divine promissionis per xpm adimplete. et admiramini de magnitudine mali super vos venturi. Ideo subditur. Et disperdimini per romanos qui in penam mortis xpi destruxerunt civitatem et templum et ipsum iudeorum partim occiderunt et partim captivaverunt dispergentes eum per diversas partes orbis. et ista captivitas que maxima est et irreparabilis fuit figurata per captivitatem babilonicam de qua loquitur abacuch per illam tamquam per figuram dicens intelligere captivitatem per romanos factam et tunc futuram de qua loquitur hic paulus. Quia opus operor in diebus vestris. s. opus incarnationis xpi passionis et resurrectionis Quod non credetis etc. licet enim ad predicationem xpi et apostolorum plures de iudeis crediderunt ut patet ex supradictis tamen illi fuerunt pauci respectu non credentium Exeuntibus autem illis. s. paulo et barnaba. Rogabant. s. principes synagoge ut alio sequenti sabbato loquerentur sibi hec verba dicit expositores et glossa videtur innuere quod rogaverunt hoc maliciose. Iam enim moti erant contra barnabam et paulum eo quod paulus dixerat quod in lege moysi non poterant iustificari et ideo volebant iterum hoc audire ex ore eius ut sic haberent maiorem

patet ex sequentibus Eo quod precepisset claudius etc.
huius autem imperialis precepti causa non exprimitur
sed in scolastica historia dicitur quod hoc fuit quia
iudei habitantes rome familiaritatem contraxerant
cum agrippina eius uxore et faciebant eam
iudaizare. Accessit ad eos. Cumque erant
catholici. tum quia erant eiusdem artis s. scenofactorie. a scenos quod est tabernaculum sive
tentorium. Operabatur enim in hac arte paulus
pro victu suo habendo ne gravaret illos quibus
predicabat sumptibus ab eis accipiendis. et ut per hoc
refelleret pseudo apostolos propter questum predicantes. Disputabat. hic ponitur pauli predicatio cum dicit
disputabat in synagoga per omne sabbatum
Aliis autem diebus intendebat operi manuali.
Cum venissent autem de macedonia sylas
et thymotheus instabat verbo. quod autem subditur
in aliquibus libris evangelii non est in libris
correctis sed subintelligitur. Ante adventum
autem syle et thymotei predicabat paulus tantum
in diebus sabbatorum. sed post eorum adventum precepit frequentius. testificans iudeis ihesum esse
xpm. In lege et prophetis promissum et hoc per
testimonia legis et prophetarum. Contradicentibus autem eis et blasphemantibus xpm ihesum
excutiens vestimenta sua in signum quod fecerat debitum suum de annunciando eis veritatis verbum. Sanguis vester super caput
vestrum i. pena debita veniet super vos ex rebellione vestra. et migrans inde. non tunc eundo
aliam civitatem ut ex sequentibus patet. sed
ad alium locum eiusdem civitatis ideo subditur.
Intravit in domum cuiusdam nomine titi etc. prius
autem manebat in domo aquile et priscille.
Cuius domus erat iuncta synagoge. per hoc
enim paulus poterat facere maiorem fructum
in predicatione. eo quod paulus ibi conveniebat.
Ideo subditur. Crispus autem. iste est quem baptizavit
paulus sicut scribit i. cor. i. Cetera patent
usque ibi. Sedit autem ibi i. mansit sicut dicitur
Iudicum i. sedistis ergo in cades barne multo
tempore i. mansistis. Gallione autem. hic

cõtra describit adu'sariorum insurrectionem contra paulum
et patet lectura usque ibi. dicentes quia contra legem hic per
suadet hominibus colere deum. scilicet contra legem moysi
docet colere deum per cerimonias legis quas paulus
debere cessare dicebat ut patet in epistolis suis in plu
ribus locis. Incipiente autem paulo aperire os ad
respondendum. dixit gallio ad iudeos respondens
pro paulo. si quidem esset iniquum aliquid. inferendo
nocumentum alteri in rebus suis furto rapina
vel aliquo huiusmodi. Aut facinus pessimum. noce
do alteri in persona propria vel sibi coniuncta ut
pote in uxore vel prole quod est peius quam inferre
nocumentum in rebus. Recte vos sustinerem
audiendo querimoniam vestram et faciendo iusticiam.
Si vero questiones sunt etc. Erat enim gentil
et ideo non curabat nec ad eum pertinebat discu
tere questiones iudaice legis. Et minauit eos
a tribunali. tamquam detinentes tempus inferiore.
Apprehendentes autem omnes. scilicet ministri proconsulis
qui tales repulsos a iudice solent percutiendo
expellere. Paulus vero. hic consequenter describit
predicationem pauli in epheso et hoc dupliciter. primo in
suo adventu. secundo in suo reditu. 19. capitulo. prima in
duas. scilicet in partem principalem et incidentalem
que incipit ibi Iudeus autem. Circa primum dicit.
Paulus vero cum adhuc. Sustinuisset. id est expec
tasset. dies multos in corintho. fratribus valefa
ciens navigavit in syriam. id est versus syriam
quia tamen venit ephesum ut patet ex sequentibus
que non est in syria sed in asya. Qui sibi totonderat
in cheucris. qui est portus corinthiorum. Caput
secundum ritum nazareorum completo tempore voti sui. ut
habetur numeri. 6. hoc enim fecit paulus qui erat natione
iudeus ad evitandum iudeorum scandalum sicut
dictum est supra. 16. capitulo de circumcisione timothei. ideo
voluit tempore suo ut in primitiva ecclesia statim
inhiberetur hiis qui ex iudeis convertebantur observantia
legalium sicut inhibebatur hiis qui ex gentilibus
convertebantur gentilitatis ritus. ut inter hos
ritus differentia ostenderetur. nam gentilitatis ritus
repudiabatur tamquam omnino illicitus et semper a deo
prohibitus. Ritus autem legis cessabat tamquam im
pletus per christi passionem. utpote a deo in figu
ram christi institutus. que cessabat adveniente
veritate. Sed non statim omnino cessare debuit ne
ab aliquibus crederetur propter fuisse illicitus. sicut
gentilitatis ritus. Propter quod quibus de iudaismo li
cebat legalia observare tempore medio inter passionem
christi et publicationem evangelii. sic tamen quod non ponerent
ibi fidem credentes quod sine tali observatione fides
christi non sufficeret ad salutem. devenitque ephesum
et illos ibi dereliquid. scilicet aquilam et priscillam. Ipse
vero ingressus synagogam disputabat cum
iudeis. ostendens per scripturas in ihesu nazareno pro
missiones prius esse completas. Rogantibus autem
eis ut ampliori tempore maneret ad pleniorem eorum
informationem. non consensit. volens alibi proficere
ubi nundum erat sparsum evangelium. ordinavit tamen
ibi ministros ecclesie ad fidelium instructorem. sed
valefaciens et dicens ad sui excusationem. et
eorum consolationem. Iterum revertar ad vos deo
volente. quod et fecit ut patet capitulo sequenti. quod autem
in aliquibus libris interponitur. oportet me sollempnem diem
advenientem facere ierosolimam. Non est de tex
tu. nec est in libris correctis. quia nec tunc paulus
ivit in ierusalem sed postea per magnum tempus. et des
cendens cesaream que est metropolis capado
cie ut dicit glosa. Alia autem est cesarea philippi
in provincia phenicis. et iterum alia in palestina
de quibus dictum est supra. cetera patent usque ibi
Confirmans omnes discipulos. id est christianos in
fide christi. Iudeus autem. hec est pars inciden
talis in qua ostenditur processus pauli de qua sanctus lu
cas locutus fuerat. fuit. inventorum de predicatione
quam appollo fecit ibidem. dicit. Iudeus autem
quidam natione nomine appollo exprimitur nomen
eius quia erat famosus. Allexandrinus ge
nere. id est in allexandria natus per dispersionem
iudeorum quam fecerat antiochus. Potens in
scripturis legis et prophetarum. hic erat edoctus vi
am domini. id est evangelium christi. Imperfecte tamen
ideo subdit Sciens tantum baptismum iohannis. sed aquila
et priscilla qui remanserant ephesi hanc im
perfectionem suppleverunt. ex quo patet quod dictum est
supra in principio capituli. eos esse christianos. Cum autem vel
insset. scilicet in achaiam in qua est corinthus. Contulit multum
hiis qui crediderant prius per predicatorem pauli propter quod paulus. i.
corinthiorum. 3. capitulo dicit. Ego plantavi apollo rigavit etcetera.

XVIIII

Factum est autem. Hic consequenter describitur predicatio pauli apostoli ephesi suo reditu. Et primo quod post posuit habet predicatio. Secundo presumptionis quorundam reprehensio ibi Temptauerunt autem. Prima in duas quia primo describitur doctrina pauli quantum ad ueritatem baptismi. Secundo quantum ad predicationem euangelii ibi. Ingressus autem. Prima pars patet usque ibi. Si spiritum sanctum accepistis credentes. scilicet in signo sensibili quia tunc sic dabatur baptizatis per impositionem manuum apostolorum. sed neque si spiritus sanctus est etc. scilicet hoc modo datus uel dandus. Audiuimus. licet audiuissent quod deus esset unus et trinus cetera patent usque ibi. Johannes baptizauit baptismo penitentie populum. Erat enim baptismus Johannis quedam protestatio faciendi penitentiam et disponendi se ad baptismum xpi in quo datur gratia iustificans. dicens. In eum qui uenturus esset etc. hoc enim predicabat ut patet mathei iii. et Johannis i. His auditis baptizati sunt in nomine domini ihesu. In hac enim forma dabatur baptismus in primitiua ecclesia sicut dictum est supra ii. capitulo. cetera patent. Ingressus autem. Hic secundo ponitur doctrina pauli quantum ad publicationem euangelii cum dicitur. Cum fiducia loquebatur postposito timore humano. Disputans cum contradicentibus et suadens. uoluntarie audientibus. de regno dei id est de superna felicitate que consistit in aperta xpi uisione scilicet deitatis principaliter et humanitatis secundario suadebat etiam de modo ueniendi ad hanc beatitudinem qui est per fidem caritate formatam. Cum autem quidam indurarentur in sua infidelitate. maledicentes uiam domini id est doctrinam xpi coram multitudine quod erat signum obstinationis eorum. discedens ab eis paulus segregauit discipulos id est credentes ne inficerentur uerbis obstinatorum. Cotidie disputans ad declarationem euangelice ueritatis in scola. id est in edificio de quo paulus scolam fecerat. Tyranni cuiusdam dicunt aliqui quod tyrannus est nomen proprium illius cuius erat edificium Alii uero dicunt quod est nomen appellatiuum et accipitur hic tyrannus pro homine potente et fecerat ibi paulus scolam ut obstinati timerent eum impedire propter dominum loci potentem ideo subditur. Hoc factum est per biennium. patet. Ita ut omnes qui habitabant in asia audirent uerbum domini id est poterant audire libere. Virtutesque ad confirmationem huius doctrine. Non quaslibet faciebat deus. id est non modicas uel raras sed multas et excellentes unde subditur Ita et etiam super languidos etc. quod est maius quam si per tactum pauli uel eius orationem fierent talia. Temptauerunt autem postquam descripta est pauli predicatio. hic secundo ponitur presumptionis quorundam repressio qui uolebant expellere demones ab obsessis uirtute nominis xpi a paulo predicati in quem tamen non credebant et patet littera usque ibi. Sceue iudei est autem sceue nomen proprium illius principis sacerdotum. Ihesum noui et paulum scio id est uirtutem eorum cognosco. Vos autem qui estis quasi diceret ad uos non pertinet uirtutes illorum inuocare cum sitis increduli. et dominatus amborum id est duorum de septem filiis principis iudeorum Consequenter ponitur fructus huius repressionis cum dicitur. Hoc autem notum factum est omnibus per diuulgationem eorum qui uiderant. Et cecidit timor super illos ut nullus auderet talia attemptare. et et magnificabatur nomen domini ihesu tamquam magne uirtutis exemplo. multique credentium ueniebant ad paulum. Confitentes peccata sua. et relinquentes. Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati id est artes magicas. Contulerunt libros id est apportauerunt ad apostolum et combusserunt in contemptum diaboli et honorem ihesu xpi. Et computatis preciis illorum hoc additur ad ostendendum quod fecerunt ex magna uoluntate comburentes libros quos emerant ita care. Inuenerunt etiam quod denarius ualebat x. nummos usuales. ideo sic nominabatur a numero denario. Ita fortiter crescebat uerbum dei per multiplicationem fidelium et confirmabatur per augmentum fidei credentium. His autem expletis superius positis est mittere pauli progressus per orbem ad predicandum. hic secundo

ponitur eius regressus in ierusalem ad tollendum
pro fide catholica quam persecutus fuerat ibidem
ut dictum est. ix. viii c. et ix. Et dividitur in tres
partes quia primo ponitur inspiratio propositi. 2° remotio
impedimenti ibi. Facta est autem. 3° prosecutio
inspirati. 20. ca. ibi. Nos vero. Circa primum
dicitur. His autem expletis s. discursibus pauli pro
predicatione evangelii proposuit paulus in spiritu i. non
propria voluntate sed magis spiritus sancti revelatione
et ordinatione. Transita macedonia et achaia
ad confirmandum credentes et accipiendum col
lectam portandam fidelibus pauperibus qui erant
in ierusalem. oportet me et romam videre. tunc enim
sibi fuit revelatum quod de ierusalem iret roma.
modus tamen eundi et cetera non fuerunt tunc sibi
revelata sed infra. 23. Mittens autem in ma
cedoniam duos et cetera. hoc fecit ut collecta esset
facta antequam illuc veniret quod erat sibi honestius
et expeditius quia sic non oportuit eum ibi
contrahere moram propter dictam collectam. Facta
est autem. hic consequenter ponitur remotio impedimenti.
et dividitur in duas partes secundum duplex impedimentum
secundum ponitur 20. ca. ibi. Ubi cum cessasset. Prima
in tres. quia primo impedimentum ponitur. 2°. tollitur
ibi et cum sedasset. 3° iter pauli resumitur in principio
20. ca. Prima adhuc in duas quia primo ponitur
impedimenti motivum principium. 2° eius excitatio
ibi. His auditis. demetrius enim fecit illud im
pedimentum commovens civitatem contra pau
lum et eius socios motus propter temporale dampnum
et diane cultum. et patet littera paucis exceptis
que exponentur. de via domini i. de fide christi faci
ens edes argenteas diane. luna autem vocatur
dyana a dyan quod est lux grece et neos quod
est novum quia eius lux renovatur omni mense
dicebatur etiam a gentilibus presens venantium quia
eas ornat de nocte et quia in illis nichil crescit.
pingebatur dyana in venatoris figura tenens
sagittas eo quod radios suos emittit usque ad terra
tales igitur ymagines dyane faciebat de ar
gento iste demetrius et tabernacula argentea
pro reponendis ymaginibus sicut frequenter fit
in ecclesia de ymaginibus sanctorum. prestabat artifi
cibus. Inter quos erat principalis. Sciatis quia

de hoc artificio est nobis acquisitio. magni lucri.
paulus hic suadens avertit multam turbam
ab emptione talium ymaginum. dicens in eis nichil
esse numinis aut virtutis. Non solum autem hec pe
riclitabitur nobis pars in redargutionem venire quia
redarguent de falsitate faciendo ymagines
nullam virtutem habentes. sed et magne dyane
templum et cetera. cultus eius totaliter deficiet
quem coluerunt patres nostri. His auditis
hic consequenter ponitur commotionis excitatio contra
paulum et socios eius quos volebant inter
ficere per civitatis commotionem contra eos. et patet littera
usque ibi. Et impetum fecerunt uno animo in the
atrum. locus erat ubi puniebantur rei et dicitur a theo
ria i. spectaculo eo quod multi veniebant ad ta
lia spectulandum. Illuc enim violenter traxerunt
comites pauli cetera patent usque ibi. Erat enim
ecclesia i. congregatio populi. Confusa enim pro
magna parte ignorabat causam illius commotionis
De turba autem detraxerunt allexandrum propellentibus
eum iudeis quia volebat excusare paulum
sed non habuit auditum sed magis clamorem argu
mentum. Et cum sedasset. hic impedimentum
dicte commotionis tollitur cum dicitur. Et cum sedasset
scriba turbas. hic enim habebat officium publicum
in civitate propter quod poterat populum magis se
dare. Quis est hominum qui nesciat et cetera. quasi dicat non
oportet hoc clamare cum sit notum omnibus quod pl ex
iovis i. dyane progenite a iove de latona eius
concubina ut scribunt poete. quod demetrius et
qui cum eo sunt artifices habent adversus aliquem
istorum hominum. causam aliquam racionabilem. Conventus
forenses aguntur in quibus cause ventilantur.
et proconsules sunt. s. presentes ad iudicandum
accusent invicem coram iudicibus si habent ra
cionabilem causam. Si quid autem alterius queri
tis preter causam demetrii et qui cum eo sunt artifi
cum et in hoc alloquitur populum preter artifices com
motum. In legitima ecclesia i. in congregatione
proconsulum legitime iudicantium. poterit absolvi
i. determinari. Nam et periclitamur i. in
periculo sumus. Arguit seditionis hodierne. a
preside vel imperatore tamquam negligentes de
custodia civitatis in pace. Cum illo. stilus

nem obnoxius sit . i . reus . de quo possumus red
dere rationem . uiris superioribus . Concursus istius
. i . commotionis populi . et cum hec dixisset ille scriba
dimisit ecclesiam . i . populi congregationem precipiens ut
quilibet iret in pace ad domum suam .

XX

Postquam autem . hic consequenter describitur
iter pauli cum dicitur . vocatis
paulus discipulis . i . catholicis
et exortatus eos ut in bono
incepto permaneret . vale dixit recedens ab
eis . et profectus est ut iret in macedoniam
sic enim per spiritum sanctum ordinatum fuerat ut prius
visitata macedonia iret versus iherusalem ut dictum
est capitulo precedenti . Cum autem perambulasset
partes illas . s . macedonie . et exortatus eos fu
isset multo sermone ut firmiter permanerent
in fide venit ad greciam . id est ad aliam partem
grecie . nam et macedonia est in grecia lar
ge dicta . // Ubi hic ponitur 2m impedimentum
sibi factum ex insidiis iudeorum in via disposita
ab eo eum occidere volentium . habitoque consilium
ut reverteretur per macedoniam ad evadendum
illas insidias et sic fuit retardatus ab itinere
Comitatus est eum sosi pater pyrri . s . filius .
beroensis . i . de civitate beroe . hii cum precessissent
nos sustinuerunt . lucas . n . qui loquitur rema
serat cum paulo a recta via propter insidias de
clinante . // Nos vero remotis impedimentis
itineris pauli . hic consequenter ponitur prosecutio itineris
inchoati . s . versus iherusalem . et primo ponitur per viam
processus 2o . ad terminum accessus . c . 21 . Post dies
autem istos . Premia dicitur in quatuor partes secundum
quatuor loca in quibus paulus fecit aliquam
moram que patebunt prosequendo . Primus vero
locus fuit civitas troade ad quam primo describitur
pauli perventio cum dicitur . Nos vero naviga
vimus post dies azimorum . i . sollempnitatem pas
cali transacta . a philippis . que est civitas ma
cedonie qua primo paulus intravit ut habetur
supra . 16 . et ab ea ultimo recessit ut hic habetur .
et venimus ad eos troadem . ubi expectabant co
mites pauli qui eum precesserant ut dictum est
ubi demorati sumus diebus septem ad credendum

confirmationem . // Una autem sabbati . hic
secundo ponitur pauli predicatio cum dicitur . Una autem
sabbati . i . die dominica que est prima post sabbatum . Cum
convenissemus ad frangendum panem pro re
fectione corporali . paulus disputabat cum eis
prius reficiens eos pane verbi divini . profecturus
in crastinum . ut verba que recedens dicebat
arctius in cordibus audientium impressa re
maneret . protraxitque sermonem multum sollicitus
de cibo spirituali et parum de corporali . // Sedens
autem . hic 3o . ad confirmationem doctrine pauli
ponitur suscitatio mortui . et post verba usque ibi
incubuit super eum ex magna compassione
deum orans pro eius suscitatione . Nolite tur
bari . etc . sciebat enim per spiritum adolescentem resus
citatum . Ascendens autem ad cenaculum unde
invenis ceciderat . frangensque panem et gustans
. i . modicum accipiens . Satisque allocutus est . cir
cumstantes verbis edificatoriis usque in lucem .
diei . et sic profectus est ex quo patet sollicitudo
pauli pro salute proximi quia profecturus in crastinum
per totam noctem non dormivit intentus pre
dicationi usque ad mediam noctem et tunc re
suscitato euthico et modico pane gustatus
sermonem resumpsit usque ad diem claram et sic
ivit viam suam . Adduxerunt autem puerum
viventem . In conspectu omnium . et consolati sunt
non minime de vita pueri et facto miraculo
ad gloriam dei . // Nos autem . hic consequenter ponitur
secundus modus in quo paulus contraxit moram
. s . apud miletum ad quem primo describitur accessus .
secundo bonus fructus ibi . A mileto autem . 3o . flebilis
recessus ibi . et cum hec dixisset . Circa primum
dicitur . Nos autem ascendentes navem . s . in paulo .
Navigavimus in asson nomen est loci . ad quem
paulus venit per terram . Assumpto eo . s . paulo
venimus mitilenem . nomen est insule . Et inde
navigantes sequenti die venimus contra
chium . Aliqui dicunt quod sunt due dictiones . Alii
dicunt quod una tantum . Alia die applicuimus samum .
nomen est portus et sequenti die venimus mi
letum . ubi proposuerat paulus aliquantulum pau
sare . et dedit rationem quare navigando transie
rat ephesum absque applicatione ad locum que tamen

erat ciuitas metropol. et in qua paulus fre
quenter p̄dicauerat cum subdit. Ne qua mora
illi fieret in asia. si enim declinasset illuc opor
tuisset eum diutius morari propter multitudinem
credentium et sollempnitate loci. et causa festina
tionis pauli subdit. Ut diem penthecoste faceret
Ierosolimis. i. sollempnizaret. Erat enim illa di
es sollempnis propter datione legis que fuit ad deca
logi precepta exo. 20. que manent in lege noua
et propter dationem spiritus sancti credentibus in spe-
cie visibili supra 2. Amileto. hic po. quis fructus
quia paulus mandauit ibi ministros ecclesie de to
ephesina diocesi exhortans eos ad bonum re
gimen ecclesie dei. Informans eos primo contra
securitatem persecutorum. 2° contra fraudulen
tiam deceptorum ibi. Attendite uobis. 3° contra
concupiscentiam temporalium bonorum ibi. Argentum autem
et in omnibus ponit se pro exemplari. i. decens
facto et verbo prima pars patet usque ibi. et
temptationibus. i. periculis mortis. Que michi
acciderunt ex insidiis iudeorum pro quibus tamen
nichil omisi de contingentibus ad vestram salu
tem et docerem vos publice et per domos. i. priuate
testificans iudeis atque gentibus. Induit. In
deum penitentiam. i. annunciando eis penitentiam in deum
ordinantem. Et nunc ecce alligatus ego spiritu.
i. ex reuelatione spiritus sancti ad hoc astrictus cui
tamen volo prompte in omnibus obedire. vado in
iherusalem. que in ea uentura sunt michi ignorans.
In speciali. sciebat tamen in generali ideo subdit. Nisi quod
spiritus sanctus per omnes ciuitates. i. frequenter protestatur
michi dicens. quoniam vincula et tribulationes Ierosolimis
me manent. i. ibi me expectant. Sed nichil
horum vereor. i. timeo sustinere propter xpm. Nec
facio animam meam. i. vitam meam sensibilem
preciosiorem quam me. i. quam animam meam in
tellectiuam que dicitur ipse homo eo modo loquendi
quo totum nominatur a parte nobiliori. Cetera
patent usque ibi. Quapropter contestor vos ho
dierna die. i. hac ultima vice pro omnibus
quia mundus sum a sanguine omnium. s. vestrum
si de cetero incurrerat aliquod graue peccatum
et subdit causa. Non enim subterfugi. propter que
cumque pericula imminentia michi. Quo minus

annunciarem omne consilium dei vobis. de pertinentibus
ad salutem. Attendite uobis. hic consequenter informat
eos contra fraudulentiam deceptorum dicens. Atten
dite uobis in personis propriis. et vniuerso gregi
commisso vobis regimini. In quo. s. grege. vos spiritus
sanctus posuit episcopos. i. ministros. sub nomine
enim episcoporum intelliguntur alii ecclesie ministri. vn
episcopus grece superintendens est latine et huius
vigilancie subdit causam dicens. ego scio. per reuelationem
spiritus sancti. Quoniam intrabunt post discessionem
meam lupi rapaces in vos. i. falsi apostoli ad
decipiendum vos. et ex uobis ipsis resurgent
viri loquentes peruersa. i. heretici corrumpentes
articulos fidei. propter quod vigilate super custodiam
gregis uobis commissi. memoria retinentes ea
que sollicite vos docui. Ideo subdit. quoniam per tri
ennium. et quia nisi dominus custodierit ciuitatem
frustra uigilat qui custodit eam ps. 126.
Ideo subdit. et nunc commendo uos deo et verbo
gratie eius. i. facto uel effectui verbum enim in
scriptura frequenter accipitur pro facto Luce 2. Vz. i. quod
est verbum quod factum est et maxime in deo
cuius dicere est facere ps. 32. dixit et facta sunt
Qui potens est edificare per gratiam in presenti et
dare hereditatem. glorie in futuro. In sanctificatis
omnibus. Nam ibi nullus admittitur nisi sanctus
Argentum autem. hic consequenter informat eos contra
concupiscentiam temporalium per suum ipsius exemplum
quod erat eis per experientiam notum. Ministra
uerunt manus iste. Apud enim eos vixerat de
proprio labore et subdit causam dicens. omnia ostendi uobis
pro exemplo perfectionis. Quoniam sic labora
tes. i. de proprio labore viuentes. oportet sus
cipere ad doctrinam fidei infirmos qui sunt
auari et ad dandum tardi licet enim paulus
posset accipere sumptus ab illis quibus predicabat
Tamen frequenter abstinebat ne fructus
predicationis impediretur in illis qui propter
auariciam suam ab auditu predicationis retrahe
rentur. subdit etiam aliam causam dicens.
Ac meminisse verbi domini ihesu sicut oportet.
quoniam ipse dixit. licet hoc non habeatur in
euangelio. tenendum est tamen firmiter quod dixit.
quia non omnia eius facta sunt scripta. Io. vlt.

et multominus omnia eius verba. sed paulus
per revelationem habuit hoc xpo verbum sicut et
eius evangelium gal. i. beatius est magis dare
quam accipere. ex hoc voluerunt aliqui dicere quod
maioris perfectionis est divitias proprias in
seculo pauperibus erogare quam in religione
mendicare. Sed hoc reprobatur li°. de eccle
siasticis dogmatibus ubi dicitur bonum est cum dis
pensatione bona pauperibus erogare sed melius
est intentione sequendi xpm totum simul
donare et absolutum a sollicitudine cum
xpo egere. et ieronimus contra vigilantium dicit
quod asserit melius facere qui utuntur rebus
suis et paulatim fructus possessionum paupe
ribus dividunt etc. scilicet non a me sed a deo
videtur. Vade vende omnia que habes et
da pauperibus et veni sequere me. propter quod ubi
istud beatius est etc. Intelligendum ceteris paribus
que non sunt in proposito. // Et cum hec dix
isset. hic ultimo ponitur pauli flebilis re
cessio eo quod dixerat quod non viderent amplius
faciem eius et patet litera hoc excepto. Ora
vit cum omnibus illis. scilicet pro consuetudine
eorum a quibus recedebat et directione sui et
eorum quos secum ducebat.

XXI

Cum aut factum esset etc.
hic ponitur tertius locus
in quo paulus fecit aliquam
moram. scilicet civitas tyri
ad quam primo ponitur accessus et exprimuntur
hic aliqua loca per que transivit paulus sine
mora et patet litera. sciendum tamen quod ponitur in
aliquibus libris. deinde mirream sed non est
de textu nec est in libris correctis. In
phenicem nomen est provincie. et venimus tyrum
et subditur causa cum dicitur. Ibi enim navis. In
qua eramus. erat expositura onus .q. d. propter
hoc necesse fuit quod ibi applicaremus. Inventis
aut discipulis. i. xpianis mansimus ibi diebus
septem ad consolationem meam corporalem post
navigationem et ad credentium ibi manen
tium spiritualem consolationem. Qui paulo dicebat
per spm prophetie. ne ascenderet ierosolimam

Sciendum quod hoc non dicebant iniungendo per spm
sanctum qui paulo dicebat illuc ascendere.
et sic contraria diceret. sed per spm prophetie habebant
quod si paulus ascenderet in ierusalem ibi sustineret
persecutionem propter quod ei compatientes ex spiritu
suo suadebant ne illuc ascenderet. est enim
ierusalem in altiori situ quam tyrus cetera pa
tent. // Nos vero hic quintus ponitur quintus
locus ubi moratus fuit aliquantulum
paulus. scilicet cesarea ad quam describitur accessus
cum dicitur. Nos vero navigatione ex
pleta. i. disposita et preparata. A tyro des
cendimus tholomaidam que nunc dicitur acon
et salutatis fratribus. i. xpianis ibi manen
tibus. Mansimus die una. Ista mora propter
sui brevitatem non addit ad numerum aliorum
quatuor. Alia aut die profecti venimus ce
saream. palestine quam herodes in nomine
cesaris appellavit cesaream que prius
turris stratonis dicebatur. Et intrantes
domum philippi evangeliste. Aliqui dixerunt
quod ille fuit philippus apostolus eo quod dicitur hic eva
gelista. i. annunciator evangelii ex officio
quod proprie pertinet ad apostolos. sed istud removet
per hoc quod subditur. Qui erat unus de septem
scilicet dyaconibus de quibus habetur supra. 6°. ca°. Si
enim esset philippus apostolus diceretur unus de du
odecim dicitur ergo iste evangelista quod tempore
persecutionis verbum evangelii predicavit
ferventer. ut .8°. ca°. Supervenit quidam
vir habens spm prophetie ut habetur .ii°. Tulit
zonam pauli et alligans sibi pedes etc.
In hoc imitabatur modum prophetarum antiquorum
qui prophetabant aliquando non solum verbis sed
etiam sensibilibus factis sicut ieremias posuit
cathenas ligneas in collo suo Ier. 27°. ad
significandum quod illi de quibus prophetabat du
cerentur in captivitatem cathenati cetera
patent. // Post dies aut. postquam descriptus
est processus pauli per viam. hic quintus describitur
eius accessus ad finem. scilicet ierusalem ubi per spm
veniebat ad tollerandum persecutiones sicut
ibidem persecutus fuerat etiam iesus divid
in duas partes quia primo ponitur eius benigna

receptio a xpianis 2° maligna psecutio a iudeis ibi. Dum aut septem dies prima in duas quia primo ponitur pauli receptio 2° sibi facta psuasio ibi. Dixeruntque ei. Circa primu dr. post dies aut istos mansionis in cesarea Ascendebamus ierusalem. Que in altiori situ e qm cesarea. Venerut aut quida ex discipulis volentes puidere paulo et suis socijs de hospicio. Cypriu quend antiquu discipulum .i. a longo tpre infidelitate ptatum ste Iason videt fuisse domiciliu inter cesarea et ihrlm ubi caritative recepit paulum. et cum venissemus Iosolimā libenter exceperunt nos fres .i. xpiani in ihrlm hitantes. Sequenti aut die introibat paulus nobiscum ad iacobu epm iosolimitanu. Dixeruntque ei. hic ponitur sibi psuasio facta paulo circa qua sciend qd aliqui detrahentes paulo scimauerant ihrlm qd ipe predicans iudeis p alias ptes dispsis affirmabat eis illicitum ee etiam illo tpre circumcisione et alias legis cerimonias suare quod non erat vm ymo ipemet thimotheu circumcidit ut dictum e supra .16. et i cencris caput sibi totondit. c. 18. pp quod ad remouendum scandalum iudeorum in ihrlm hitanciu psuaserut paulo Iacobus et alij seniores ut purificaretur in templo cum quibusdam nazareis ut sic omnibus appareret fsm qz de ipo fuerat dictum et ipe consensit ut p hoc qd erat sibi licitu illo tpre amoueret scandalu infirmorum. primo igitur circa hoc ponitur psuasio iacobi. 2° assensus pauli ibi Tunc paulus. prima pars et scda patent ex dictis preter excepto que discurrentur. et omnes emulatores sunt legis .s. suande ne statim dimittatur tamqua illicita sicut ritus gentilium. Audierunt eni de te rc. qd hoc doceas quod tn non est vm. oz conuenire multitudinem de te verbis falsis scandalizatur. et impende in illis .i. fac oblaco tu illis que solet fieri in talibus. Oz ambulas et ipe custodiens legem. tamqua adhuc suari licitam dum tn non ponatur ibi fides tenendo qd sine tali obsuatione fides xpi non sufficeret ad salute

secundo subditur. de hijs aut qui crediderunt ex gentilibus quos saluari credimus p fidem xpi sine circumcisione et alijs legalibus ut habetur s. 15°. Scripsimus iudicantes ut abstineant rc pro iudeorum et gentiu coi societate suanda ut dictu est s. Annunciaus expletione dierum purificationis. hoc eni denunciabat facto purificatus cum illis nazareis qui purificabantur tmo voti sui expleto. xv .6. Dum aut. hic ponitur describitur pauli psecutio a iudeis et primo ponitur hec psecutio. 2° subditur pauli appello. c. 25°. ibi festus aut. prima in duas. quia po ponitur psecutio pauli in ihrlm 2° apud cesaream. c. 24°. Prima adhuc in duas quia po ponitur ista psecutio. 2° psequetiu dissensio. 23° c. ibi. Intuens aut paulus. prima adhuc in duas. quia primo interfectio pauli expetit. 2° eius ereptio. ibi. Querentibus aut. Circa primu dr. dum aut vij dies consumarentur. Consumacio istorum dierum accipienda est a principio ascensus pauli in ihrlm dicit tn glosa qd iudicium erat ista consumacio si appinquabat ita scdm veritatem erat dies quintus et hoc dicit glosa ad verificandum verbum quod dicit paulus infra .24°. non sunt plus michi dies qm .12. ex quo ascendi adorare in ihrlm quia cum istis .5. oportet addere diem in qua dissoluit paulus saduceos et phariseos et iteru aliam qua ductus fuit cesaream ut patet in textu et iterum .5. dies post quos princeps sacerdotum accusauit paulum in cesarea ut habetur infra 24°. quibus simul iuncti sunt 12. dies precise. sz hic modus loquendi videtur extraneus .s. qd p quinque diebus dicatur vij. ideo aliter pot dici qd dies illa purificationis fuit vij ab ingressu pauli in ihrlm ut textus innuit et .5. dies quibus princeps sacerdotum venit cesaream accusare paulum incipiunt a pauli purificatione et captione exclusive et sic hntur .12. dies precise. dies aut in qua soluit abinuicem phariseos et saduceos et alia in qua ductus fuit cesaream simul concurreret cum duobus primis de illis .5. quibus princeps sacerdotu venit cesaream. hij qui de asia erant iudei. In

iudaismo obstinati qui ibidem paulo contradixerant. Cum vidissent eum in templo ubi erat iudeorum obstinatorum multitudo. Concitaverunt omnem populum contra paulum. et iniecerunt ei manus clamantes. eum morte dignum. Et subditur. Hic est homo qui adversus populum et legem et locum hunc omnes ubique docens. hoc dicebant quia paulus referebat gentiles verbum dei devote recipientes iudeis ipsum repellentibus ut patet in pluribus locis supra. et quia legem novam preferebat veteri. et quia dicebat verum sacrificium scilicet eucaristiam ubique posse offerri et non solum in iherusalem ubi tantummodo licitum erat offerre sacrificia iudeorum. Insuper et gentiles induxit in templum. licet autem gentiles possent ingredi templum quantum ad illam partem in qua orabant homines immundi. tamen ingredi non poterant ubi purificabantur nazarei ad quem estimabant paulum gentiles induxisse. Et apprehendentes paulum trahebant eum extra templum ut ibi occideretur. Sicut ioiada pontifex fecit educi athaliam extra septa templi ut ibi interficeretur. 2. paral. 23. et statim clause sunt ianue ne templum contaminaretur ex eius morte. Querentibus autem. Hic consequenter paulus de iudeorum manibus eripitur. et primo tribunus eripit illum. 2o. paulus petit alloqui populum ibi. Et cum cepisset. Circa primum dicendum. Nuntiatum est tribuno cohortis. Cui erat imposita custodia civitatis. et iussit alligari cathenis duabus ne posset evadere donec inquisivisset de eo. cetera patent usque ibi. tolle eum. scilicet de vita presenti tamquam vivere indignum. Et cum cepisset. Hic consequenter paulus petit alloqui populum. et dividitur in duas partes quia primo ponitur huius allocutionis concessio 2o. allocutionis executio ibi. Et cum ille. Circa primum dicendum. Et cum cepisset duci in castra. id est intra fortalicium manebat tribunus cum militibus. Si licet michi loqui etc. humiliter petit ut citius impetret quod querit. Qui dixit ei grece nosti. ex hoc videtur quod iste tribunus fuit grecus propter quod petebat si paulus sciret linguam grecam ut sibi loqueretur in ydiomate magis sibi noto et ut iudei assistentes

non intelligerent. Nonne tu es egiptius etc. de isto dicit iosephus. 20. libro antiquitatum iudaice quod venit in iudeam fingens se prophetam et congregavit sibi multitudinem educens eam extra iherusalem dicens quod ad eius iussum muri iherusalem corruerent et sic intraret subito et bona raperent civitatis. sed felix preses preveniens cum multis armatis multos ex eis occidit et aliquos vivos cepit. Ille vero falsus propheta per fugam disparuit et probabile est quod multi cum eo sic evaserunt licet iosephus non dicat et eduxisti in desertum. primo enim illos eduxit in desertum et postea reduxit prope iherusalem ut depredaretur civitatem modo predicto. Quatuor milia virorum sicariorum. est autem sica gladius brevis quo tunc utebantur latrones et homicide. et inde sicarii dicebantur. et dixit paulus se excusando. ego homo sum quidem iudeus a tharso cilicie natus et sic non sum ille egiptius. Non ignote civitatis. ymo famose. municeps. id est habitator. Rogo autem te permitte michi loqui ad populum. volebat enim per narrationem sue conversionis annuntiare ihesum christum et incredulitatem iudeorum ut patet ex sequentibus. Et cum permisisset. Hic consequenter ponitur allocutionis executio in qua paulus primo ad hoc disponit. 2o. propositum exequitur 22o. capitulo. Circa primum dicendum. Et cum ille. scilicet tribunus audiretur ab omnibus inferius. Annuit manu ad plebem. ut faceret silentium.

XXII

Viri fratres. Hic consequenter paulus propositum exequitur. et primo ponitur eius narratio. 2o. plebis exclamatio ibi. Audiebant autem. 3o. cause disquisitio ibi. Vociferantibus autem. Prima in tres quia primo paulus narrat suam iudaicam conversationem. 2o. suam ad christum conversionem ibi. Factum est autem. 3o. sibi factam in templo visionem ibi. factum est autem mihi. Circa primum dicit paulus. Viri fratres quantum ad minores. Audite diligenter que sequuntur. Magis prestiterunt silentium. eo quod per hoc senserunt ipsum esse iudeum quia linguam illam melius intelligebant quam aliam. Ego sum vir

iudeus natione et religione. Natus tharso cilicie ubi pater pauli fuerat translatus. Nutritus autem in ciuitate ista scilicet ierusalem ubi fuerat missus a patre pro studio sacre scripture que uigebat ibi. Secus pedes gamaliel id est in doctrina eius qui erat doctor ualde famosus ut habetur supra v. capitulo. emulator legis id est zelans pro eius obseruatione quod declarat per effectum dicens. Qui hanc uiam scilicet doctrinam christianam persecutus sum usque ad mortem. Intendens adnichilare ipsam ut habitum est supra viii. et ix. capitulo. Sicut princeps sacerdotum testimonium reddit michi. Receperat enim litteras sibi datas a principe sacerdotum de consilio maiorum que sibi erant in testimonium istorum. Factum est autem. hic consequenter narrat suam mirabilem conuersionem. et patet sententia ex dictis supra ix. capitulo usque ibi. Deus patrum nostrorum preordinauit te. sua benignitate ut cognosceres uoluntatem eius de tua conuersione. et uideres iustum scilicet christum hominem et deum quem uidit in raptu non oculis corporis sed mentis. et audires uocem ex ore eius dicentis. saule saule quid me persequeris et cetera. Quia eris testis illius scilicet christi ad omnes homines iudeos et gentiles. baptizare et abluere peccata tua per uirtutem baptismi qui est sacramentum fidei. Inuocato nomine ipsius. Tunc enim in nomine christi dabatur baptismus uerbis dictis supra ii. capitulo. Factum est autem. hic consequenter narrat uisionem sibi factam dicens. factum est autem reuertenti michi in ierusalem. hoc non fuit immediate post suam conuersionem. sed cum lustrata arabia rediit damascum et inde ierusalem ut dictum est supra ix. capitulo. et habetur ex epistola ad galatas i. capitulo. Fieri me in stupore mentis id est in raptu. et uidere illum scilicet christum in uisione ymaginaria et intellectuali. Festina et exi uelociter ex ierusalem quasi dicat. Inutiliter ibi remaneres. et subdit causam. Quoniam non recipient testimonium tuum de me. quod admirans paulus respondit. Domine ipsi sciunt et cetera quasi dicat. per ea que feci contra te et fideles tuos debent esse certi quod nullo modo te predicarem nisi de ueritate certificatus essem. Vade quoniam ad nationes longe mittam te. quasi dicat. gentiles nomine meum recipient quod in iudeis impugnant. Audiebant autem. hic consequenter ponitur ortus clamoris contra paulum quia per uerbum eius ultimum insinuabatur quod iudei maxime habitantes in ierusalem erant adeo reprobati et gentiles quos iudei uiles reputabant erant a deo electi. Ideo clamabant paulum debere mori. Vociferantibus. hic consequenter inquiritur causa dicti clamoris et diuiditur in duas quia primo attentatur indebitus inquirendi modus. secundo subditur alius debitus ibi postea autem. Circa primum dicitur. Vociferantibus autem eis. ut per clamorem optineret quod per rationem non poterat. Et proicientibus uestimenta sua. In signum doloris. Et puluerem in aerem iactantibus. in detestationem uerborum pauli. Iussit tribunus induci eum in castra ut causam dicti clamoris inquireret per tormenta. et cum astrinxissent eum loris. ut flagellaretur et torqueretur. Dixit astanti sibi centurioni qui preerat tortoribus ne modum torquendi consuetum excederent uel diminuerent. Si hominem romanum et indempnatum licet uobis flagellare quasi dicat. certum est quod non. Ciues enim romani reputabantur nobiles per totum orbem eo quod ciuitas romana dominabatur orbi. Nobiles autem non questionabantur tunc temporis et adhuc non questionantur in multis locis. cetera patent usque ibi. Ego multa summa scilicet pecunie ciuilitatem istam consecutus sum scilicet ut ciuis romanus essem. quasi dicat. quomodo ciuem romanum ita te facile dicis qui pauper et abiectus uideris. Et paulus ait. ego autem et natus sum ciuis romanus quasi dicat. pinguius ius habeo in hac ciuilitate quam tu. Pater enim pauli insignem nobilitatem habuit a romanis ut dictum fuit supra ii. thimotheo iiii. et sic paulus eius filius natus fuit ingenuus. omnes autem ingenui erant ciues romani. Tribunus quoque timuit. ne ex applicatione pauli ad tormenta accusaretur superioribus et puniretur.

XXIII

Postera autem die. hic consequenter ponitur alius inquirendi modus et licitus scilicet per eos uocando et eos diligenter audiendo. et patet littera usque ibi. Ego omni conscientia bona conuersatus sum

· nobilis non quia

an deum. et non solum ante homines sicut faciunt
ypocrite q. d. sine causa persequimini me. Prin
ceps autem sacerdotum etc. dolens enim de hoc quod
paulus se iustificabat iussit percutere os eius per
hoc insinuans quod falsum dicebat. percutiet te deus
paries dealbate. i. habens apparentiam tantum iusticie sed
non existentiam. Summum sacerdotem dei maledicis.
q. d. si non esset aliud crimen ex hoc tamen incurristi
condignam penam. dixit autem paulus. se excusando
Nesciebam fratres etc. De longinquis enim partibus ve
nerat ut patet ex predictis et parum in iherusalem steterat
propter quod personam summi pontificis non cognoscebat
scriptum est exo. 22. ¶ Sciens autem paulus supra
descripta est pauli persecutio. hic consequenter describitur perse
quentium dissensio. sicut enim unitas bonorum utilis
est sic unitas malorum est nociua bonis propter quod
eorum dissensio est expediens ut per hoc eorum ma
licia impediatur propter hoc paulus eorum dissensio
nem procurauit et diuiditur in duas quia primo
ponitur huius dissensionis principium. 2o. oritur
contra paulum noua machinatio ibi. Facta autem die.
Circa primum dicendum. Sciens autem paulus etc. quia
per magnum tempus ante inceperant iste secte ut
dicit iosephus antiquitatum iudaice li. 18. ex
clamauit in concilio ut ab omnibus audiretur
ego phariseus sum quantum ad hoc quod credebat re
surrectionem mortuorum spiritum et angelum. filius
phariseorum. patre enim suus spiritualis qui eum instruxit
erat. s. gamaliel phariseus fuerat ut patet ca. 5.
to. et sic pater suus carnalis qui eum posuerat
sub disciplina gamaliel. de spe et resurrectione
mortuorum. i. propter spem vite future quia ex
pecto et resurrectionem mortuorum quia predico
ego iudicor. i. ad mortem condempnari queror
et cum hoc dixisset facta est dissensio etc.
Nam pharisei eius dictum approbabant. Sadu
cei vero reprobabant et ita sub dicendum dicitur
Saducei autem dicunt non esse resurrectionem in
mortuorum. et sic negabant vitam futuram
nichil enim immortale dicebant esse in homine.
neque angelum negabant enim omnem creatu
ram spiritualem. Neque spiritum generale. Nam et
ipsum deum dicebant esse corporeum. propter quod
de libris sacre scripture recipiebant tantum
quinque libros moysi qui minus expresse lo
cuntur de istis quam libri prophetarum et hic error
processit ex hoc quod intellectus humanus semper intel
ligit cum fantasmate quod non potest corporalia
transcendere. unde cogitans angelum format sibi
fantasma hominis alati. et cogitans deum format
sibi fantasma cuiusdam regis magni omnibus
presidentis. processit etiam ex falso intellectu
scripture que deo attribuit formam corpoream
ut manus oculos aures et corporis membra
per que virtutes eius spirituales intelligere. sicut
dicit gregorius in moral. hec namque oculos
dicitur quia cuncta videt. manus quia omnia operatur
et sic de aliis. et ex eisdem causis processit
error quorundam simplicium monachorum deum esse
corporeum existimantium propter quod vocati sunt
antropomorphite ut dicitur libro de collationibus
patrum. Factus est autem clamor magnus
phariseorum cum saduceis disputantium. et con
surgentes quidam phariseorum pugnabant verbis
pro paulo dicentes. Nichil mali etc. Ecce
prius persequebantur ad mortem modo
dicunt innocentem. quod si spiritus est. Quoniam locu
tus est ei aut angelus q. d. nichil est mirandum
quia utrumque legitur in libris moysi quos recipie
bant saducei. nam deus legitur locutus cum abraham
et etiam angelus domini in pluribus locis in
genesi. et in hoc arguebat contra saduceos
ex scriptura ab eis recepta. Timens tribu
nus ne discerperetur paulus ab ipsis. s. saduceis
Cetera patent in littera usque ibi. sic te oportet
et rome testificari. ex hoc motus fuit
ad cesaream appellare infra. 25. ¶ Facta
autem die. hic consequenter noua machinatio contra
paulum cogitatur et sic dissipatur ibi quod
cum audisset. Circa primum dicendum. Facta autem
die sequenti. Collegerunt se quidam ex iudeis
dolentes quod paulus sic euaserat sapienter.
Cetera patent usque ibi. Nunc ergo ut cito
expediamur a iennio et vos habeatis in
centiuum. vos notum facite tribuno cum
concilio. iungatur sic lra. vos cum con
silio. i. vos simul conciliati pharisei et saducei
ne per vestram dissensionem impediatis pauli

mortem. Notum facite tribuno. Rogantes eum ut adducat illum ad vos et cetera. Quod cum audisset. Hic ponitur dicta machinacionis frustracio circa quam primo ponitur dicte machinacionis revelacio. secundo eiusdem frustracio. ibi. Tribunus igitur. Circa primum dicendum quod cum audisset filius sororis pauli. qui erat pro eo sollicitus inquirendo quid pro eo vel contra eum posset fieri. venit et intravit castra. Non enim sic tenebatur paulus quin amici sui ad eum possent ingredi et ministrare ei. tum quia non erat per iudicium condempnatus. tum quia erat civis romanus. Vocans autem paulus ad se unum de centurionibus. dicitur autem centurio qui habet centum homines in armis sub se. Tribunus vero qui habet mille et sic misit minorem ad maiorem. Cetera patent usque ibi. Apprehendens autem tribunus manum illius ut loqueretur ei secretius. et forsitan credens quod paulus ad eum aliquid eximium mitteret in secreto. Iudeis convenit rogare te. id est iudei conventionem fecerunt de rogando te. ut crastina die producas paulum. volentes proditorie occidere eum. expectantes promissum tuum id est quod tu promittas eis eductionem pauli ad eos et opere impleas. Tribunus igitur. Hic ponitur describitur revelate machinationis frustracio. per hoc quod interim ductus fuit paulus cesaream ad presidem qui erat iudex superior et hoc est quod dicitur. Tribunus quidem dimisit adolescentem ut iret viam suam. precipiens ei ne cui loqueretur. ne forte per hoc deductio pauli in cesaream impediretur. Cetera patent usque ibi. Timuit enim et cetera. Totum istud usque ibi inclusive. quod pecuniam acceptura. non est de textu nec in libris correctis sed fuit quedam glosa reddens rationem quare tribunus mittebat paulum cum securitate tanta quam postea per scriptores fuit textui inserta. Scribens ei epistolam continentem hec. scilicet causam missionis et cum supplicibus tantis et cetera. littera hoc excepto. Eripui cognito quod romanus est hoc dicit ad acquirendum presidis benivolenciam. quasi. habes magnum zelum de civibus romanis. quia quando eripuit eum de manibus iudeorum non cognovit quod esset civis romanus sed postea cognovit quia eum condempnare noluit ut habetur supra. in fine capituli 22. Duxerunt illum per noctem. ut evaderent insidias iudeorum. In antipatridem. Nomen est civitatis eiusdem civitatis existentis inter iherusalem et cesaream tamen magis prope cesaream. et postera die dimissis equitibus ut cum eo irent. scilicet cum paulo. Reversi sunt ad castra. id est ad municionem que erat in iherusalem. Ideo autem reversi sunt milites et lancearii qui erant pedites. quia paulus erat extra periculum insidiarum. Audiam te inquit cum accusatores tui venerint. Melius enim inquisitas in presencia partium quam in absencia alterius. Iussitque in pretorio herodis. id est quod fuerat herodis. Custodiri eum. Herodes enim ascalonita renovavit et ampliavit illam civitatem vocans eam cesaream in honore cesaris que primo dicebatur turris stratonis. et ibi edificavit pretorium quod adhuc retinebat nomen auctoris.

XXIIII

Post quinque autem dies. Supra descripta est persecutio pauli in iherusalem. Hic ponitur eius persecutio apud cesaream. Et dividitur in tres partes quia primo ponitur pauli accusacio. secundo eius defensio. ibi. Respondit autem paulus. tercio iudicis remissio ibi. Distulit autem. Circa primum patet littera usque ibi. et citato paulo per viam iudicii ut responderet ad obiecta. Cepit accusare. Tullius orator ad hoc adductus et primo secundum modum boni oratoris captat benivolenciam iudicis. dicens. Cum multa pace agamus. id est vitam istam transeamus. Et cum multa corrigantur. ad conservationem pacis totius. per tuam prudenciam id est per tuum regimen semper et ubique suscipimus regimen tuum. Cum omni graciarum actione deo et tibi de tali regimine. Ne diutius autem protraham te. detinendo tempus in verborum prolixitate. oro te breviter audias nos pro tua clemencia quasi dicat. que petimus sunt exaudiri digna. Consequenter accusat paulum dicens. Invenimus hunc hominem pestiferum nomen eius non exprimit quasi pre nimia malicia nominari indignum. Et

concitantem seditionē omnibus iudeis. Cū tn̄ eēt pdicator euangelice pacis. et auctore sedi tionis secte nazarenoꝝ .i. xp̄anoꝝ a ihū na zareno sic dcōꝝ. Qui etiam templū violare conatus est. inducendo ibi gentiles. hoc eīm imponebant sibi flō ut patet ex predictꝭ sup̄ 21 ca°. Quem et apprehensum. In templo. Voluimꝰ sm̄ legem nr̄am iudicare. q. d. istud ptinet ad nos sicut et cultū templi custodire. Cetera patet usqꝫ ibi. Adiecerūt aūt et iudei ad approband̄ et confirmand̄ vba trulli. Rndit aūt. Hic ꝯme ponitur pauli defensio. et p̄mo captat iudicꝭ beniuolentiam. d. ex multis an nis te eē iudicem genti huic. rebelli et male regibili. sciens. q. d. p hoc manifeste appaꝫ bonitas tui regiminis qd̄ tam diu habuisti re gimē huiꝰ gentis. et hoc ego sciens. bono aīo pro me satisfaciā confidens de tua iusticia ⁊ mea innocēꝫ. Com̄ rndet ad obiecta. et p̄mo ad primū .s. de concitatione seditionū in ihr̄lm. d. potes eīm cognoscē p multos tes tes fidedignos. Quia non sunt m̄ plus di es sicut declaratū est supra 21. et neqꝫ in templo inuenerūt me cum aliquo disputā tem. que disputatio facit aliqn̄ comotionē audientium. Aut concursum turbe facientē qd̄ est seditionis signū. Neqꝫ in synagogis neqꝫ in ciuitate. Supple inuenerūt me p dicta facientē. Neqꝫ pbare pūt tibi. Ista supple de quibꝫ nunc accusant me. et tamē debent probare cum sint auctores. Con fiteor. hic rndet ad 2m̄ .s. de secta xp̄anoꝝ quam confitetur se tenere tamq̄ scām et bonam. Confiteor hoc aūt tibi taq̄ iudici. q scd̄m sectam. xp̄anoꝝ. Quia dnt̄ hesim .i. magꝭ teneri ex ptinacia et ignorañ ꝑuartū q̄ ex testimoniis sc̄pturaꝝ vn̄ dicebāt Jo. 7. Numq̄ ex principibꝫ ād credidit in eum aut ex phēis. s; hec turba que non nouit legem maledcā sūt. Sic deseruio deo p̄ri oīuꝫ. Credēs omnibus que in lege ⁊ ꝓphīs sc̄ptura sūt. et in ihū nazareno sunt impleta. Spem hn̄s in deū de btitudine conicā p ipm̄. q̄ et hij ipi et pectant q̄m̄ ad phiseos que etiam sm̄ eos non habēt nisi in resurrectione mortuoꝝ in qua iusti eternalr̄ p̄miabunt et iniqui dap nabuntur. In hoc et ipe studeo sine offendiclo conscīam hr̄e .i. sine scandalo .s. actiuo. ad deū et ad hōies semp. Non solum cauens offensā dei s; etiam hominū q̄m̄ est ex me. et sic offensa accusatoꝝ meoꝝ procedit ex eoꝝ malicia. Post annos. hic ꝯme rndet ad tercīu .s. de violenꝫ templi d. Post annos aūt plures. a conuersione mea ad xp̄m. elās fac turus in gentes meas .i. in fideles in ihr̄lm manentes qui suas vendiderant possessiōes ut hr̄. ā. 4. ca°. ꝑ quod paulus pro eis faci ebat collectas in gentibꝫ aliꝭ ut hr̄. ā. et in eplis suis. veni. in ihr̄lm. et oblōnes. faciēꝫ et vota redditurꝫ deo. in quibꝫ inuenerūt me purificatum in templo et sic ipm̄ non violaui s; magꝭ honoraui. Non cum turba neqꝫ cum tumultu. Inuenerūt me s; offerē tem oblōnes meas deuote. Com̄ ondit qui fuerūt illi qui in templo eū inuenerunt et tumultum fecerūt. d. Quidam aūt ex asia iudei. ut pꝫ ex supradictꝭ 21. ca°. Quos oportebat modo apud te presto eē et accusare et s; eoꝝ absenꝫ ondit eos magis culpabiles eē de concitatione in templo facta quia fecerūt sine causa. Aut hij ipi qui sunt hic p̄ntes. Dicant si quid inuenerūt in me iniq̄tatꝭ cum stem in concilio .i. de iudicꝭ loco. Nisi de vna ac solūmodo voce. q. d. Ego non fui causa dissensionis eoꝝ. s; ꝑtinet ad mutuē pro defensione secretaꝝ suaꝝ. Distulit aūt. hic ꝯme ponitur rnsio iudicꝭ et sō sui successorꝭ cū. 2h. p̄ma in duas quia p̄mo iudicꝭ ponitur rnsio. 2° pdicatois pauli audicio ibi. post aliquot. Circa p̄m̄ dē. dis tulit aūt illos felix. differendo dare sentēciā Certissime sciens de via vitatis pro paulo. formidabat tn̄ turbare iudeos timore humano sicut et pylatus sciens innocentiā xp̄i. ꝯma didit tn̄ eum iudeoꝝ voluntati ne contra eū aliquid machinarentur. erga cesarē. dicens pro excusatione huiꝰ dilationis. Cū tribunꝰ lisias descenderit de ihr̄lm in cesaream que

est in inferiori situ. Audiam vos. hanc aut accusatione accepit ex verbis tertulli. qui in allegatione sua dixerat q de omnibus q dicebat felix poterat a lysia cognoscere veritatem. Jussitque centurionem custodire eu. s. paulu. et habere requiem a custodiis vel infestatoribus suis. Nec quemq prohibere de suis amicis. ministrare ei nt victu et vestitus. Post aliquot. Hic qr ponitur pdicac paulli felici et eius uxori cum subdr. Et audiuit ab eo fidem q e in ihm xpm. uxore sua iudea ad hoc inducente virum suu. disputante aut illo. i. pdicante. de iusticia. conservanda ad proximu. Et castitate ad se ipm. et de iudicio futuro. Cuius consideratio inducit timorem divinu. Tremefactus felix ex auditu talium. vndit quo nunc attinet vade. Tunc eni liberauit eum a clausura carceris dans ei libertate eundi p civitate ita tn q rediret ad mandatu ipius. Simul et spe rans q pecunia ei daretur a paulo q. d. no solu dedit paulo hanc libertate iudicij diuini timore. s etiam cupiditate pecunie. Biennio aut expleto. Istud biennium non est tpus presidatus felicis aliter non videtur vm quod dixit ei paulus supra eod ca. ex multis an nis te ee iudicem huic genti sciens &c. sed est tempus more pauli in cesarea. Tempe enim felicis surrexerunt in iudea multi la trones et fli pphe ppim seducentes et civita tem pturbantes ut dicit iosephus. In quibus capiendis et reprimendis felix fuit occupatus ita q causam pauli non determinauit et quia eius determinatioez differre volebat ut patet ex pre dictis. Accepit successore felix porcium festu. Ita scribit in libris correctis et ita nominat eu iosephus. 20. li. Judaice antiquitatis. Volens aut gram prestare iudeis felix. Timens ne accusaret ab eis de malo regimine terre. reli quid paulum vinctum. revocans libertate qua dederat ei. Tamen p hoc non euasit accusatoez iudeorum apud cesarem. Non pro paulo s pp ter malam terre gubernatoez. ut dicit iosephus libro pdicto. et sic contingit pylato qui in fa vorem iudeorum condempnauerat xpm. Nam accusatus a iudeis fuit relegatus in exilium.

XXV

Festus ergo. posito tractatu felicis circa paulum. hic qr po tractatus sui successoris erga eum. et primo in pauli absen. scdo in eius presentia ibi. et altera die Circa pm dr. Festus ergo cum venisset in pro uinciam. Judee post triduu ascendit Herosoliam eo q erat metropolis terre. Cetera patent usq ibi. Insidias tendentes. i. tendere dispone tes. Festus aut rndit &c. quia in causis maxie. arduis. sicut e mors vel vita hois. non est p cedend leviter. s mature. Et altera die Hic qr ponitur tractatus in pauli psentia et patet lra usq ibi. Circumsteterunt eum. vt eorum multitudine et circumdatione terreret Multas et graues causas obicientes que no exprimuntur hic s ex rnsione pauli patent in parte cum dr. paulo omnibus rnem reddente ad concludendu accusationes eorum. qm neq lege iu deorum &c. ut patet in rnsionibus pauli ca preti. Festus aut. supius descripta e multiplex pse cutio pauli a iudeis in ihrlm et in cesarea hic qr ponitur eius appello p quia exiuit de iudea et iuit romam sicut dns dixerat ei. s. 23. ca. Et dividitr in tres partes. q po pauli appello interponit. 2o. de appellante consulit ibi. Et cum dies aliquot. 3o. roma mittit ca. 27. Circa pmu dr. Festus aut volens gram prestare iudeis. Quia timebat accusari ab eis sicut et plures alij qui eum in eodem officio presserant. Rndens paulo. No ad eius verba pp que debuisset eum iudicare dimittere tamq sine culpa. Dixit volens eum inducere ut consentiret in ihrlm duci et ibi iudicari quod erat paulo periculosum pp quod habuit causa appellandi. Ideo subdit. Ad tribunal cesaris sto. q festus non habebat auctem iudicandi nisi a cesare. Cetera patent usq ibi. Nemo potest me illis donare. Cum sim innocens ut patet ex predictis. quia iudei nichil poterat probare de grauibus in quibus eum accusabant Ideo fecit suam appellatoez. d. Cesarem appello

tanquam iudicem superiorem ad quem licet appellare ab
inferiori. Tunc festus cum consilio locutus .i.
habito consilio cum sapientibus sibi assistentibus.
respondit cesarem etc. deferendo appellationi sicut iustum
erat et dignum. Et cum dies. hic ostenditur de
paulo appellante quid consilium quesitum ad missionem
eius, modum et primo in eius absentia. 2° in eius presentia
ibi. Altera autem die. Circa primum dicit. Et cum dies
aliquot transacti essent. Ab appellatione pauli.
Agrippa rex. Iste fuit filius herodis agrippe quem
percussit angelus domini ut habetur c. 12. et bernice soror
eius ut dicit iosephus libro primo de iudaico bello. Des
cenderunt cesaream ad salutandum festum. Tene
bat enim iste agrippa regnum suum a cesare. ideo vo
luit salutare festum qui in iudea tenebat ce
saris locum. Cetera patent usque ibi. Postulantes
adversus eum dampnationem mortis ad quos respondi
quod non est romanis consuetudo dampnare. Quibuscumque
personis et quantumcumque magnis. Aliquem hominem
puniendo ad mortem. priusquam is qui accusatur
presentes habeat accusatores etc. Aspectus .n.
et auditus presentialiter multum conferunt
iudici ad cognitionem veritatis. Cetera patent
usque ibi. Nullam causam deferebat. de quibus s. causis
Ego suspicabar ut de homicidio vel aliquod huiusmodi
Questiones vero quasdam de superstitione sua .i.
de religione iudaica quia bene nominat superstitionem
quia superstitio proprie loquendo est vana vel super
flua religio que tunc vigebat apud iudeos magis
curantes de traditionibus hominum quam de mandatis
divinis ut dicitur c. 7. Hesitans autem ego de huius
modi questione. quia gentilis erat nichil sciens de iudeorum
ritu aut lege. Paulo autem appellante ut servaretur
augusti cognitioni .i. imperatoris. sicut enim im
peratores romani vocati sunt cesares a iulio cesare
primo imperatore. Ita nominati sunt augusti et
adhuc nominantur ab augusto cesare eo quod multum
auxit imperium. Volebam et ipse hominem audire.
Nam agrippa iudeus erat et multa de paulo
audierat. Altera autem. hic ostenditur quod con
silium in presentia pauli primo consilium querit. secundo
paulo loquendi locus conceditur c. 27. prima
pars patet particulariter exceptis que discurrent. Cum
multa ambitione .i. cum multo apparatu et

cultu vestium et societatis. petens et acclamans
ut ex magnitudine clamoris inclinaretur animus
festi ad concedendum mortem pauli. De quo quid certum
scribam domino non habeo. quia sicut dictum est gentilis
erat ignorans questiones et discordias que sunt
inter iudeos et christianos. et maxime a te o rex
agrippa. Qui es iudeus. ut interrogatione facta
a paulo per te. habeam quid scribam de ipso et
subdere causam. Sine ratione enim etc.

XXVI

Agrippa vero. hic ostenditur pauli
inquiritur. et dividitur in duas
partes. quia primo auditur pauli
responsio. secundo super eam habetur collo
ibi. Et exsurrexit rex. Prima adhuc in duas
quia primo ponitur responsio pauli ad agrippam. 2° ad
festum presidem ibi. hec loquente. Circa primum
paulus captat agrippe benivolentiam. d. de omnibus
quibus accusor a iudeis estimo me beatum apud
te .i. innocentem a te iudicari. Cum sis de
fensurus me hodie. In tua presentia. maxime te sci
ente omnia que apud iudeos sunt. et sic intel
liges verba mea legi et prophetis consona propter quod
obsecro patienter audias me. hoc autem dixit
quia intendebat plura dicere ut ex sequentibus patet.
Et quidem. hic ostenditur prosequitur suam inten
tionem. Circa quam primo narrat suam conver
sionem in iudaismo. secundo persecutionem quam intulit
populo christiano ibi. Et ego quidem. 3° suam conversionem
ab errore pristino ibi. In quibus etc. Circa
primum dicit. Et quidem vitam meam a iuventute
que ab initio fuit in gente mea ierosolimis. quia
fuit missus et traditus doctrine gamaliel ut
dictum est c. 22. qui secundum certissimam sectam nostre
religionis vixi phariseus. secta enim saduceorum
que in credendis dividebantur contra istam nulla
erat cum negaret spiritualiter spiritum et resurrectionem
mortuorum et nunc in spe .i. pro spe. que ad patres
nostros repromissionis. s. de christo venturo et de
resurrectione et beatitudine per eum fienda. sto
est. adeo predictus et prophetis sto iudicio subiec
tus. Tanquam malefactor et reus. in qua .s.
spe. duodecim tribus mee. nocte et die servientes deo.
sperant devenire. Nam pharisei non credebant

xpo sperabant ipm venturu et resurrectione
mortuorum facturu. Saducei vero sperabant ipm
venturum hominem tantu purum sed potente et tem
paliter regnaturum et romanorum potentia ablaturum
negabant tamen resurrectione mortuorum. Judei
vero in xpm credentes tenebant adventu eius
primu in ihu nazareno completum sed sperabant
ipm venturum ad iudiciu et suscitaturu mor
tuos penas et premia eis secundum merita et deme
rita redditurum de qua spe accusor a iudeis rex
scilicet phariseis obstinatis de hoc quod paulus dicebat ihm
nazarenu esse xpm in lege et prophetis promissum.
scilicet saduceis vero de spe resurrectionis mortuorum
10 subdit. Quid incredibile iudicatur apud nos
etc. q. d. non est racio quia deus legitur mortuos susci
tasse in veteri testo ad preces helye. 3. Reg. 17.
et ad preces helisei. 4. Reg. 4. Et ego hic quarte
narrat persecutione qua fecerat credentibus in xpm
et patet sententia ex dictis supra 8. et 9. ca. usque ibi. Et
cum occiderentur. ex quo patet quod in illa per
secutione non solus stephanus fuit occisus. sed
etiam plures alii. Detuli sententiam non tamen sicut
iudex quia paulus tunc non erat iudex sed ad
hoc accedebat. sed quia sententiam datam a principe sacer
dotum et aliis senioribus deferebat executoribus
unde supra 7. ca. in fine dicitur quod testes deposuerunt
vestimenta sua secus pedes adolescentis qui
vocabatur saulus et lapidabant stephanum etc. Co
pellebant blasphemare. i. negare ihm naza
renu esse xpm. et amplius insaniens in eos.
Nam hoc non faciebat sana mente sed errore
Persequebar usque ad exteras ciuitates que sunt
contra iudeam sicut patet de damasco que est
in syria sicut dicitur ysa. 7. ca. caput syrie da
mascus. In quibus hic quinte narrat suam
conuersione mirabilem et post eam narrat. 2o.
ad propositum applicat ibi. hac ex causa. prima
pars patet ex dictis supra 9. ca. usque ibi. Omnesque
nos decidissemus in terram hoc suppletur quod supra
9. et 22. ca. dicitur. s. de casu sociorum pauli cu
eo. Non tamen ibi dicitur quod solus saulus cecidit
sed casus aliorum non exprimit. Cetera patent
ex dictis supra 9. ca. usque ibi. Ad hoc enim apparui
tibi. In raptu ut constituam te ministru et

testem eorum que vidisti et audisti. Istud est effi
cax testimoniu. s. per visum et auditu et eoru
quibus apparebo tibi. sicut in hoc libro leguntur
plures apparitiones diuine et reuelationes pau
lo postea facte. Ut conuertantur a tenebris er
rorum. ad lucem. fidei xpiane. Et de potestate sathane
In qua detinentur captiui per ydolatria. Ad dm.
per latriam ut accipiant remissione peccatorum per
gratiam in presenti. et sorte. Inter sanctos per gloriam in
futuro. et que hec acquiruntur per veram fidem
subditur. per fidem que est in me. Tamquam in redem
ptorem hominu et glorificatorem. Unde rex a
grippa non fui incredulus. Quod est nepharium
Omnia vero predicta narrauit paulus ut agrippa
magis sibi crederet. sed hiis qui sunt damasci
primum ut patet supra 9. et iherosolimis non immediate
post damascu sed prius lustrata arabia rediit
paulus damascu et inde venit iherusalem. Annuncians
ibi xpm ut dictum est supra ca. 9. et 22. digna
opera penitencie facientes ut secundum quantitatem delictorum sit
quantitas operum. Unde dicit gregorius omelia 4. Tanto
debet quisque a se licita rescindere quanto se meminit
illicita perpetrasse. Hac ex causa. Hic quinte nar
ratione suam applicat ad suam intentione. s. quod
captus fuerat et ligatus propter suam iusticiam. d.
hac ex causa. s. quia annunciabam iudeis et gentibus
conuersione ad dm per penitencie opera. Me iudei cum
essem in templo. In loco deuotionis et non con
tentionis. Comprehensum temptabant me
volentes interficere ut habetur supra 21. Auxilio autem
adiutus dei. me protegentis. usque in hodier
num diem sto. firmus et constans in sancto
proposito. Testificans minori atque maiori. i. in
differenter omnibus fidem xpi. Nichil extra
dicens quam ea que locuti sunt futura esse et moyses
Qui predixerunt de xpo venturo et impleta
sunt in ihu nazareno. si passibilis est xpus.
hic accipitur si. pro quia. hoc enim dixerunt prophete sicut
declaraui in pluribus locis exponendo libros eorum
et bene replico quod habetur ysa. 53. Quod totu intelligitur
ad literam de xpo sicut ibidem fuit plenius decla
ratum et ibi dicitur de ipso. Tamquam ouis ad occisi
onem ducetur et quasi agnus coram tondente
se obmutescet etc. Sic moyses hoc predixit

p sacrificia legis et potissime agni paschalis significans xpm pro salute mundi immolad' pp q' scus iohes baptista de ihu nazareno dixit Ecce agnus dei ecce qui tollit pecca mundi. Jo. i. Sic moyses scribens prophetiam patriarche iacob. gn. 49. Non auferetur sceptru de iuda et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est etc. que prophia dr ad litam de xpo ut ibide fuit declaratu et sic moyses scripsit xpm de tribu iuda sm carne nasciturum et p qns carnem passibilem habiturum. Item deut. 32. deu qui te genuit dereliquisti et oblitus es dni creatoris tui sm doctores antiquos hebreos hec e lra. Deum qui te nasci fecit debilitabis et oblivisceris deum doloratu tuum. Si primus ex resurrectione mortuorum. si p quod quia primus resurrexit ad vitam immortalem sicut manifeste predixit propha dauid ps. 16. Non derelinques aiam meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corruptione etc. sicut expositum e supra. 2. ca. lucem annuntiaturus e pplo isrl et gentibus. hoc enim fuit predictum. ys. 49. qd ad lram intellr de xpo sicut ibi fuit expositum parum est ut sis m servus ad suscitandas tribus iacob et feces isrl convertendas. Dedi te in lucem gentium ut sis salus mea usq ad extremum terre. Hec loquente eo. hic gnr ponit responsio pauli ad festum psidem qui paulo loquenti de resurrectione mortuorum dixit. Insanis paule quia credebat eam impossibile tamqz gentilis pp qd dictum pauli vocavit insaniaz. Multe te lre ad insaniam convertunt. homines enim circa multas scripturas convertentes vehementer suu studium hnt aliu cerebru turbatu et organu fantasie lesum. et p qns intellcm impeditu qui in actu suo indigz fantasmate nctio. No insanio inquid optime feste. Non dixit hoc adulatoe. s; q' talis erat modus loquendi cum reverentia locum imperatoris tenentibus. s; veritatis euangelii Et sobrietatis vba loquor. quia non excedebat modum debite locutionis. Scit enim rex agrippa. qui erat instructus in lege et prophis Cetera patent usq ibi. In modico suades me fieri xpianu. quod dupliciter pot intelligi. vno mo negative. In modico. i. in nullo sicut frequent ponit in coi sermone. Alio mo affirmative. In modico suades etc. i. aliquantulu inclinas me ad hoc s; non pfecte. et hic sensus magis congruit sequenti lre ut videbr. Cetera patent. Et exsurrexit rex. hic gnr sup verba pauli hec collo cum dr. Cum cum secessissent ad ptem ut secretius loquerentur dicentes q' nichil morte aut vinculis dignu quid fecit homo iste. Et inter istos sic dicentes fuit agrippa primus et principalis. tam pp dignitatem regiam qz pp eius sapiam. Fuit enim valde sapiens et eloquens vt refert iosephus pmo lio de iudaico bello pp quod ptulit snam consilii. d. festo. poterat hic homo dimitti. sicut innocens. et ex hoc p; ipm inclinatum fuisse aliquo modo ad credendum xpo. Alr non dixisset paulum innocentem s; magis morte dignu tamqz pseudo xpi predicatore. vn legr in ecclesiastica historia q' imminente destructione ihrlm et iudee per romanos xpiani qui erant ibi monitu angeli transierunt in regnu huius agrippe qui erat confederatus romis ut patet p iosephu pmo de iudaico bello et ibi fuerunt pacifice recepti Si non appellasset cesarem. ex quo enim ad superiore erat appellatio interposita et recepta et pauli insequebatur ut morte dignu ps adversa non poterat eum pses absqz suo periculo dimitte liberum.

XXVII

Ut autem iudicatum e hoc consilio de missione pauli ad cesare. hic gnr describit lucitas huius consilii executione. et pmo describr pauli progressu scdo ad roma eius accessus ibi. post menses autem tres. ca. 28. pma dividr in tres partes q' pmo ponitur pauli p mare evagatio 2o. circa naufragio ibi Multo autem tpre. 3o. post naufragiu recreatio in pn. 28. ca. Circa pmu sciendu q' multa noia ponit hic de quibus dicit aliqui q' sunt noia insularum. Alii civitatu maritimarum. Vtrumqz tn in pluribus habet parum de certitudine tum q' ex longitudine temporis, multa noia sunt mutata

terrarum villarum et insularum. Sicut parisius antiquitus luthetia dicebatur. tunc quia nomina sunt equivoca sicut babilonia ad illam que est in egipto et ad illam que fuit antiquitus in caldea. dicit igitur. Ut autem iudicatum est navigare eum per consilium predictum. Et tradi paulum cum reliquis custodiis i. vinctis vel in custodia detentis. Centurioni nomine iulio cohortis auguste. Cohortes autem militum habent propria nomina ut quelibet citius congregari possit ab aliis distincta. unde et illa cui preerat cornelius vocabatur ytalica ut habetur supra. 10. Ascendentes navem adrumetinam. sic dicta a civitate adrumeti nomine que est in affrica ut dicit glosa sustulimus i. a terra retraximus ad altitudinem maris perseverante nobiscum aristarco. alii qui cum paulo venerat iherusalem ut habetur supra. 20. Revertentibus ad loca sua. Sequenti autem die devenimus sydonem. In qua civitate paulus ante predicaverat. permisit ad amicos ire ad eos salutandum et in fide firmandum. Et curam sui agere. Accipiendo ab eis necessaria navigantibus et suis sociis. subnavigavimus cyprum appropinquando insule sed non ibi descendendo. propterea quod venti essent contrarii qui non permittebant navem currere versus ytaliam et sic declinabat ad latus. et pelagus cilicie et pamphilie navigantes hinc et inde evagando. venimus lystram. Nomen est civitatis que est in provincia lycie. transposuit nos in eam. ut expeditius et citius veniremus romam. Et cum multis diebus tarde navigaremus propter defectum venti. et vix devenissemus contra gnidum. Nomen est insule secundum glosam prohibente nos vento qui mutatus erat a debili prius et tunc in contrarium et fortiorem. Adnavigavimus crethe i. prope crethiam que est insula iuxta salmonen quod est civitas maritima dicte insule opposita. Et vix iuxta navigantes venimus in locum qui vocatur boniportus in crethia. non tamen sic dictus a bonitate ut patet infra ut dicetur quod non erat aptus ad hyemandum. sicut alibi aliqua villa nominatur bona villa que tunc est multum defectiva. Multo autem tempore. Hic consequenter describitur naufragatio et dividitur in tres partes quia primo ponitur periculi denuntiatio. secundo navigantium aliqualis consolatio ibi Et cum multa.

Tercio naufragii perpessio ibi. Cum autem dies. Circa primum dicitur. Multo autem tempore peracto non in portu quia ibi non manserunt ut infra dicetur. Et cum iam non esset tuta navigatio eo quod ieiunium iam preterisset. Aliqui dicunt quod istud ieiunium fuit ieiunium iudeorum ante nativitatem domini vel iudeorum pro morte godolie vel pro templi destructione. sed nullum istorum videtur verum quia centurio et milites et etiam naute saltem pro maiori parte erant gentiles habentes ieiunia non servantes. Ideo magis videtur quod hoc ieiunium fuit in mari ubi propter tempestatem non vacabat nautis comedere nisi parum propter navis regimen et aliis propter timorem. propter quod naute debiliores erant facti. Consolabatur eos paulus. dicens eis bonum consilium si accipere voluissent. Viri video. spiritu prophetico qui certior est experientia nautica. Quoniam cum iniuria cepit i. cum periculo magno rerum et corporum nostrorum. Centurio autem gubernatori et nauclero magis credebat. propter nauticam scientiam. Est autem nauclus dominus navis possessive vel conductive. et dicitur a nave et cleros quod est sors. Et cum aptus portus non esset ad hiemandum. Cum tamen hiemps immineret plurimi statuerunt consilium i. firmiter deliberaverunt. navigare inde. contra pauli consilium. Si quomodo possent devenientes phenicem. que est prope locum unde recesserant. phenicea enim propinqua est palestine in qua est cesarea de qua recesserat ut patet ex predictis. hiemare ibi enim s. in phenice erat portus aptus ad hiemandum. portum crethe. unde volebant recedere ut patet ex predictis et ex sequentibus. respicientem ad affricum et chorum. i. respicientem referetur ad phenicem que respicit crethiam sive portum crethe ad partem occidentalem. Affricus enim et chorus sunt venti occidentales laterales tamen. Affricus ex parte meridiei. chorus autem ex parte aquilonis. Glosa vero aliter ordinat literam d. quod portus crethe de quo fit hic sermo est in phenice. sed dicitur portus crethe eo quod respicit crethiam ad occidentem. Sed prima expositio melior videtur et magis consona consueto modo loquendi. Aspirante autem austro. Qui est ventus meridionalis. Estimantes propositum se tenere s. navigare in phenicem per ventum lateralem quo frequenter utuntur naute. Volebant enim navigare versus orientem

vt patet ex p̄dictis. Cum sustulissemq̄ de asson
locus est vnde soluitur naues mare ingredientes
qui in latino dr̄ statio. legebant crethiam .i. na
uigio transibant ab ea recedentes. legere enim
ē equiuocū qz significat furari. Colligere nauigio
transire et l'ras sonare. Vnde v̄sus. ffure aurū
virgo flores mare nauta libros. Clericus equo
te singla quisqz legit. Non multum aut̄ misit
se contra ipam .s. nauem. ventus tiphonicus .i.
maris inflatiuus et tempestuosus dictus a tipos qd̄
est inflatio. euro aquilo sic nominatur ille ventus
qui est lateral' aquiloni ex pte tn̄ orientis et sic
oppo. affrico non tn̄ directe oio ex qua pte naui
gabant. cū qz arrepta esset nauis violen̄ venti
et non posset conari in ventū .i. contra ventū
data naue flatibus ferebam̄ .i. amotis velis ibā
mus s'm flatum venti. Insulam aut̄ quandā
decurrentes .i. iuxta eam currentes. quia nō
poterat ibi applicare ꝓꝓ vim venti. Potuimus vix
optinere scapham .i. ea vti ad iuuandū nauē
Est em̄ nauicula qua naute vtuntur ad eund'
circa nauem et agendum ea que sunt neccia
pro nauis tuitione. io subdit̄. Adiutoriis vte
bantur accingentes nauem ne ligna soluerent̄
a vi maris et tardius incedet nauis io subdit̄.
Timentes aut̄ ne in sirtim inciderent ex
nimis velori cursu. ē aut̄ sirtis uel sirtes locus
piculosus ex arena. submisso vase .s. schapha.
sequenti die iactum fecerūt. eorꝫ que in naui
erant minus neccia. et tercia die suis manibus
armamenta .i. vtensilia nauis proiecerunt
retinentes ea tn̄ que neccia erant ad nauigād'.
cetera patent. / Et cum multa. hic consequenter de
scribit pauli consilio. et p̄o ponit̄ eā cum dr̄. Et
cum multa ieiunatio fuisset ptim ex timore. ptim
ex nautarꝫ cotinua occupatione ꝓꝓ quod multū
indigebant consolatione. Tunc stans paulus.
Constanter et intrepide dixit. eos p̄mo re
phendo de contemptu sui consilii. Oportebat
quidem o viri audito me non tollere nauem
a crethia sꝫ ibi hiemare. lucriqꝫ facere .i. euitare
ꝑ hoc ista picula et dampna. Com̄ consolat̄
eos .d. et nunc suadeo vobis q̄uis me non au
dieritis. bono aīo ēē .i. consolatos. quia sola na

uis peribit. psonis saluis. hoc p̄dixit vt cū eue
nerit ꝓphetico spū eum locutum fuisse sciant. et
de ptinentibus ad salutem sibi credant. Astitit
enim michi angelus dei hac nocte. Tales enim
reuelationes magis fiunt de nocte quietatis sensibus
q̄ de die. Cuius sū ego aps et minister. ne timeas
paule a periculo maris. Et ecce donauit tibi deus
omnes qui nauigant tecum. q̄ntū ad salm corpale
nam omnes euaserūt ut patet in fine ca. vtrū
aut̄ dederit eos quantū ad salutem spualē non
habetur expresse. sꝫ probabile est q̄ visa impletione
sui dicti et miraculis que fecit in insula vipera
sine sui lesione comburendo et infirmos ora
curando crediderunt x̄po vnde et centurio q̄ erat
p̄ncipalior prohibuit vinctos interficere volens
saluare paulum vnde videbatur ex tunc inclinatus
ad credend'. Cetera patent usqꝫ ibi. Sꝫ postea
q̄ .14. nox. ab ortu tempestatis. Nauigantibus
nobis in atrio adria .i. in mari adriatico ꝓꝑe
montem garganū ut dicunt aliqui. Alii dicūt
q̄ adria ē nomen appellatiū et significat mare
petrosum sic dictum ab adros grece qd̄ est petra
latine. et hoc magis consonat l'ra sequēs cum
dr̄. suspicabantur naute apparere sibi aliquā
regionē ex scopulis appentibus de longe. Qui et
submittentes bolidē. Instrm̄ est quo temptant
profundum maris ꝑ plubum ne stanū pendēs
ad cordam. Timentes aut̄ ne in aspera loca
incideremus qz non inuenerunt profundū maris
equaliter distans in breui spacio de puppi .i. vl
tima pte nauis. mittentes anchoras 4or. ut
facerent nauem stare ne inciderent in aspera
loca. optabant diem fieri ut viderēt magis a
longe si essent ibi aliqui scopuli. Nautis aut̄
querentibus fuge. In scapha que magis euitare
potest talia loca q̄ nauis magna. sub obtentu
.i. simulatione .q. inciperent a prora .i. a prima pte
nauis anchoras extendē ad nauem magis arte
standam. qd̄ pcipiens paulus spū diuino. dixit
centurioni et militibus n̄ hii in naui manserint
rē. qz nauis sine nautis et in mari petroso
periclitatur cito. Tunc absciderūt milites funes
scaphe ne ꝑ eam naute possent fugere. cetera
patent usqꝫ ibi. ieiuni pmanetis nichil accipientes

i. modicum quod quasi nichil reputatur. y. p[er]ysit.
et etiam isto modo loquendi de homine modicum
comedente dicitur quod nichil comedit. Non enim tanto
tempore vixissent sine aliquali comestione. Propter quod
rogo vos accipere cibum pro salute vestra. i. ut
fortiores sitis in naufragio, inminenti ad e
vadendum de mari. Animequiores autem facti
omnes verbo pauli et eius exemplo. Eramus
vero universe anime. i. homines denotando totum
a parte nobiliori. ¶ Cum autem hic continue de
scribitur naufragium processo cum dicitur. terra non
agnoscebant. scilicet in littore maris. Sinum
vero considerabant. i. receptaculum in quadam
insula. Et cum anchoras sustulissent. i. de
mari levassent. Committebat se mari quamvis
videret ibi periculum navigando magis tamen peri
culum erat ibi manere quam ad sinum portum
tendere et levato arthemone. i. parvo velo quod magis
deservit directioni navis quam celeritati motionis
Et cum incidissemus in locum bitalassum.
locus est altus in fundo maris hinc mare pro
fundius ex utraque parte sic dictus a bis et ta
lassan quod est mare in greco impegerunt
navem ad terram illam altiorem. Et prora
quidem fixa manebat immobilis. quia mare non
erat ibi tam profundum quod navis posset
ibi natare. puppis vero solvebatur a vi ma
ris. Ex impetu enim fluctuum a parte posteriori
venientium solvebatur compago lignorum. Ce
tera patent usque ibi. Iussitque eos qui possent
natare etc. Isti erant milites. dicit enim
vegetius in libro de re militari quod tyrones
romani a principio addiscebant artem natandi
quod frequenter est necessaria in exercitibus cetera patent.

XXVIII

Cum evasissemus. Hic
continue post naufragium
ponitur passorum recreatio
et secundo huius beneficii recom
pensatio ibi. Contigit autem. Circa primum
dicitur. Et cum evasissemus tunc cognovimus.
Per habitatores insule quia melitine sic erat
ubi correcti. barbari vero. i. habitatores
insule qui dicuntur barbari eo quod non loquebantur

hebraice grece nec latine. Alia enim ydiota
dicitur barbarica. prestabant non modicam
humanitatem nobis compatiendo naufragis
Accensa autem pira. i. congerie lignorum arden
cium que dicitur pyra. a pir quod est ignis. Refici
ebant nos qui de mari exieramus aqua totaliter
madefacti ut patet ex dictis et cum hoc erat
frigiditas temporis. Cum congregasset autem
paulus sarmentorum etc. In quo apparet eius
caritas qui totus madefactus non cucurrit
statim ad ignem. sed collegit sarmenta ad ignis
augmentationem vipera. serpens est venenatus
sic nominatus eo quod vi pariat. nam catuli comedentes
in ventre matris cum creverunt latera eius rodunt
et sic exeunt matrem interficiendo. A calore cum
processisset fugiens ignis calorem invasit ma
num eius. ipsam mordendo. cetera patet usque
ibi. Utique homicida est homo hic. Dicebant. n.
quia commune est apud omnes gentes quod homicida
debet mori. Ultio. i. iustitia divina. Non per
mittit eum vivere. mortem sibi debitam quam
evaserat de mari supplens per aliam viam
Et ille quidem excutiens bestiam etc. secundum sal
vatoris promissionem. luce. 10. Dedi vobis virtutem
calcandi super serpentes et scorpiones et nichil
vobis nocebit. At illi estimabant eum in ma
iorem convertendum etc. secundum morem consuetum
talium percussorum. Convertentes se unus alteri
colloquendo. dicebant eum esse deum. credentes
eum immortalem. Deos. n. dicebant
gentiles homines immortalitatem conse
cutos secundum suam estimationem. ut saturnum
iovem et sic de aliis. In locis autem illis erant
predia. i. possessiones et domicilia. Qui
nos suscipiens. caritative. Triduo benigne
exhibuit victualibus reficiendo. Contigit
autem. Hic continue describitur eorum beneficiorum recom
pensatio. Caritative tamen quia dona dei non
cadunt sub precio sicut dictum est. 8. capitulo. et
hoc est quod dicitur. Contigit autem patrem publii.
principis insule. febribus et dissinteria. i.
fluxu ventris vexatum iacere. hiis enim
duabus infirmitatibus simul concurrentibus
est homo morti propinquus. Ad quem paulus

intrauit visitando eum curauit eum. salua
uit eum. statim ab utraque infirmitate. Qui
etiam cum multis honoribus nos honorauerunt.
de beneficiis grati et in paulo cognoscentes
dei virtutem operari. Post menses describto
multiplici processu pauli per viam. hic consequenter
describit eius accessum ad terminum scilicet romam
et primo describit accessum. secundo commorandi modum
ibi. Cum autem. Circa primum dicit. post menses
autem tres. utrum autem hoc tempus incipiat a
principio nauigationis de cesarea uel aduentu
ad hanc insulam textus non dicit. videtur
tamen magis probabile quod computetur ab aduentu
ad insulam. nam ut patet ex predictis intende
bant hiemare alicubi nec videntur hiemasse
alibi quam in hac insula. Cui erat insigne
castrorum. sic est in libris correctis. duo enim
germani scilicet castor et pollux qui dicuntur hic casto
res in plurali a progenito sic nominati audientes
helenam sororem suam esse raptam insecuti
sunt per mare et orta tempestate nusquam com
paruerunt. propter quod gentiles crediderunt illos im
mortales esse fratres vocantes eos deos maris et
propter hoc eorum insigne habebat illa nauis. Et
cum venissemus syracusas sicilie ciuitatem unde
fuit beata lucia. Inde circumlegentes id est circa
insulam nauigantes. deuenimus regium nomen
est loci. secunda die venimus puteolos. hic est locus
citra romam ubi virgilius edificasse dicitur balnea
supponens titulos singulis contra quas infir
mitates valent. quos salernitani postea destru
xerunt. et sic venimus romam id est ipsam romam. Et
inde cum audissent fratres id est christiani rome habitan
tes ex quo patet quod paulus non fuit primus qui predi
cauit rome christum. occurrerunt nobis usque ad appii
forum. sic nominatum a consule nomine claudio ap
pio a quo et via appia nuncupatur. Quos cum
vidisset paulus gratias agens deo de inuentione christia
norum. accepit fiduciam proficiendi ibi in predicatione
euangelii. Cum autem hic consequenter describit
manendi modum. et primo quantum ad pauli con
dicionem cum dicit. permissum est paulo permanere sibi
met id est ubi voluisset. Cum custodiente se mi
lite. Ita quod non habebat carcerem clausum. Post

tertium. hic secundo ponitur modus commanendi quantum ad oc
cupationem pauli. circa quam primo ponitur narratio
cause sue appellationis. secundo ponitur ab eo verbum
edificationis ibi. Cum constituissent. Circa
primum dicit. Conuocauit primos iudeorum. In quibus
alia virtualiter consistunt. Nichil aduersus
plebem faciens aut morem patrum. nam in tem
plo inuentus sum oblationes faciens secundum modum
iudeorum. Vinctus ab ierosolimis etc. ut patet supra
21. qui scilicet romani cum interrogationem de me
habuissent. voluerunt me dimittere ut inno
centem ut patet supra 25 et 26. Contradicentibus
autem iudeis. quia volebant me occidere in insi
diis ut patet supra 23 et 25. Coactus sum appel
lare cesarem. quia videbam iudicem incli
natum ad faciendum iudeorum petitionem iniustam.
Non quasi gentem meam scilicet iudaicam habens
aliquid accusare erga cesarem. propter hanc igitur
causam rogaui vos videre ad ostendendum vobis
innocentiam meam propter spem enim israel. de christo
promisso in lege et prophetis que in ihesu naza
reno impleta est et de resurrectione mor
tuorum que in eius aduentu secundo implebitur.
Cathena hac circumdatus sum eo quod ista pre
dicaui et predicabo. cetera patent usque ibi Ro
gamus autem a te audire que sentis de ihesu
nazareno. Nam de secta hac christianorum. Notum
est nobis quia ubique ei contradicitur. id est principibus
iudeorum ut patet ex supradictis in multis et
diuersis locis. Cum constituissent. hic consequenter
paulus ad eorum petitionem proponit verbum euangelice
predicationis prout subditur quibus exponebat scripturas
ve. te. testificans regni dei id est ianuam be
atitudinis apertam per passionem christi Suadens
que eis de ihesu nazareno. quod est vere christus. Ex
lege moysi et prophetis et ex eorum scripturis. A
mane usque ad vesperam. in quo apparet eius
sollicitudo circa predicationem. Et quidam crede
bant. a deo interius tracti Io. 6. Nemo potest
ad me venire nisi pater qui misit me traxerit
eum. quidam non credebant. a deo propter sua de
merita reprobati. discedebant scilicet non crede
tes. dicente paulo unum verbum. obstinatis. Quia
bene spiritus sanctus locutus est per ysaiam 6. ca.

Vade ad populum istum ꝛc. Que auctoritas hic al
legata secundum translationem .lxx. refertur ad tempus
christi secundum sensum litteralem ut ibidem plenius dictu
fuit preminans iudeorum obstinatiem pro parte
maiori in tempore aduentu xpi. Aure .s. corporali
audietis et non intelligetis. quia iudei audierunt
predicationem christi et apostolorum eius et pro maiori parte
veritatem ab eis dictam non receperunt credendo.
et videntes videbitis et non perspicietis quia
viderunt miracula xpi corporalibus oculis et non
cognouerunt virtutem sue deitatis. Incrassatum
enim est cor populi huius metaforica est locutio
quia sicut crassitudo circa cor congregata suf
focat vitam corporalem. Ita malitia iudeorum
ex aggerata in mente eorum extinxit in eis
vitam spiritualem. et auribus grauiter audierunt
dentes. vel .o. dicitur est hic sermo quis potest eum
audire. Et oculos suos .s. mentales compres
serunt .i. a veritate declinauerunt. ne forte
videant ꝛc. hoc dicitur propter libertatem arbitrii per
quam poterat a veritate auerti et ad eam
conuerti. ad quam si conuersi fuissent gratiam sa
nante ditus fuissent. Notum ergo sit vobis.
iudeis quoniam gentibus missum est hoc saluta
re dei. Iudeis enim repellentibus predicationem
apostolorum ipsi predicauerunt gentibus ex ordinatione
dei sicut dixerunt barnabas et paulus supra
13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei. sed
quoniam repellitis illud et indignos vos iudicatis
eterne vite ecce conuertimur ad gentes. sic enim
nos precepit dominus. Et ipsi audient sicut patet
impletum per orbem terrarum. Et cum hec dixisset
exierunt ab eo iudei. indignati quia gentiles
eis preponebat multam inter se habentes questionem. Nam
aliqui credebant paulo aliqui discredebant
Mansit autem. hic sexto ponit tempus pauli inter
omnibus iudeis et gentibus cum dicitur. Mansit autem
biennio toto .s. rome in suo conducto .i. in hos
pitio ab eo locato. et suscipiebat omnes ingredientes.
Qui ingrediebantur ad eum. ad audiendum dei
verbum. predicans verbum dei .i. beatitudinem
eternam. et docens que sunt de domino ihesu xpo. ea
que sunt necessaria ad salutem. Cum omni fiducia.
de adiutorio saluatoris. Sine prohibitione

imperatoris ex hoc autem quod hic dicitur. Mansit autem
biennio toto ꝛc. et quod docebat de ihesu sine prohibitione
innuitur verisimile quod iuit predicando in partibus occidentis
et maxime in hispania sicut promiserat romanis
15. Per vos proficiscar in hispaniam. Paulus enim
anno secundo neronis fuit adductus romam et
biennio mansit ibi ut dicitur hic. Nero autem imperauit
14. annis. In quorum ultimo interfecit pe
trum et paulum. et sic videtur quod tempore intermedio
paulus iuerit ad predicandum in partibus occidentis
et maxime in hyspania. et postea rediit ro
mam ut circa finem imperii neronis simul cum
beato petro per martyrii palmam transiret ad gloriam
Ad quam nos perducat qui cum patre et spiritu sancto
viuit et regnat in secula seculorum Amen.
Explicit postilla fratris Nicholai de lyra
super actus apostolorum.

Prologus in epistolas canonicas.
Incipit prologus Jacobi.



Quatuor sunt minima
terre et ipsa sunt sapi
entiora sapientibus
prouerbiorum 30. Septem epistole
que canonice .i. regu
lares nuncupantur edite
sunt a quatuor apostolis Jacobo petro Johanne Juda
et in uno libro collocantur. Igitur de earum
actoribus misteraliter tamen. Nam actor principalis
est spiritus sanctus potest conuenienter dici verbum propositum
Quatuor sunt minima terre ꝛc. In quo circa
istos apostolos tria notantur. Nuntiatoris typus. Qua
tuor sunt. humiliatoris actus. minima terre. Con
templationis excessus. et ipsa sunt sapientiora
sapientibus. Circa primum sciendum quod quaternarius
est primus numerus quadratus quia consurgit ex
ductu primi numeri .s. binarii in seipsum. bis duo .n.
quatuor sunt. Quadratum vero perfectionem virtutis
figurat. unde philosophus i. ethicorum. virtuosum vocat quadra
tum .d. qui vtique vere bonus et quadratus sine
vituperio nam sicut corpus quadratum in quolibet la
tere optime sedet ita virtuosus in qualibet fortuna

et casu bene se habet. Isti vero quatuor apli fuert
virtute pfecti ꝑ ꝙ in multis q̄ternariis sunt fi
gurati. Isti em̄ sunt q̄tuor fluuii padisi aqua
sapie militante ecctiaz irrigantes gen. 2°. Qua
tuor aurei circuli in archa testi q xpus ē late
rib9 exientes exodi. 25. Quatuor venti celi
mortuos uiuificantes eze. 37°. quatuor viri
in fornace tribulationis illesi pmanetes. dan.
3°. vbi dr̄ ꝙ spes uiui q̄i spes filii dei q2 btus Ja
cobus dei filio ihu xpo in forma et figura cor
pis fuisse dr̄ simii. hii sunt quatuor fabri
cornua pctorz deicientes Jac. zac. 1. et alii
plures quaternarii possent ad ppositu induci
de sacra sptura s3 isti sufficiant. Circa 2m
sciendum ꝙ h̄ulitas est decor et custos om̄ vir
tutum gg. Qui ceteras virtutes sine h̄uilitate
congregat q̄i puluere in uentu portat. Isti
vero quatuor apli sicut ex eorz actib9 et doctrina
patet ⁊ fuerut humillimi qd notat cum dicitur
anima terre vnde quilibet eorz potuit dice illud
1. corz. 15. Ego sum minim9 aplorz. fuert em̄ isti
apli de natura pncipiorz q sunt minima q̄ntitate
et maxima virtute. sic isti apli p vera h̄ulitate
minimi fuerut in sua reputatione. et maximi
p pdicatione infidelium multiplex scdm illud ysa.
60°. Minim9 erit in mille et puulus in gentem
fortissimam. Circa tertiu considerandum
ꝙ sicut dr̄ pu. 11. vbi h̄ulitas ibi sapia ꝑ ꝙ ctū
istos aplos post actu h̄uliatois nōtur excessus
contemplois cu dr̄. et ipa sunt sapietiora sa
pientib9. Sapientes aut huius mudi reputati
sunt phi qui tn̄ ad veram sapiam que xpus ē
non attigerut sm̄ ꝙ dicit Jo.9 in epla ad pauli
num de omnib9 sacre sptire libris. hoc doctus
plato nesciuit hoc demostenes eloquens ignora
uit. Isti aut apli hanc sapiam attigerunt et
sic sapientiores sapientib9 fuerut de quo pot
exponi quod dr̄ 1. corz. 1. Q2 stultu est dei sapi
entius est homib9. Dei aut fuerut et sunt isti
apli tamq̄ membra pncipalia corpis ei9 mis
tici et licet stulti ac stolidi fuerint a mundi
sapientib9 reputati tn̄ fuerut sapietissimi
sapietia em̄ phorz fuit de deorsum procedens
ex cognitione istorz sensibilium ⁊ corruptibilium
⁊ ducens in amore terrestriu. ppa dr̄ terre
nalis et diabolica Jac. 3. Sap vero aplorz fuit
desursum descendens a pre luminu eorz mctib9
inpssa p spm̄ sanctum ꝑ ꝙ fuit pudica pacifica
modesta suadibilis bonis consentiens plena mia
⁊ fructib9 bonis quib9 fruentur electi in aula
glie celesti ad quam nos perducat ⁊c.

I

Iacobus ihu xpi. liber iste diuiditur
in quatuor partes sm̄ quatuor a
postolos huius libri sptores sicut dcm̄
fuit de libro. 12. pphaz qui dicu̅ sm̄
nūm sptorz partes aut huius libri patebut pro
sequendo pma pars gtinet eplaz beati Jacobi
que diuidr̄ in duas partes s. in phemiu et tc
tatum. 2a. incipit ibi. omne gaudiu. In pma
parte pō descibr̄ psona salutans ex noie cum
dr̄ Jacob9. Iste est iacob9 minor fr̄ Jude apli
et filius alphei. Alius vō iacob9 qui dr̄ maior fuit
fr̄ Johis apli et euuan.te et filius zebedei. scdo
ex religione cum dr̄. xpi s̄uus. Non aut dicit
aplus quia scribebat conuersis ex Judaismo
qui pferebant se conuis ex gentilitate ut p3
act. 6. et in eplis pauli in plurib9 loc ꝑ qd
ut eos induceret ad h̄uliatez exemplo sui no
minauit se aplm qd nome est dignitat. s3 suu
quod ē nome subiectionis. Tcio describuntur
psone salutate cum dr̄. xii. tribus. ex quo p3
ꝙ scribebat conuersis de iudaismo. populus em̄
iudaicus in xii. tribub9 distinguitur. Que sut
in dispsione. i. extra terram iude. Illos enim
qui erant in iudea poterat informare voce q
modus informandi efficatior est q̄ scripto. Erat
em̄ epus Jerosolimitanus et sic illi qui erant in iu
dea cui9 metropolis ē ihrlm erant de dyocesi
sua. Qrto exprimitur bona optata cum dicit
salm s. p gram in pnti et glam in futuro.
// Omne gaudiu. hic incipit tractatus in quo
btus Jacob9 informat credentes bn̄ se habere
pmo respectu sui. 2°. re.tu pximi c. 2°. 3°.
respectu dei ca. 4°. ibi. Adulteri. sm̄ ordine
doctrine a magr̄ notl. ad minus nota procedo
Ista tn̄ diuisio non ē sic pcisa quin in vna pte
ponatur ad de ptinentib9 ad alias ⁊ eq°. et hoc ꝑ

conexione virtutum. Circa primam partem considerandum quod respectu sui homo bene se habet per hoc quod temptationibus viriliter resistit et per hoc quod veritati humiliter acquiescit quia per primum vitantur vitia et acquiruntur virtutes morales. per secundum vero expellitur ignorantia et acquiruntur virtutes intellectuales. Secunda incipit ibi. Scitis fratres mei. prima dividitur in tres. Nam primo beatus Iacobus ponit suam informationem. Secundo infert intentam conclusionem ibi. Glorietur autem. Tertio removet erroneam opinionem ibi. Nemo cum temptatur. Prima adhuc in duas quia primo inducit ad resistendum temptationibus primo in casibus certis secundo in dubiis ibi. Si quis autem vestrum. Ad evidentiam primi considerandum quod temptationes metum inducentes de amissione boni iam habiti sunt vehementiores quam ille que inducunt appetitum de acquisitione non habiti. Unde dicit augustinus Terrena diliguntur arctius adepta quam concupita constringant. Nam illa velud incorporata persentiuntur. Ista vero velud extranea repudiantur. et quanto sunt magis intrinseca tanto metus de amissione est vehementior. Sicut metus de amissione vite seu membrorum aliquorum quam de amissione bonorum possessorum et ideo qui bene resistit temptationibus istis bene potest resistere et aliis quia secundum quod dicit beatus augustinus Non est consentaneum rationi. Cupiditate enim cum vinci qui metu non frangitur. Et ideo beatus Iacobus docens resistere temptationibus ponit exemplum de temptationibus metum inducentibus de amissione boni iam habiti cuiusmodi sunt persecutiones in personis vel rebus iam possessis. Dicit ergo. omne gaudium id est celeste gaudium quod includit in se perfectione omnimodo omnis boni gaudii. Existimate fratres mei. finaliter consequi. Cum in temptationibus variis incideritis. Si fortiter eis restiteritis. Scientes quod probatio fidei vestre in persecutionibus per quas declaratur homo fideliter adherere deo quando per adversa quecumque non separatur ab eo. Patientiam operatur Nam per talem sufferentiam frequentatam virtus patientie acquiritur. per quam quod habitum sufferentia tribulationis que prius erat sibi difficilis redditur facilis. Patientia autem opus perfectum habet in persecutionibus. id est illud quod

occurrerit prius. Sustinenti est tristitia. ex hoc ulterius insurgit ira que est appetitus vindicte contra persequentem. et tertio odium. virtus patientie aufert tristitiam istam ut patet ex dictis et sic prescindit radicem duobus aliis. quia qui non tristatur in persecutione non irascitur contra persequentem nec odit eum. Ideo videtur quod in hoc habet opus perfectum propter quod subditur. Ut sitis perfecti et integri. quod qui bene resistit temptationibus istis et de facili resistit aliis ut dictum est. In nullo deficientes. quia sicut supra dictum est non solum per hoc evitantur vitia sed etiam acquiruntur opposite virtutes. Si quis. Hic secundo docet resistere temptationibus in casibus dubiis. temptatur enim quis aliquando de aliquo perpetrando quod ignorat esse licitum et aliquando de malo sub specie boni propter quod ad resistendum temptationi in huiusmodi casibus necesse habet ab alio dirigi. Infallibile vero directivum est ipse deus qui non deficit ad se veraciter recurrentibus quia si natura non deficit in necessariis multo minus auctor nature propter quod tales dirigit per se ipsum vel per ministros sicut patet actuum x. de cornelio ad cuius directionem misit petrum. Ideo dicit beatus Iacobus. Si quis autem vestrum indiget sapientia. quod contingit in dubiis. postulet a deo qui dat omnibus affluenter. Nam omnibus hominibus dat bona nature que sunt magna valde. et super hoc se disponentibus dat bona gratie que sunt maiora. et perseverantibus bona glorie que sunt maxima. et non improperat. sed gratis nam frequenter ingratis iudeis improperavit propter precedentia beneficia eis exhibita in exitu de egypto in deserto et in terra promissionis. et dabitur ei. Nam petitio semper exauditur quando fit pie et pro se et perseveranter. postulet autem in fide. ihesu christi. nichil hesitans. de divina potestate ac etiam voluntate dandi petentibus debite. scilicet pie perseveranter et pro se. Qui enim hesitat de potestate seu voluntate divina. similis est fluctui maris. quia est instabilis non habens mentem in deo stabiliter fixam. Non ergo estimet homo ille quod accipiat aliquid a domino. de pertinentibus ad bona gratie. quod nec bona sunt bonis et malis communia. Math. v. qui solem suum oriri facit super bonos et malos etc. Si autem aliquis hesitet de proprio defectu in petendo dubitans ne petat

in sufficienti mo pro tali hesitatione no impe-
mei nolite iurare. i. non proponatis iuramentum
omnibus verbis vestris et promissis. hoc habetur ad reu
incendum errorem illorum qui dixerunt iura
mentum esse frequentandum eo quod dicitur deut. 10.
dominum deum tuum timebis et ei soli servies ipsique
adherebis. iurabisque in nomine illius propter quod dix
erunt quod frequentatio iuramenti facit ad reue
rentiam dei et sic est frequentanda. sed hoc patet
falsum per dictum christi math. 5. ego autem dico vobis
non iurare omnino etc. et per dictum beati iacobi
in hoc loco. hoc etiam patet per rationem quia illud quod
non querit nisi ad subueniendum defectui
non est per se appetendum seu frequentandum
sicut patet de medicina que non queritur nisi
ad subueniendum infirmitati et sic est de iu
ramento quia non queritur nisi ad subueniendum
defectui quo unus homo non credit alteri
in quo casu subuenitur per iuramentum in
quo inducitur veritas dei infallibilis in testi
monium in se sicut cum iuratur per deum vel
in aliqua creatura in quantum relucet in ea ve
ritas diuina ut per celum quia thronus dei
est. vel per terram quia scabellum pedum eius est
math. 5. Iurare vero per creaturam secundum se est illi
citum. et sic patet quod iuramentum non est inducendum
nisi in casu in quo est necessarium ad confir
mationem veritatis. et sic intelligenda est auctoritas
inducta deut. 10. In tali enim casu iurandum
est per nomen dei et non per nomina ydolorum
secundum quod dicitur exo. 23. per nomina deorum exterorum
non iurabis quia per ea non est veritas confirmanda
hoc enim pertinet ad infidelitatem. Sit autem
sermo vester. extra casum predictum. est est. non non.
simpliciter affirmando veritatem et negando fal
sitatem ut non sub iudicio et condempnatione
decidatis. ex frequenti iuratione vera caditur
in falsam eccli. 23. vir multum iurans replebitur
iniquitate. Tristatur. hic quarto inducit
ad dei reuerentiam in feruenti deuotione
dicens. tristatur quis in vobis. i. si patitur accidiam
que est quedam tristitia in obsequijs diuinis
oret equo animo et psallat. i. dicat spiritum erigere
ad orandum deum deuote tam secrete. ideo dicit oret
quam publice. et psallat. Oratio enim et psalmodia
sunt contra dictam tristitiam optima reme
dia. Infirmatur. hic quinto inducit ad dei
reuerentiam in susceptione sacri. et primo facit propositum
2o. declarat quoddam dictum ibi. Multum enim
primum facit in duplici sacro. s. unctionis ex
treme et penitentie quantum ad primum dicit. Infirmatur
quis in vobis. Infirmitate de qua probabiliter
dubitatur mori. Nam istud sacramentum est exeun
tium de hac vita. Inducat presbiteros ecclesie etc. licet
istud sacramentum fuit a christo institutum tamen per beatum
iacobum fuit hic expressius publicatum. et oratio
fidei saluabit infirmum corporaliter et spiritualiter
vel subdit. et alleuiabit eum dominus. ab infirmitate
si expediat ei. et si in peccatis sit. venialibus re
mittentur ei virtute huius sacri. Conse
inducit ad reuerentiam sumendum penitentie sacramentum
quo remittuntur peccata mortalia dicens. Confi
temini ergo alterutrum. ex quo patet quod confessio debet
fieri non solum deo sed etiam homini. vnde et in lege
veteri sacrificia que offerebantur deo pro
peccatis offerebantur per manum sacerdotis. Et
orate pro inuicem. Nam confessor tenetur ora
re pro confitente et econuerso. Multum enim.
hic quarto declarat quoddam dictum scilicet quod oratio
sit magne efficacie quia dixerat quod valet contra
tristitiam et ad dei reuerentiam in sacrorum
perceptione ideo dicit. Multum enim valet deprecatio
iusti. Nam eius de iniusto dicitur eccli. 15. Non est
speciosa laus in ore peccatoris. Assidua. Nam
una de conditionibus que faciunt orationem esse
exaudibilem est a deo per fidem. certitate forta
In salutem scilicet consequendam. Paratam reuelari
tempore nouissimo. i. in finali iudicio. tunc enim
reuelabitur manifeste nam electi apparebunt
gloriosi in anima et corpore. In quo etc. hic quinto
beatus petrus reddit causam certitudinis quare non possunt
ex predictis terreri. Nam ex hoc quod dictum est
baptizatos esse dei filios adoptiuos et coheredes
regni celestis posset aliquis infirmus fidelis
querere. Igitur quare dicit nos deus filios suos
tot et tantas tribulationes sustinere. Nam
in ecclesia primitiua credentes sustinebant

multas tribulationes. Ad quod re(spon)dz petrus d(icens) q(uod) hoc non e(st) ad malum credentiu(m) s(ed) ad bonu(m) ip(s)or(um) sicut aurum in fornace proiectum inde non deterioratur s(ed) purg(atur) et melius efficit(ur). et hoc est quod dicit. In quo exultabitis eternalit(er). Modicu(m) nunc si oportet contristari. temporaliter. In variis tribulationib(us). persecutionu(m) in rebus possessis aut in amicis uel etiam in corporib(us) p(ro)p(ri)is. Omnes e(ni)m pene temporales modice sunt respectu eternarum. Ut probatio fidei v(est)re. In tribulationis fornace inueniatur .i. c(on)cedat vobis. In laudem .i. ad laude(m) et gloriam sempiterna(m). In reuelatione ih(es)u xpi .i. tempore iudicii in q(u)o manifestabit gloriam elector(um) ut p(re)dictu(m) est. Quem cum non videritis diligitis licet e(ni)m aliqui ad hoc uiuerent qui humanitatem xpi viderant t(ame)n eius deitatem non viderant de qua est fides io(hannes) subdit. In que(m) nu(n)c quoq(ue) non videntes creditis. fide formata caritate que facit credente(m) dignu(m) vita beata io(hannes) subdit. Credentes aut(em) exultabitis (et)c. et p(er) l(ite)ra ex p(re)dictis. De qua salute. hic s(e)c(un)do confirmat predicta oraculo p(ro)ph(et)ali d(icens). de q(ua) salute. fienda p(er) xpm Exquisierunt atq(ue) scrutati sunt p(ro)phe. Non n(atur)ali lu(min)e aut ratione s(ed) sup(er)naturali illustr(ati)o(n)e. Quod uel quale t(em)p(u)s .i. si xpi misteriu(m) impleatur tempore p(ro)pinquo uel longinquo et si impleretur t(em)p(o)re pacifico aut bellicoso. de utroq(ue) enim p(ro)phauerunt nam gen. 49. patriarcha iacob p(ro)phauit q(uod) e(ss)et implendu(m) t(em)p(o)re q(u)o deficeret regnu(m) iudeor(um) d(icens). non auferetur sceptru(m) de iuda et dux de femore ei(us) donec veniat qui mittendus est. Similit(er) p(ro)phauerunt q(uod) t(em)p(o)re pacis e(ss)et implend(um) ys(aie). 2o. et conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces. xpus e(ni)m natus fuit pacificatis omnib(us) regnis sub imp(er)io romanor(um) luc(e) 2o. sp(iritu)s xpi qui loquebatur in p(ro)ph(et)is. qui d(icitu)r sp(iritu)s xpi sicut et p(at)ris quia p(ro)cedit a p(at)re et filio. Prenuncians eas que in xpo sunt implete passiones et posteriores glias sicut patet ys(aie). 53o. ubi multu(m) loquit(ur) de passio(n)e xpi et de glorificatio(n)e ip(s)ius in fine capli. dicit in passiones et glas in plu(rali). quia non solum passus est in se s(ed) etiam in membris suis Similit(er) eius glia d(er)iuatur ad me(m)bra. quibus reuelatu(m) est quia non sibi ip(s)is .i. misteriu(m) x(risti) quod fuit eis reuelatu(m) non fuit eor(um) t(em)p(or)ib(us) adimpletu(m). s(ed) t(em)p(o)re xpianor(um) io(hannes) subd(it). Vobis aut(em) ministrabant p(re)nu(n)tiando futura que nu(n)c nu(n)ciata sunt uob(is). adimpleta. Per eos qui euangelizauerunt uob(is) .i. p(re)dicauerunt euangeliu(m). sp(irit)u s(an)c(t)o de celo misso in signo visibili in die penthecost(es). Tunc e(ni)m fuerunt illu(m)i(n)ati et constantes effecti ad p(re)dicandu(m) euangeliu(m) in omnib(us) linguis. p(ro)pt(er) q(uo)d no(n) e(st) eis minus credendu(m) q(uam) p(ro)ph(et)is quia eod(em) sp(irit)u sunt locuti. ymo mag(is) maxi(m)e. p(er) eunde(m) sp(iritu)m sunt magis illu(m)i(n)ati. In que(m) desiderat angeli p(ro)spicere. Nam eadem e(st) visio et fruitio tri(um) p(er)sonarum. Istud tamen desideriu(m) no(n) importat expectatione(m) non h(ab)iti. s(ed) continuatione(m) h(ab)iti. Propter q(uo)d. hic s(e)c(un)do inducit renatos ad munditiam vite, et p(ri)mo ponit sua(m) monitoe(m). 2o. inducit ad hoc multiplice(m) r(ati)o(n)e(m) ibi, et si p(at)rem. Circa p(ri)mu(m) dicit. p(ro)pt(er) q(uo)d .i. q(uia) estis filii dei p(er) adoptione(m) ut p(re)d(ic)t(u)m e(st). Succincti lumbos mentis v(est)re .i. casti corp(or)e et mente. Sobrii in victu et vestitu et p(er)fecti in om(n)i virtutis actu. Sperate in ea(m) que offertur vobis gr(ati)am .i. sperate ad consequ(en)du(m) glam que e(st) gr(ati)a consu(m)ata que offertur q(ua)n(d)o gr(ati)a in p(rese)nti datur que est arra glie. In reuelatio(n)e(m) ih(es)u x(risti) .i. p(er) ei(us) reuelatione(m) q(ua)n(do) apte facie ad faciem videb(itis). Quasi filii obe(dientie). In mandator(um) dei adimpletione. Non configurati priorib(us) ignorantie v(est)re desideriis .i. carnalib(us) viciis quib(us) erat(is) dediti an(te)q(uam) de tenebris ignorantie uocati essetis ad lumen fidei. S(ed) s(ecundu)m eum qui uocauit vos s(an)c(tu)m ut ei conformemini p(ro)pt(er) quod subdit. et et ip(s)i s(an)c(t)i in omni conuersatione sitis. imitantes eum p(ro)ut poteritis q(uonia)m sc(ri)ptu(m) est leuit. 19o. Sancti eritis (et)c. Et si p(at)rem. hic s(e)c(un)do inducit ad su(u)m p(ro)positu(m) multiplice(m) ratione(m) p(ri)ma accip(itur) ex dei timore qui facit ad in

mundicia recedere. pu. 16. per timorem domini declinat omnis a malo. d. Et si patrem inuocatis eum. et accipitur hic si pro quia. Quia fideles inuocant deum tamquam patrem suum. Qui sine acceptione personarum iudicat. In equitate iustitie secundum uniuscuiusque opus. reddens ei penam uel premium propter hoc est magis timendus. In timore etc. Iungatur sic littera. Conuersamini tempore incolatus uestri. idest tempore presentis uite. In timore. qui facit offensam dei preuid cauere. Scientes. hic ponitur 2a ratio que accipitur ex hominis ualore qui patet ex hoc quod redemptus est tanto precio s. sanguine christi precioso propter quod non debet se paruipendere uitijs carnalibus maculando unde dicit hugo libro de arra sponse. Amplius uilis michi esse non debeo quam tantum deo placui ut mori pro me eligeret ne perderet me etc. Scientes quia non corruptibilibus etc. et de uana uestra conuersatione paterne traditionis. Conuersi enim de gentilitate a parentibus erant informati ydolis seruire quod est ualde uanum. nam ydolum nichil est. i. cor. 10. Alii conuersi de iudaysmo erant informati a patribus spiritualibus s. sacerdotibus relinquere mandata dei propter traditiones hominum ut habetur ma. 15. quod erat etiam ualde malum. potest hoc etiam intelligi de cerimonijs ueteris legis que dicte uane. tum quia non conferebant gratiam. tum quia cessauerunt in morte christi quantum ad obligationem. Nam ab eterno misterium christi fuit preordinatum a deo. propter nos. i. ad utilitatem uestram. Qui suscitauit eum a mortuis. Suscitatio uero christi licet facta fuit a tota trinitate attribuitur tamen patri. sicut et potentia per quam facta est. et dedit ei gloriam s. corporis quam accepit in sua resurrectione. Nam ab instanti conceptionis habuit gloriam anime. Ut fides uestra et spes. de beatitudine consequenda. esset in deo. ab ipso recipienda. Animas uestras. hic ponitur tercia ratio que accipitur ex fraternitatis amore qui turbatur quando aliqui uitijs se maculant quod alij abhorrent. ideo dicit Animas uestras castificantes. i. uosmetipsos totum a digniori parte nominando. In obedientia caritatis

i. ex caritate mandata dei seruando in quibus prohibitur adulterium et etiam concupiscentia uxoris aliene. In fraternitatis amore. sicut uere fratres in fide. Simplici ex corde. i. sine pluralitate dolositatis seu falsitatis. Inuicem diligite attentius. quia si homo diligit fratrem suum carnalem quanto magis debet diligere fratrem suum spiritualem. Renati. hic ponitur quarta ratio que accipitur ex originis honore. homo enim attendens nobilitatem sue originis etiam secundum carnem abhorret uitijs fedare se ipsum. et multo magis debet abhorrere fedationem sue spiritualis originis que incomparabiliter est dignior et hoc est quod dicit. Renati non ex semine corruptibili. debetis siquidem uosmetipsos castificare. unde refertur ad id quod precedit. animas uestras castificantes per uerbum dei uiui. expressum in sacro baptismo in quo fit regeneratio. Accedente enim uerbo ad elementum fit sacramentum et permanentis in eternum In suo effectu. Caracter. n. baptismalis est indelebilis. Gratia enim ibi data est arra uite eterne. Quia omnis caro fenum. hoc accipitur de ysa. 4o. ca. per quod ostenditur quod omnis nobilitas carnalis originis nichil est respectu spiritualis. hoc est autem uerbum quod euangelizatum est in uos. i. apud uos. uia primo perdicatur regeneratio baptismalis et postea cetera sacramenta.

II

Deponentes. postquam beatus petrus instruxit fideles de regeneratione spirituali hic consequenter instruit eos de educatione consequenti. Sicut ex parte nature nutritio sequitur generationem. et diuiditur in duas partes. quia primo inducit ad huiusmodi educationem. secundo ad consequendum perfectionem ibi. Ad quem accedentes sicut in naturalibus perfectio sequitur educationem. Nutritio uero in fide et moribus presupponit uitiorum abiectionem. ideo dicit. Deponentes igitur omnem malitiam. i. malam cogitationem contra proximum ad hoc in corde latentem. et omnem dolum i. uerbum proximi deceptorium et simulationes.

bonitatis appetitus

benignitatis apparentis etiam et invidias i. tristitias de bono proximorum. et omnes detractiones quibus infertur nocumentum proximo in eius fama que est preciosior pecunia. Sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo regenerati enim per baptismum debent esse similes infantibus quantum ad innocentiam sed non quantum ad ignorantiam. lac concupiscite .s. facilioris doctrine secundum quod dicitur .j. cor. 3. Tamquam parvulis in christo lac vobis potum dedi. Non enim de novo baptizati debent ardua et difficilia fidei proponi que non sunt ab eis capibilia sed tantum levia sicut nec pueris corporaliter dantur statim cibaria solida ut carnes aut pisces. sed de facili convertibilia ut lac et huiusmodi. ut in eo crescatis in salutem .i. ut per notitiam facilium ascendatis ad notitiam magis difficilium et proficiatis in augmento fidei et morum. Si tamen gustastis quoniam dulcis est dominus. sicut enim cibus corporalis non proficit nisi sapiat sic nec spiritualis.

Ad quem accedentes. hic consequenter inducit fideles ad perfectionis adeptionem. 2o ad adepte diffusionem ibi. Vos autem. Prima in tres quia primo facit suam inductionem. 2o inducit scripture confirmationem ibi. propter quod. 3o. infert suam conclusionem ibi. vobis igitur. Circa primum sciendum quod christus est fundamentum ecclesie secundum quod dicitur i. cor. 3. fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est ihesus christus. Huic autem fundamento adherent fideles per fidem caritate formatam et sic proficiunt ad augmentum fidei et morum et hoc est quod dicit Ad quem .s. christum. Accedentes. fide formata caritate. lapidem vivum. non tantum formaliter sed etiam effective quia causat in aliis vitam spiritualem. Ab hominibus quidem reprobatum .i. a iudeis perfidis huiusmodi tantum sapientibus mundana. A deo autem electum. ad salutem mundi fiendam per ipsum et honorificatum in miraculorum operatione et in sua gloriosa resurrectione et ascensione et spiritus sancti missione. et ipsi .i. vos ipsi tamquam lapides vivi per fidem caritate formatam superedificamini domos spirituales .i. domos spirituales. Sacerdotium sanctum etc. Circa quod sciendum quod sicut christus homo est dei templum quia in eo habitat divinitas et sacerdos et hostia inquantum obtulit semetipsum deo patri pro nostra salute et mundi. Sic fideles ei confirmati sunt etiam dei domus vel templum inquantum deus habitat in eis per gratiam sunt etiam sacerdotes et hostia inquantum se ipsos offerunt deo per devotionem et sanctam operationem et sequitur. Offerre .i. ad offerendum spirituales hostias non carnales sicut in lege veteri. Acceptabiles deo per ihesum christum per quem sumus deo patri reconciliati propter quod in fine oblationum et orationum ecclesie ponitur. per dominum nostrum ihesum christum vel aliquid simile. quia per ipsum nostre oblationes et orationes sunt accepte.

Propter quod. hic consequenter ad propositum inducit scripturam dicens. propter quod continet scriptura ysa. 28. secundum translationem lxx. Ecce ponam in syon .i. in ecclesia per syon figurata eo quod ibi christus predicavit et apostolis spiritum sanctum misit lapidem summum .i. christum .s. ibidem declaratum fuit etiam per dicta hebraicorum doctorum. Angularem. quia christus coniunxit iudeos et gentiles in una ecclesia tamquam duos parietes. electum a deo ad opus nostre redemptionis preciosum per inhabitationem deitatis. et qui crediderit in eum. tamquam in salvatorem omnium fide formata caritate Non confundetur sed magis honorabitur celesti honore.

Vobis igitur. hic ex dictis infert conclusionem dicens. Vobis igitur honor credentibus. erit supple in celestibus. Non credentibus autem lapis quem reprobaverunt edificantes .i. iudeorum scribe et sacerdotes. hic factus est in caput anguli. Coniungens iudeos et gentiles in una ecclesia dei. et lapis offensionis et petra scandali. hoc accipitur de ysa. 8o. et intelligitur ad litteram de reprobatione iudeorum ut ibidem fuit dictum io subditur. hiis qui offendunt verbo .i. iudeis obstinatis blasphemantibus christum. Nec credunt in quo et positi sunt ad hoc enim fuit eis data lex ut disponerentur ad christum secundum quod dicitur gal. 3. lex pedagogus noster fuit in christo et ipsi pro maiori parte remanserunt increduli.

Vos autem. Postquam induxit fideles ad perfectionem condam. hic consequenter inducit

eos ad huius perfectionis diffusionem. Tunc enim
dicitur aliquid perfectum cum potest alterum facere quale
ipsum est. 4. metheororum. et primo inducit ad hanc
diffusionem faciendam verbo predicationis. 2°.
exemplo sancte conversationis ibi. Karissimi. Circa
primum dicit vos autem genus electum supple estis
per baptismum in quo facti estis filii dei adoptivi
et per gratiam de genere eius. Regale sacerdotium
i. conformati christo qui est rex et sacerdos secundum
ordinem melchisedech qui fuit rex et sacerdos
Gen. 14. et sic est de veris christianis qui sunt
reges per subiectionem passionum et sacerdotes
per orationis devote sacrificium. unde dicitur apoc. 5.
fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotium etc.
Gens sancta. i. per baptismum lavata et mundata.
populus acquisitionis. pretioso sanguine christi ut dictum
est ca. primo. virtutes eius annuncietis verbo sancte
exhortationis. Qui de tenebris ignorancie
vos vocavit in ammirabile lumen suum. s. fidei
et gratie et finaliter ad lumen glorie qui aliquando non
populus dei. ante conversionem. hec autem scriptura
accipitur de osee primo et intelligitur ad literam de
vocatione gentilium ad fidem ut ostensum fuit
ibidem et hic inducitur quia sicut dictum fuit
in principio huius epistole. beatus petrus videtur eam
scripsisse conversis de gentilitate. Genti
les autem dicebantur non populus dei eo quod erant
ydolatrie dediti. Iudei vero dicebantur eius
populus ut patet in multis locis veteris testamenti eo quod
erant cultores unius dei. Nunc autem populus dei. q.
d. mutatum est e contrario. Nam iudei obstinati facti sunt.
Nunc autem populus dei. Gentiles vero conversi populus
eius quia christo incorporati. Qui non consecuti
misericordiam. Quia gentiles non habuerunt prophetas
et legem divinitus datam sicut iudei. Nunc autem
misericordiam consecuti per legis evangelice susceptionem.
Karissimi. hic consequenter inducit fideles ad
diffusionem fidei per exemplum sancte conversationis
2°. per exempla debite subiectionis ibi subiecti
estote. Circa primum dicit. Obsecro vos tamquam
advenas et peregrinos. A civitate celesti heb.
13. Non enim habemus hic manentem civitatem
sed futuram inquirimus. ideo peregrini sumus.
Abstinere vos a carnalibus desideriis. peregrini enim

non querunt in delitiis manere sed festinant
ad patriam transire et hoc potissime competit
predicatoribus secundum quod dicit apostolus cor. 9. Castigo
corpus meum et in servitutem redigo ne forte
cum aliis predicaverim ipse reprobus efficiar
devitus a delitiis carnalibus unde subditur. Que
militant adversus animam. id est culmine virtutis
ipsam deiciendo. Conversationem vestram inter
gentes habentes bonam. Non ad propriam laudem
sed ad gloriam dei et proximi edificationem ideo
sequitur. Glorificent deum in die visitationis
die gratie eos ad fidem convertendo. Subiecti
hic consequenter inducit eos ad candidum exemplum debite
humiliationis que est fundamentum et custos
omnis virtutis. q. d. Subiecti estote vera humilitate omni
humane creature propter deum inquantum eius vestigio
relucet in ea. et potissime superioribus personam
dei representantibus unde subditur. sive regi etc. ad
vindictam malefactorum et sic sunt extir
patores viciorum suo officio et conservatores
virtutum. propter quod etiam debetur eis honor qui
exhibendus est alicui ratione virtutis in se vel
in aliis ut dictum est. 8. Iac. 2°. Quia sic
est voluntas dei. quam implere debetis ut bene
facientes obmutescere faciatis etc. quia per hoc
auferetis ab eis materiam obloquendi de vobis. quasi
liberi secundum veritatem que est libertas a viciis
et non quasi velamen habentes malicie libertatem
q. d. libertas vera sit ad bonum et non ad malum
quod dicit contra aliquos qui dicebant se esse liberos
a tributo eo quod erant filii dei per baptismum quod
non est verum et sic retinendo illud quod de
bebatur dominis temporalibus committebant furtum. sed
sicut servi dei. qui reddunt unicuique quod est
sibi debitum Mt. 22. Reddite que sunt cesaris
cesari et que sunt dei deo. omnes honorate in
quantum relucet in eis ymago dei. Fraternitatem
diligite. q. d. licet omnes sint caritate diligendi
tamen specialiter christiani qui sunt fratres veri ex patre
et ecclesia sicut et vos regenerati. Deum timete. timore
filiali. Regem honorificate inquantum gerit
personam dei. Servi. postquam beatus petrus
informavit omnes generaliter. hic consequenter informat
existentes in aliquibus statibus specialiter et primo

in statu servili. 2º in statu coniugali. 3º ca. 3º
In statu pastorali In pri. q. ca. 4º. in statu iu
venili ibi. Similiter adolescentes. prima in duas
quia primo ponit suum documentum. 2º confirmat
per exemplum ibi In hoc enim. Circa primum dicit. Servi
subditi estote in omni timore dominis. hic accipitur
omne pro toto. totum autem et perfectum idem est
secundum methaphysicam. est igitur sensus. In omni timore
i. in perfecto timore. Est autem timor perfectus quo
quis cavet non solum offensam dei sed etiam
hominis propter deum ideo subditur. non tantum bonis
i. bene morigeratis. et modestis i. imperantibus
secundum moderamen rationis. Sed etiam discolis. i. discor
dantibus ab istis moribus et imperandi mode.
hec est enim gratia i. res graciosa coram deo quia
est supererogationis. Sed propter conscientiam dei. i. propter
conscientiam timorosam quam aliquis habet de
deo quia non solum vult eius imple mandata
sed etiam consilia. Sustinet quis tristias. i.
illatas a dominis penas. patiens iniuste. i. paci
enter sustinens quod infertur iniuste. quod
declarat consequenter dicens. que enim gratia. i. supero
gatio si peccantes et colaphizati suffertis. q. d.
nulla sed magis est iustitia. Sed si bene facientes
i. bene servientes dominis vestris. patienter sustinetis
propter deum penas ab eis illatas vobis. hec est gratia
apud deum unde reddet supererogationis premium
// In hoc enim. hic confirmat dictum suum confirmavit
per exemplum. d. In hoc enim vocati estis. ut iniurias
patienter toleretis. Quia et christus passus est
pro nobis. similia et multo maiora et post lra usque
ibi Tradebat autem iudicanti se iniuste. i. py
lato qui iudeorum favore et cesaris timore
condempnavit eum iniuste Io. 18. Tradidit
autem se pylato quia tradidit se iudeis eum que
rentibus ad mortem quibus obviavit. d. ego sum.
Si igitur me queritis sinite hos abire. sciens
quod tradituri eum erant pylato. hec autem tra
ditio ex parte christi processit ex obvia ad premium
et maxima caritate. ex parte iudeorum ad nos.
Ex parte vero iude ex maxima cupiditate.
Ex parte iudeorum ex maxima malignitate propter quod
in christo fuit sunt summe meritorie In aliis autem
dampnabilis et iniqua. Qui peccata nostra ipse pertulit
in corpore suo. Penam pro ipsis debitam susti
nendo. super lignum. sancte crucis. ut peccatis mor
tui. i. ut amplius non peccemus sicut mortui
corporaliter cessant ab actu operandi. Iusticie vi
vamus. i. christo qui est nostra iustitia effective Cuius
livore ipsius habuit in corpore ex colaphizationibus
et passionibus. sanati estis a peccatorum infirmi
tatibus quod declarat ulterius. d. eratis enim. in
conversione sicut oves errantes per devia viciorum
et conversi estis nunc ad pastorem. i. christum qui
pascit nos corpore et sanguine suo in eucaristie
sacro. et episcopum animarum vestrarum eorum saluti semper
intendendo. episcopus enim grece superintendens dicitur
latine ab epi. quod est super. et scopos quod est intentio.

III

Similiter et mulieres. hic consequenter
informat coniuges in statu co
niugali. et 2º revertitur ad
informandum omnes in generali ibi
In fide autem omnes unanimes. prima in duas
quia primo informat sexum muliebrem. 2º.
virilem ibi. Viri similiter prima adhuc in duas
quia primo mulieres informat de debita sub
iectione 2º. de honesta compositione ibi. quarum
sit. Circa primum dicit. Similiter et mulieres sub
dite sint. In hoc continuat se ad partem pre
dentem in qua agitur de subiectione servorum
ad dominos suos viris suis in quibus magis viget
ratio quam in mulieribus propter quod ad eos pertinet regi
men et administratio domus. ut si qui sunt viri
Non credunt verbo predicatoris per mulierum con
versationem. i. per uxorum suarum conversationem sancta
sine verbo predicationis eorum lucrifiant. i. convertantur
ad fidem sicut quod dicitur i. cor. 7. sanctificatus est vir
infidelis per mulierem fidelem. Considerantes
sanctam conversationem vestram. o vos mulieres
In timore filiali ipsius dei et mutatur hic modus
loquendi de tercia persona ad secundam quod fit
frequenter in scriptura sacra. // Quarum.
hic consequenter agit de mulierum compositione que esse
debet honesta et non curiosa ideo dicitur. Quarum
sit non extrinsecus capillatura. i. non sit extrin
secus apparens videntibus. quod hoc est ad provocandum
incontinentiam aut crinicatio auri. i. ornamenta

aurea circa caput. sicut sunt corone auree et huiusmodi. Aut indumenti vestimentorum cultus. Iungatur sic littera. aut cultus, id est ornatus, indumenti vestimentorum, id est indumenti nimis pretiosi aut curiosi. Et quod dicitur vestimentorum per excellentiam sicut rosa dicitur flos florum. Sed qui absconditus est homo cordis, id est mens ipsa que dicitur homo interior. 2. Cor. 4. Licet is qui foris est homo noster corrumpatur tamen is qui intus est renovatur de die in diem. Nam est incorruptibilis et dicitur homo interior in muliere sicut in viro quia cordis genus est homo non sexus. Est cordis homo pariter cum virgine latro. In incorruptibilitate quieti et modesti spiritus. Dicitur autem spiritus huiusmodi quietus qui non perturbatur a passionibus concupiscibilis et irascibilis et modestus qui in actibus huiusmodi tenet modum debitum secundum moderamen recte rationis. Primum fit per virtutes morales que sunt circa passiones. 2m autem per illas que sunt circa operationes sicut sunt iustitia liberalitas et huiusmodi. Et quia iste sunt vere divitie sicut dicit Gregorius omel. 8. Vere divitie sunt que nos divites virtutibus faciunt, ideo subditur. Qui est in conspectu dei locuples. Sic enim. Hic [illegible] inducit exemplum ad suum propositum de ornatu et subiectione mulierum, quasi dicat. Sic enim aliquando, id est tempore preterito, et sancte mulieres sperantes in deo et non in labili mundo ornabant se, scilicet ornatu virtutum interiori et parum curabant de exteriori. Subiecte propriis viris, eis obediendo in licitis et honestis sicut Sara obediebat Abrahe viro suo Gen. 18. ad eius dictum celeriter conspersit similam faciens inde panes. Dominum eum vocans. viro suo ibidem dicitur. postquam consenui et dominus meus vetulus est voluptati operam dabo. Cuius estis filie benefacientes, quia sic eam imitamini tamquam matrem et non timentes ullam perturbationem, quasi dicat. Sic enim eam imitando non habetis timere quia per vos erga virum vel familiam veniat aliqua turbatio. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam. Aliqui exponunt hanc cohabitationem de redditione debiti quod debet fieri secundum scientiam ut vir non moveat ad hoc libidine sed prolis amore ad dei cultum educande. Potest etiam exponi et magis convenienter precedentibus et sequentibus ut vir de cohabitatione domestica in qua mulier debet esse subiecta ut dictum est et eodem modo vir qui preest debet preesse secundum scientiam ita quod non tractet uxorem sicut ancillam sed sicut sociam ut viri et mulier facta de latere viri Gen. 2. Ideo subditur. Quasi infirmiori vasculo muliebri. Nam mulieres infirmiores sunt viris corpore de communi cursu et etiam mente quia minus vigent intellectu et ratione. Impertientes honorem eis providendo de victu et vestitu sufficienti et honesto secundum statum et proprias facultates. Tamquam coheredibus gratie vite, id est vite beate ad quam per gratiam pervenitur. Ex quo enim vir et uxor sunt coheredes vite future debent in presenti sociabiliter convivere, ideo subditur. Ut non impediantur orationes vestre. Nam cum vir et uxor non sunt bene concordes minus possunt orationi vacare et eorum orationes sunt minus exaudibiles. In fine. Hic revertitur apostolus ad inferendum omnes communiter ordinando eos primo ad proximum. 2o ad deum ibi. Eum autem proximum. 3o ad se ipsum. Circa prima in duas quia primo ordinat eos in collatione boni. 2o in impensione mali ibi. Non reddentes. Circa primum dicit. In fide autem unanimes. Fides autem accipitur uno modo ut est virtus theologica et sic inducit eos ad unitatem ecclesie ut non sint inter eos scismata. Alio modo ut est virtus moralis et sic idem est quod fidelitas et hoc modo inducit eos ad unitatem ecclesie ut non frangant fidelitatis mutue quod subditur in aliquibus libris. In oratione estote. non est de textu nec est in libris correctis. Compatientes adinvicem sicut membra unius corporis mystici ipsius Christi. Per hoc enim alleviatur ille qui patitur cum propter alios sibi compatientes sicut sustinens pondus corporale quando alii cum eo oneri se supponunt ut dicit Philosophus 2. Rhetorice. Fraternitatis amatores, id est communitatis fidelium quia licet quilibet sit per se diligendus tamen magis est communitas diligenda

Misericordes clas indigentibus tribuendo. modesti .i. omnibus modum debitu tenendo. humiles ut pdictis bonis p supbiam eleuami s totum attribuat gre dei. Non reddetes. Hic gnr ordinat fideles in pmissione mali in quo potest quis duplr deordinari. Uno mo p audatiam vicem rependendo. Alio modo p timorem in pusillanimitate decidendo. Igitur po remouet pmu 2o scdm ibi et quis e. pa in duas quia primo mouet vicem non rependere. 2o inducit ad hoc auctem scripture ibi. qui eni. Circa pmu dicit. Non reddentes malum pro malo in factis iniuriosis. nec maledictum pro maledicto. in verb contentiosis s cro. bndicentes. huius rom assignat. d. quia in hoc vocati estis ad fidem catholicam ut bndictionem dei hereditate possideatis. q non datur maledicte s bndicte pp quod dicit sal. luc. 6. bndicite maledicentibus uob. Qui enim vult. hic gnr inducit ad ppom auctem scripture ps. 33. d. qui eni vult vitam dilige .s. beatam in qua nullus moritur. et videre dies bonos in btitudine celesti vbi dies noctibus non interrupuntur faciat supple qp sequitur Coherceat linguam suam a malo ut non reddat maledictum pro maledicto inapto et labia eius ne loquatur dolum contra maledicentem sibi machinando malum in occulto Declinet aut a malo in opere et faciat bonum hec sunt eni due ptes iusticie Inquirat pacem cum proximo etiam iniurioso Ro. 12. q ex vobis est cum omnibus hominibus pacem hntes et psequatur eam .i. pfecte sequatur et subdit ro cum de. Quia oculi dni super iustos. sicut sup spale dilectos. oculus enim dirige ad id quod spale amatur. et aures eius ad preces eorum Tamqua parate ad exaudiendum. Vultus aut dni .s. ire et indignatione unde in hebreo sic hr. Ire dni sup facientes mala. ad eos puniendum vn in ps subdit. Ut perdat de terra .s. viuentium memoriam eorum. Et quis est. hic gnr remouet timorem inordinatu p quem homo cadit in pusillanimitatem et frangit p inconstantia

d. et quis est qui nos noceat vos psequendo. Si boni emulatores fueritis q. d. nullus et est hic boni genitiui casus et neutri gnis. Imitatoribus eni boni et imitatoribus qd importatur per emulari con vsus Emulor inflatiue amat inuidet ac imitatur. psecutiones non sunt ad detrimentu s magis ad virtutis augmentu io subdit. et si quid patimini pp iusticiam beati. supple estis in spe et postea eritis in re si pseueretis timore decidente a bono virtutis. et non conturbemini. Impatienter aduersa sustinendo. Dnm aut. hic gnr ordinat fideles ad dnm et scdm inducit exemplum ibi. Quia et xpus. ad deum aut bene ordinat homo p fidem caritate formatam et hoc in tribus Primu est qp hec fides in eius corde firmet et quantum ad hoc dicit Dnm aut xpm santificate .i. firmate. scm eni in vna sigficatione idem e qp firmu. In cordibus vris. sibi firmiter adherendo qp firmus e in scpo. scdm est ut hec fides ad alios deriuetur et qtm ad hoc subdit. parati semp ad satisfactionem que fit duplr uno mo fideli simplici q petit a magis puecto in fide plenius erudiri. Alio mo infideli fidem irrationabilem reputanti pma satisfactio est p doctrina caritatiua 2a vero p fidei ronabilem defensione ostendendo qp continet omnem scitatem et quia p miracula a deo confirmata est qui non potest ee testis falsitatis et huiuscemodi scdm graz a dno datam deffendenti. unde et ipse pmittit luc. 21. Ego dabo uobis os et sapiam cui non poterit resistere et contradicere omnes aduersarij vri. verumptn ista defensio debet carere psumptione et iactantia io subdit. s cum modestia .i. modo debito et honesto. et tiore dei. Consciam hntes bonam Ita qp sit bona dispositio interius et exterius ut in eo qp detrahunt de uob. Reputantes uos fatue et male credere Confundantur in seipsis ex bona vra responsione et sancta conuersatione 3m est qp pp quecumque aduersa homo a fide no euellat et quantum ad hoc subdit. Melius e enim

et iustificatur sic lra. benefacientes fide per di-
lectionem operante pati adversa quecumque. Si
velit voluntas dei pro fidelium probatione. quam ma-
lefacientes id est inobedientes resistentes. Quia
et xpus. hic ad propositum inducit exemplum de xpo.
in quo non potuit poni exemplum quantum ad
primam fidei conditionem scilicet confitentem in corde
credentem nam in eo non fuit sed clara visio
ab instanti conceptionis sed quantum ad alias
duas scilicet quantum ad fidei derivationem in alios et
sufferentiam adversorum propter eius veritatem ponit
exemplum de xpo et primo quantum ad ulti-
mam ut continuet se lre immediate precedenti d.
Nam et xpus semel pro peccatis scilicet alienis
mortuus est. q. d. dedit vobis in hoc exemplum
et dicit semel quia resurrexit ad vitam
immortalem et quod una mors ei sufficiat
a omnia peccata delenda. iustus pro iniustis ut
nos iustificaret io subdit. ut nos offerret
deo mortificatos quidem carne id est insensibiles
factos ad desideria carnis. vivificatos autem
spiritu id est sensibiles et mobiles factos ad sequendum
instinctum spiritus sancti. In quo hic conse-
quenter ponit exemplum de alia conditione scilicet derivatione fidei
per predicationem et primo ponit exemplum secundo infert
corollarium ibi quod et vos. Circa primum sciendum
quod predicatio noe vocando ad penitentiam peccatores
suo tempore ne perirent in diluvio fuit
figura predicationis xpi per se et discipulos usque
ad finem mundi vocando peccatores ad penitentiam
ne pereant in iudicio finali propter quod de hoc
ponit exemplum per locum a minori faciens
argumentum quia si illos vocavit ad penitentiam
multo fortius vocavit et vocabit alios et
hoc est quod dicit. In quo id est ad figurandum
vocationem peccatorum mortificandorum carne
et vivificandorum spiritu modo dicto. et hiis
qui in carcere erant ligati consuetudine
peccandi secundum illud prov. 5. Iniquitates sue
capient impium et funibus peccatorum suorum
constringetur. quod erat tempore noe secundum quod dicitur
gen. 6. omnis caro corruperat viam suam.
spiritu veniens predicavit scilicet per noe cui inspiravit
facere archam et predicare penitentiam licet eum

tunc non fuit ad huc humanitas xpi. tamen
suppositum erat eternum. heb. 13. ihesus xpus heri
et hodie ipse et in secula. Qui increduli
fuerant aliquando id est deo loquenti per noe quod non
credebant quod diluvium deberet mundare et
quando expectabat dei patientia peccatores ad penitentiam
120 annis secundum quod dicitur gen. 6. erunt quod dies
illius 120 annorum. Cum fabricaretur archa
per noe et filios eius. In qua pauci id est viii anime
scilicet noe et tres filii eius et uxores eorum gen.
7. salve facte sunt per aquam inquantum elevavit
archam in sublime a terra gen. 7. Isto modo
exponit glossa et doctores communiter passim istum.
Sed quia hec expositio accipit inistic
carcere pro consuetudine peccandi. ideo aliter
potest dici absque preiudicio tamen quod hic accipitur
carcere pro limbo inferni in quo detinebantur
patres antiqui sic exponendo. In quo id est in limbo
spiritu veniens quod in anima descendit ad detentos
in limbo corpore iacente in sepulchro. predi-
cavit. quia tunc eis misterium sue incar-
nationis et redemptionis impletum esse declaravit
inter quos erant aliqui qui perierant in
diluvio corporaliter ut potest dici probabiliter
quia videntes diluvium increscere secundum quod
predixerat noe crediderunt multi qui prius
erant increduli et penituerunt de peccatis
suis et sic descenderunt ad limbum cum
patribus aliis. Si autem contra hoc dicatur quod
diluvium sic venit subito quod non potuerunt
penitere secundum quod dicit salvator luc. 17.
edebant et bibebant etc. et venit diluvium
et perdidit omnes. dicendum quod licet subito venerit
in vallibus et plena terra. non tamen sic in
montibus quia aque in augmento suo posu-
erunt 40 dies et 40 noctes et sic habi-
tantes in locis excelsis videntes aquas
increscere sicut dixerat noe potuerunt
penitere et forte plures de aliis. sic igitur
de istis dicit. Qui increduli fuerant aliquando scilicet
ante inundationem diluvii sed tunc crediderunt
ut dictum est. Cetera exponantur sicut prius.
Quod et vos. hic consequenter infert corre-
larium. dixerat enim paucos per aquam fuisse

saluatos in diluuio inquantum tamen archa ele
uauit eos a terra. Ideo dicit quod similimodo aqua
baptismus saluat spiritualiter quia per gratiam ibi datam
eleuat mentes a terrenis desideriis ad petendum
celestia et hoc est quod dicit. Que et vos nunc
saluos facit spiritualiter. Iungatur sic littera baptis
ma similis forme. i. modo simili tamen quia pauci
saluantur per baptismum xpi non saluatorum tamen quia
eleuat a terrenis ad superiora modo dicto.
Sicut aqua diluuii saluauit noe et qui cum
eo erant corporaliter eos eleuando ad superiora
Non carnis depositio sordium q. d. virtus
baptismi non est solum in lotione corporis sed principaliter
in lotione mentis ideo subdit. Sed conscie
tie bone interrogatio nam a baptizando querit. Cre
dis in deum et respondet credo per se sic adultus
vel per patrinos si est puerulus. fides autem ca
ritate formata facit conscientiam bonam in
deum tendentem et ideo in dominum coniungere cum
eo quod predicitur. conscientie bone. supple tendentis
in deum per resurrectionem domini nostri ihesu xpi. per
quam habemus introitum ad celestia secundum
quod dicitur in collecta pasche. Deus qui hodierna
die per vnigenitum tuum eternitatis nobis
aditum deuicta morte reserasti etc. Qui
est in dextera dei. per suam ascensionem marci
vltimo. Assumptus est in celum et sedet
a dextris dei. deglutiens mortem quia resur
rexit ad vitam immortalem et quia ab
stulit a nobis mortem culpe subiectis sibi
angelis potestatibus et virtutibus. Hic angelorum
tres ordines exprimuntur vnus inferiori
ierarchia cum dicitur angelis et duo de media
ibi. et potestatibus et virtutibus et per hos omnes
alii ordines intelliguntur quibus homo xpus
preficitur.

IIII

Xpo igitur etc. Hic beatus
petrus ordinat fideles
respectu sui et secundo red
ditur ad ordinandum
eos respectu proximi ibi Ante omnia. Talis
enim reuersio maxime fit in moralibus
secundum philosophum in generatione virtutum vi et phisicorum i. et ethicorum
tractat de felicitate et iterum redit ad tractandum
de ea in libro fine x. Primo vero sui bene se habet
homo quando caro subditur spiritui. Hoc autem fit per
eius macerationem et concupiscentiarum repressionem
et per diem punitionis appropinquantem quod ponitur
ibi. Omnium finis. Circa primum dicit. Xpo
igitur passo in carne et vos eadem cogita
tione armamini. quia talis cogitatio inducit
ad macerationem carnis et repressionem con
cupiscentie carnalis ideo subdit. Quia qui passus
est in carne. i. redegit carnem suam in
obsequia anime. desiit a peccatis carnalibus vt iam
non hominum desideriis. i. voluptatibus carnis
quas tamen desiderant homines. sed voluntati dei
etc. Iungatur sic littera. sed voluntati dei viuat
ei obediendo. quod reliquum est temporis. i. resi
duum presentis vite. sufficit enim preteritum tempus
etc. i. deo penitenti sufficere quod preterito tempore
vixit carnaliter quam vitam gentes vo
lunt tamen et appetunt et per hoc quod dicitur
sufficit intelligenda non est approbatio vite
preterite sed magis reprobatio. Potest etiam
aliter exponi ut hec littera. sufficit enim pre
teritum tempus. Iungatur cum eo quod subdit
Ad voluntatem gentium consumandum. Cum
aliqui se exponant ad peccata carnalia per aliorum
monita. Qui cum ambulauerunt in luxu
riis. quantum ad actum exteriorem. In desi
deriis quantum ad affectum interiorem. Consequenter
tangit vitium gule quod est incitamentum
luxurie dicens vinolentiis. per excessum
in vino. comessationibus in cibo. potationibus.
Inebriationibus quibuscumque quarum aliqui fiunt
alie a vini potatione. et illicitis ydolorum
cultibus. qui cultus frequenter oriuntur
ex predictis. exodi 32. sedit populus manducare
et bibere et surrexerunt ludere. i. ydolatrare
In quo admirantur infideles et luxuriosi.
Non concurrentibus vobis etc. i. quia non
coheretis amplius eos in predictis vitiis.
blasphemantes xpm in quem creditis. Qui
reddent rationem in iudicio finali. Per hoc
enim et mortuis. i. infidelibus secundum illud. mathei
8. dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
Euangelizatum est ut iudicentur. i. vt credentes

condempnentur · secundum homines in carne · i. ab ho-
minibus carnaliter viventibus · vivant autem secundum
deum · ex conversione enim ad fidem ista duo
consequitur · sed primum occasionaliter · secundum autem
ex intentione evangelizantium fidem · ¶ Omnium
autem · hic ponitur 2um remedium carnalium
viciorum cum dicitur · Omnium autem finis appropinquabit
quia de die iudicii nemo scit propter quod est cogitanda
tamquam semper propinqua et talis cogitatio reprimit
carnalia vicia Ideo subditur · estote ergo pruden-
tes · i. vobis prudentes ut ibi appareat finis
Et vigilate in orationibus ut deus vos dirigat
sine cuius directione non potest homo vivere munde
¶ Ante omnia · hic consequenter revertitur ad or-
dinandum fideles respectu proximi et primo
in conversatione bonorum 2o · in persecutione ma-
lorum ibi · Carissimi · Circa primum dicit
Ante omnia etc · quia caritas excellentior est
ceteris virtutibus 1 · cor. 13 · maior autem horum
est caritas Ideo subditur Quia caritas operit multi-
tudinem peccatorum ne videantur tamquam divino iu-
dicio punienda sed quia caritas debet ostendi
in opere aliter non esset vera secundum quod dicit gregorius
omelia · 20 · Amor dei numquam est ociosus · operatur
enim magna si est · Si autem operari renuit
amor non est ideo subditur · hospitales invicem
sine murmuratione de expensis hospitum · V-
nusquisque sicut accepit gratiam a domino liberaliter
In alterutrum illam administrantes aliis commu-
do gratis et benigne · Sicut boni dispensa-
tores · domino vero conformes qui dat gratis
et liberaliter · multiformis gratie dei · videtur
enim hic beatus petrus loqui de gratia gratis data
que datur ad utilitatem ecclesie dei et hec est multi-
formis sicut dicit apostolus 1 · cor. 12 · alii quidem
per spiritum datur sermo sapientie · alii sermo scientie · etc
et in fine concludit · hec autem omnia operatur unus
ad idem spiritus dividens singulis prout vult · Sed
quia in usu talis gratie requiritur intentio recta Ideo
subditur · Si quis loquitur · exhortationis verba · quasi
sermones dei · i. totum bonum attribuat deo et
non sibi · si quis ministrat egentibus temporalia
bona · tamquam ex virtute quam administrat deus
· i. attribuat hoc deo qui dedit sibi voluntatem
et facultatem hoc faciendi Ideo subditur · Ut
in omnibus honorificetur deus · 1 · cor. 10 · omnia
in gloriam dei facite per ihesum christum · qui est me-
diator dei et hominum · ¶ Carissimi hic ordi-
nat fideles in persecutione mali pene ab adversa-
riis fidei · unde hic mutat eos ad gloriam mar-
tirii circa quod primo inducit ad confidentiam 2o ·
tollit erubescentiam ibi · si exprobamini · Circa
primum dicit Carissimi nolite peregrinari · i. a
fide alienari · In fervore persecutionis sic ex-
ponitur communiter · potest etiam aliter exponi magis
litteraliter sic · nolite peregrinari · i. corpore elongari
timore mortis imminentis · In fervore persecu-
tionis · licet enim licitum sit fugere tamen per-
fectius est remanere nisi in casu ut puta quando
persecutio est personalis et quando ex fuga apparet
maius bonum ecclesie propter quod fit elongatio ad
tempus et non timore mortis sicut paulus fugit
de damasco et de ierusalem actuum 9 · qui ad tempta-
tionem vobis fit · i. ad probationem fidei vestre · quasi
novi aliquid vobis contingat · i. nolite peregrinari
dictis modis quasi persecutio ad mortem sit
aliquid novum quia multi ante nos sustinuerunt
martirium · Sed communicantes christi passionibus per
tollerantiam martirii · gaudete secundum · ut et
in revelatione glorie eius · i. in aperta visione ipsius
ad quam per martirium pervenitur gaudeatis ex-
ultantes eternaliter cum angelis · ¶ Si ex-
probamini · hic consequenter tollit erubescentiam et primo
in verbis · d · si exprobamini · per verba ignominiosa vobis
illata · In nomine christi · i. propter confessionem nominis
eius · beati eritis · premio in spe et postea in re
Quoniam quod est honoris glorie et virtutis dei Ita quod ho-
nor refertur ad opus virtuosum · gloria ad confes-
sionem veritatis vero ad triumphum de dyabolo
habitum et qui est eius spiritus · i. spiritus sanctus qui
dicitur spiritus filii sicut et patris nam ab utroque pro-
cedit · super vos requiescit · in vobis specialiter ha-
bitando vel aliter · Super vos requiescit · sicut
sessor super equum ducens eum secundum suum libitum sic
spiritus sanctus ducit tales secundum suum instinctum
Ro. 8o · Qui spiritu dei aguntur hii filii dei sunt
et per consequens quod est honoris et glorie meritorum
et virtutis operatorem habitat in eis ¶ Nemo

aut. hic 2°. tollit erubescentiam in factis .d. Nemo aut vestrum patiatur sicut homicida. Illi enim qui patiuntur pro suis criminibus rationabiliter erubescunt. si aut ut xpianus .i. pro fide xpi patiatur et non pro crimine non erubescat quia hoc est opus virtuosum quod non est erubescibile sed magis honorabile vel subde. Glorificet aut deum in isto nomine .i. quod non solum vocatur xpianus sed etiam fidelis xpi testis per martirium. Martir enim grece testis dicitur latine. Quoniam tempus est ut incipiat iudicium .i. condempnatio ad mortem a domo dei .i. a fidelibus xpi. In primitiva enim ecclesia multi transibant per martirium sicut predixerat salvator Joh. 16. Venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. si aut primum a nobis incipit condempnatio. Quis finis eorum qui non credunt. q. d. incomparabiliter durior s. condempnatio ad mortem eternam. et si iustus vix salvabitur quia per multas tribulationes oportet eum ingredi regnum celorum act. 14°. Impius et peccator ubi parebunt q. d. nusquam nam in inferni profundo absconditi erunt et sic concludit oppositum de iustis patientibus. d. Itaque et hii qui patiuntur martirium secundum voluntatem dei qui sic ordinavit fieri. fideli creatori commendant animas suas in benefactis. et sic secure eas conservat et cum angelis glorie coronat.

V

Seniores. Postquam beatus petrus informat fideles generaliter et suos et coniugatos specialiter et postea interposuit informationes aliquas in toto. hic informat specialiter regentes in statu pastorali .d. Seniores ergo dicit aut seniores episcopi presbiteri et doctores vel .i. de anima. ubi translatio nova habet si senex haberet oculum iuvenis videret utique ut iuvenis Antiquum habet si puer haberet oculum iuvenis etc. debent enim ministri ecclesie esse maturi moribus et etate. obsecro. humiliter et caritative. Consenior .i. cum similis eis in etate et officio. et testis xpi passionum. quas ego vidi vel alibi testis vel passionum. quia pro eo fuit passus ad martirium in carcere herodis act. 12. Qui et eius que in futuro revelanda est glorie communicator .i. ad horam particeps factus visionis glorie xpi in transfiguratione ubi se tunc ostendit petro Johi et iacobo in forma humanitatis glorificata. Iam apparebit manifeste in iudicio vel aliter. communicator .i. particeps glorie xpi que revelanda est in futuro modo dicto. // Consequenter ponit formam sue obsecrationis .d. pascite qui in vobis est gregem dei .i. populum commissum vestro regimini. providentes. de pabulo verbi dei et eucharistie sacramento Non coacte sed spontanee .i. non amore auri sed prompto et libero. Neque turpis lucri gratia .i. propter temporalem questum sed voluntarie propter honorem divinum. neque ut dominantes in cleris .i. non elevati per superbiam racione prelationis. sed forma facti gregis. Si facti est notativum casus et pluralis numeri .i. tenentes debitam humilitatem ad subditorum informationem. et ex animo. Ita ut hec humilitas sit vera et non ficta. et cum apparuerit princeps pastorum s. xpus in iudicio. percipietis immarcessibilem .i. indefectibilem. coronam glorie in anima sit et corpore. // Sile hic ultimo informat omnes in statu iuvenili et primo de humilitate que debet esse in iuvenibus .d. Adolescentes subditi estote senioribus Reverentiam et obedientiam debitam exhibendo. omnes enim invicem humilitatem insinuate .i. verbis et operibus demonstrate et excitetis vos mutuo ad opera humilitatis. Quia deus superbis resistit ut patet de eiectione angelorum superbientium et elevatione hominum humilium ad loca angelorum propter quod concludit. Humiliamini etc. omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum Non quod omittant facere quod in se est. nam hoc esset temptare deum sed quod ipsi teneant se assequi omne bonum per virtutem dei. // Sobrii estote. hic 2°. informat eos de vigilancia et sobrietate que sunt multum necessarie iuvenibus .d. Sobrii estote .i. victu et vestitu et vigilate .i. distincte a peccatis precavete. Quia adversarius vester dyabolus tamquam leo rugiens. per sententiam. Circuit per malitiam. querens quem devoret. Interimendo sibi per mortalem culpam Cui resistite fortes in fide. formata caritate que est armatura sufficiens ad sibi resistendum

scientes eandem passionem .i. demonis insultu
et temptationē. ei que in mundo est vre fra
ternitati fieri .i. fribꝫ vris p mundū dispsis
q.d. resistite dyabolo sicut et ipi et quia talis
resistentia indiget diuīa assistentia. Ideo sbdit
deus aut omis grē .s. dator. qui uocauit nos.
p fidem In eternam gliam suam. finaliter
consequendam. In xpo ihu modicū passos. omis
eni pena tpralis est modica respectu eterne
et etiam respectu mercedis expectate. Ipe per
ficiet. Illud ad quod vra virtus non sufficit
et confirmabit. vram fragilitatē. solidabitqꝫ
gram vobis. Per siluanū. hec est ultima
pars siue conclo huiꝫ eple. in qua pmo ondit
p quē scribit ut recipientes eam sint magis
certi qꝫ emanauit a petro et non ab aliquo
pseudo aplo. d. p siluanū fidelem frēm uobis
ut arbitror breuiter scripsi vt meliꝫ possitis
retinē et ope adimplere. obsecrans .i. obsecrando
monens et non imperans de predictorum im
pletione. et contestans hanc ee veram gra
tiam dei. s. fides catholica. In qua statis. fir
miter radicati. Scdo eos salutat ex pte fide
lium qui cum eo erant rome vnde scripsit
hanc eplam. d. salutat vos ecclia .i. congregatio
fidelium. Que est in babilone .i. in roma
quā figuraliter babilonē noiat. sm qꝫ dicit
Ieroni. In libro illustrium virorum. qꝫ sicut babilon
fuit ciuitas maxima et ydolatrie dedita
sicut patet in dan. Sic roma pro ea suo tpre
vn dicit leo ppa in smone de sanctis aplis
petro et paulo de ciuitate romana qꝫ mag
nam sibi uidebatur assumpsisse religionem
si nullam respueret falsitatē .i. ydolatriam.
Collecta ad fidem xpi sicut alie ecclie. et mar
cus filiꝫ meꝫ .s. spūal in bapo et doctrina.
salutate inuicem. In signum mutue caritatis
In osculo sco. non adulatorie sicut absalon
osculabatur pplm. 2. Re. 15. nō sclatorie sicut
ioab amasam 2o. Re. 20. non proditorie sic
iudas dnm. mt. 26. non impudico sicut mu
lier adultera iuuenē pu. 7. s; osculo sancto
quod est caritatis signū et eius fomentum
Gra .s. dei vobis omibꝫ suple sit. Qui estis
in xpo ihu. Incorporati sibi p fidem Amen
Explicit pma epistola canonica beati
petri apostoli.

I

Symon petrꝫ. Hic
incipit scda beati pe
tri epla quā scpsit
eisdem quibꝫ et pma
et diuidr in duas
partes .s. in saluta
tione et prosecutionē
ibi. Vos aūt In prima pte primo describit
psona salutans ex noīe pro. cum dr. Symon
quod nomen hūit anqꝫ uocaretur a xpo et
ab aduētu cum dr. petrus. hoc nomē imposuit
sibi xpus a firmitate fidei et ad discretionē
alteriꝫ symonis qui dictus ē zelotes act. i.
Describitur etiam ex humilitate cum dr. seruus.
et ex officij dignitate cum dr. et apꝫ ihu xpi.
Hijs. hic 2o. describuntur psone salutate
cum dr. hijs qui coequalem nobiscum sortiti
sunt fidem. per li coequalem non excluduntur
diuersi gradus in fide. sed circa obiectum nam
ad fidem in quolꝫ requirit qꝫ omes articuli
fidei credantur. si eni quis vnū solum arti
culum discrederet nulliꝫ haberet fidem propriē. hēret
tn in fide sunt gradus qm ad explicationem
licet eni omes fideles credant oms articulos
saltem implicite tn hntes maiorē notitiam
plura credunt explicite. Similr quantu ad in
tensionē quia vnꝫ credit ferueniꝫ et firmiꝫ
alio. s; p li coequalem excludr distinctio iudeorum
et gentilium quia gentiles credentes equalr
receperūt dona dei. inter que est fides sicut
et iudei vn Ro. 10. Non eni est distinctio iudei
et greci. nam idem dns oium diues in oms
qui inuocant illum vn et act. 10. Corneliꝫ
et alij gentiles qui erāt cum eo spm scm re
cepert eodem mo sicut iudei receperant in die
penthecostes. et hoc ē quod dr. hijs .i. gentilibꝫ
conuersis quibꝫ spaliter scribebat petrus ut dictū
est in pro. eple precedentis. Qui coequalem
nobiscum .s. iudeis de quibꝫ erat petrus.
sortiti sunt in fidem. et etiā alia dona dei iudeo

subdē. In iusticia dei .i. data p deū et attribu-
hit iusticia put est ōmis virtus sit attribut
philus vno mō. q̄ .v. ethicoꝝ. sꝫ ibi loq̄ de iusticia
acquisita. hic aut agitur de infusa. Gra-
hic .3°. describuntur optata bona cum dē. Gra
vob in p̄nti. et pax in futuro ubi quietabit
totus hōis appetitus. Adimpleatur in cognitōe
dni nri ihu xpi .i. p cognitionem ipius in p-
senti que dirigit ad patrem illam cognoscēdo
de xpo que sequitur. Quō oīa ꝛc. totum
ē sub vno versu. usqꝫ ibi. Vos aut conclusiue
et io est de salutatione in qua exp̄mitur
optata bona et est hic intricata p quod sit
ligature In cognitione dni nri ihu xpi quō
ꝛc. i. ut cognoscat q benigne et pfecte. dona-
ta sunt nobis que ad vitam. eterne ptinent ꝛ
et pietate. i. cultum latrie qui pietas a tullio
et doctoribꝫ catholicis noiatur diuine virtutis
sue. i. p virtutē diuinam que est in eo. s. xpo
benignitate quia cognitio xpi et donoꝝ eius
deriuata est ad gentiles p p̄dicatoem aploꝝ
a xpo immediate illuiatoꝝ. Ideo subdit petrus.
p cognitione eius .s. xpi nobis datum ab eo
Qui uocauit nos ppria gla et virtute. cum
essemꝰ simplices et ydiote. act. 4. p qd totū
ē abxpo p que .s. glam et virtutem xpi. maxi-
ma et p̄ciosa nob̄ p̄missa donauit. s. spm scm
in signo visibili et dono linguaꝝ sicut p̄mi
serat luc. vltimo. Vos aut manete in ciuitate
donec induamī virtute ex alto. et Jo. 16.
Si enim non abiero paraclitꝰ non veniet ad
uos. si aut abiero mittam eum ad vos et subdit
ibidē. Cum aut venerit ille spūs veritatis
docebit vos omēꝫ veritatem. Vt p hec. dona
spūs scī nobis data. Efficiamī. credētes in ec
p̄dicationi. diuine consortes nature. p dona
eterne sicut et nos. sicut enī pfectiones nāles
sunt quedam diuine nature pticipatione in
esse naturali. sic dona gre in ee supnāli.
et qm̄ accessus ad t'minū ad quē includit
recessum a t'mio opposito io subdē. Fugientes
ꝛc. et pꝫ. Vos aut hic incipit psecutio
ep̄le in qua p̄mo credentes inducit ad tenēd
firmiter fidei veritatem. 2°. ad precauend

oppositam falsitatem. ca. 2°. Prima in duas.
qꝛ p̄o ponit dictam inductione. 2°. inductōis
rōem. ibi. Hec enī. Circa p̄mū scīdū qꝛ fides sine
opibꝫ mortua est ut dictum ē supi. Jac. 2°.
p qd non ē usqꝫquaqꝫ pfecta non p veritatis
defectū nam fidei etiam informi subest scm
Sꝫ p opis defectum. Jo credentes inducit ad
fidem opantem p dilcōez et alias virtutes
amicabil'. d. Vos aut. supple sitis. Curam
omēꝫ subinferentes ad implend' qd subdē
ministrate in fide vrā virtutem. s. bn ope-
randi. ut appareat viua In virtute aut sci-
entia. i. discretione opationis directiua. In
scia aut abstinētiam non solum ab illicitis
sꝫ etiam ab aliquibꝫ licitis. puenientes ad co-
silioꝝ pfectione In abstinētia aut paciaꝫ.
sic dē m̄ 6. Cum aut ieiunatis. t'pibꝫ uob
iniurijs. nolite fieri sicut ypocrite tristes
ꝛc. In patiencia aut pietatem. hoc enī est
pfectionis qꝛ homo sit sibi durus p abstine-
tiam/et alijs piꝰ p condescensione In
pietate aut. Circa aliquas psonas singu-
lares. fraternitatis .i. coitatis fidelium. A-
morem. qꝛ bonū comꝰ ē diuiꝰ et melius. (.5°. ethi. et . po.
In amore aut. Caritatē. i. vnione
ad deum. q̄ est vinculū pfectionis col. 3.
p cons omniū p̄ceptoꝝ pfectiua. Hec enī.
hic 2° ponitur inductionis dicte ratio et
p̄mo ro sup̄ta ex pte inductionis. 2°. ex pte
inducentis. ibi. p qd. Prima ro ē qꝛ si aliqꝰ
cessatur inductioni dicte. pueniet inde magnū
bonū et euitatur magnū malum et hoc
est quod dē. Hec enī. predicta. si uobiscum
assint. Inseparabiliter. et supent. opp̄o. vitia
Non vacuos nec sine fructu. ymo plenos
meritis et p̄mijs vos constituent finalē
In dni nri ihu xpi cognitione. i. eiꝰ aptā
visione. Jo. 17°. hec est enī vita eterna. ut
cognoscant te solum deū et quem misisti
ihm xpm. Cui n. non presto sunt hec cecus
est. in intellectu. et manu temptās. i. dubiꝰ
in effectu. obliuionē accipiens ꝛc. i. pcc-
cessum vr̄ obliuꝰ sue purgatōis p bapm̄ in quo
accepit nouam vitam p fidem caritate et

Vid. gre. po. dial. et aug de civit. dei. xxiij. q. iij. obtineri.

alijs virtutibus operante. Quapropter fratres magis satagite procedendo de bono in melius ut per bona opera certam vestram vocationem ad fidem catholicam. et electionem ad beatitudinem faciatis. q. d. si essetis a bonis operibus otiosi videretur vocatio et electio vestra magis esse secundum presentem iustitiam quam secundum eternam dei predestinationem.

Sciendum tamen quod hic accipitur certitudo pro probabili coniectura. que certitudo est in moralibus et humanis agibilibus requirenda secundum quod dicitur i. ethicorum. disciplinati enim est intantum certitudinem inquirere unumquodque genus in quantum natura rei recipit. proximum enim videtur mathematicum persuadentem acceptare et retoricum demonstrationes expetere. Hec enim facientes .i. opera bona continuantes Non peccabitis aliquando scilicet mortali peccato. quia veniale non potest vitari omnino. Sic enim habundanter .i. per multa merita. ministrabitur vobis introitus in eternum regnum quod est summe desiderandum.

Propter quod. Hic ostenditur inductivum ad propositum ex sumpta ex parte inducentis. et hec est duplex. Secunda ponitur ibi Non enim. Prima vero accipitur ex cura pastorali que movere debet pastorem ad informandum subditos in bono et confirmandum et maxime quando scit obitum suum propinquum et sic erat in petro pastore fidelium. et hoc est quod dicit. Propter quod vos incipiam semper commonere de hijs .i. de operibus bonis et dicit incipiam .i. ita ferventer hoc faciam ac si semper essem in principio. Et quidem scientes bonum facere. et confirmatos vos in presenti veritate. supple desidero esse propter quod in aliquibus libris ponitur. volo. quod subintelligere licet non sit de textu. Iustum etiam arbitror. Racione officij mihi impositi. Quamdiu sum in hoc tabernaculo .i. vivens in corpore. q. d. tabernaculum anime. suscitare vos in commotione .i. excitare vos ad bonum. Certus quod velox est depositio tabernaculi mei. Sciebat enim mortem suam propinquam per christi revelationem. Dabo autem operam .i. efficaciter et frequenter hoc faciam. habere vos. Supple memoriam de commotionibus meis post obitum meum. pastor enim bonus desiderat et querit salutem sui gregis. non solum pro tempore suo. sed etiam pro futuro. ut horum memoriam faciatis .i. opere impleatis. ex dictis patet quod hanc epistolam scripsit rome sicut et precedentem. Nam sicut dicitur hic propinquus erat passioni sue quam sustinuit rome.

Non enim. Hic ponitur secunda ratio que accipitur ex doctoris certitudine qui tanto magis movetur ad docendum quanto scit suam doctrinam esse veram. Erat autem petrus de veritate sue doctrine duplici via certus. Secunda ponitur ibi. Et habemus. Prima via fuit per auditum immediate a deo patre a quo nulla falsitas potest esse. Ideo dicit. Non enim indoctas fabulas secuti sicut sequuntur poete et doctores falsi. Notam fecimus vobis domini nostri ihesu christi virtutem. vobis predicando et sermone miraculorum christi facta confirmando ad sue divinitatis ostensionem. et presentiam. Nam magis mirum deus non innotuit omnia qui cognoscit deus sua visione que respicit humana esse secundum quantumque diversa tempora. sed speculatores facti illius magnitudinis .i. magnifice transfigurationis quam viderunt petrus iacobus et iohannes In qua transfiguratione apparuit eis in forma humanitatis glorificata. Accipiens enim a deo patre honorem et gloriam .i. testimonium honoris et glorie divine voce delapsa ad eum sensibiliter. A magnifica gloria .i. a deo patre. huiuscemodi .i. que vox fuit talis. hic est filius meus. scilicet naturalis et per consequens eiusdem nature et eiusdem glorie mecum In quo michi complacui ut per eum perficiam salutem generis humani. ipsum audite aure corporis et mentis credentes eius doctrine. Et hanc vocem nos audivimus sensibiliter et intelligibiliter. Cum essemus cum ipso in monte sancto. qui dicitur sanctus racione huius apparitionis facte que, quam describitur matth. 17.

Et habemus. Hic ponitur secunda via certitudinis quam habuit petrus. scilicet ex scriptura prophetica cuius intellectum habuit per christum licet ultimo. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. et hoc est quod dicit. Et habemus firmiorem propheticum sermonem. que firmitas potest ad duo referri scilicet ad sermonem

petri et sit sermo propheticus non est firmior sermone eius simpliciter sed magis e converso. Nam apostoli fuerunt magis illuminati a deo quam prophete antiqui. Erat enim firmior aliam utpote iudeo in prophetali doctrina nutrito. Homines enim magis credunt consuetis dici apud eos sicut dicit philosophus 2° methaphisice quod aliqui magis assentiunt fabulis et dictis poetarum quam verbis certis philosophorum. Inter gentiles autem quibus petrus specialiter scribebat erant aliqui de iudaismo conversi ex quibus una fiebat ecclesia ex gentibus et iudeis. Potest etiam dicta firmitas referri ad sermones aliorum prophetarum a david cuius sermo firmior est simpliciter quam aliorum eo quod fuit eximius prophetarum ut dicitur in prologo glose libri psalmorum eo quod alii prophete veritatem sibi revelatam in visionibus ymaginariis viderunt ut ibi dicitur. David autem mundo per intellectum sine talibus ymaginibus sicut clarius videt qui demonstrationes geometricas capit sine descriptione ut plenius dixi cum tractarem de gradibus prophetie in principio libri psalmorum. Et hoc modo videtur loqui beatus petrus cum dicit. Habemus firmiorem propheticum sermonem. Nam secundum glosam intelligitur de sermone david qui habetur ps. 2°. Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. qui ad litteram intelligitur de xpo sicut ibi fuit ostensum etiam per antiquos doctores hebreorum. Hanc autem auctem non exprimit hic beatus petrus quia eadem est in sententia cum prius allegata. hic est filius meus dilectus quantum spectat ad propositum. Cui benefacitis attendentes s. sermoni prophetico quasi lucerne lucenti in caliginoso loco i. in hoc mundo ignorantie tenebris obscurato donec dies illucescat i. clara visio veniat. et lucifer i. dies claritatis. Oriatur in cordibus vestris. quia non est visibilis oculis corporalibus sed tantum mentalibus. Hoc primum. Hic reddit rationem sui dicti s. quod sermoni prophetico debet attendi quia procedit ex divina revelatione et non ex humana fictione et hoc est quod dicit. Hoc primum intelligentes quod omnis prophetia scripture i. in sacra scriptura posita. quod dicit ad excludendum prophetias alias que non sunt alicuius firmitatis

propria interpretatione non fit. i. non fit spiritu humano ductu subditur. Non enim etc. sed spiritu sancto inspirati etc. a quo non potest nisi veritas inspirari et in virtute eius pronuntiari.

II

Fuerunt vero. Postquam beatus petrus induxit fideles ad tenendum fidei veritatem hic consequenter eos inducit ad precavendum oppositam falsitatem. et primo circa adventum xpi in mundum. 2° circa adventum eius ad iudicium ibi. 3°. Prima falsitas est hereticorum fidem xpi corrumpentium quorum primo ostendit malitiam et 2° penam ibi. Quibus. Circa primum dicit. Fuerunt vero et pseudo prophete in populo s. iudeorum ante xpi adventum sicut patet in libris pal. et regum in pluribus locis. sicut et in vobis xpianis. Erunt magistri mendaces quales fuerunt pseudo apostoli et heretici. qui introducent sectas perditionis. sicut ebion et cherinthus negantes divinitatem xpi etiam a tempore apostolorum propter quod beatus Johannes in principio evangelii sui declaravit divinitatem xpi dicens. In principio erat verbum etc. secundum quod dicit Jeronimus in prologo super Johannem et postea arrius et multi alii erraverunt circa fidem xpi. Superducentes sibi celestem perditionem i. causam perditionis et non sibi solum sed etiam aliis eos subditure. Et multi sequentur eorum luxurias ad hoc enim quod plures eos sequerentur concedebant carnales delicias ad quas homines sunt proni. Per quos via veritatis i. fides catholica blasphemabitur a paganis et iudeis tamquam mala. per hoc enim datur infidelibus occasio deridendi et contempnendi fidem catholicam. et fictis verbis i. ad decipiendum compositis de vobis negotiabuntur bona vestra temporalia subtrahendo. Quibus. Hic consequenter ostendit hereticorum malitiam hic consequenter declarat et determinat penam. et 2° pene certitudinem ibi. Magis autem. Prima dividitur in duas quia primo facit propositum 2° inducit ad hoc triplex exemplum ibi. Si enim angelis. Circa primum dicit. Quibus iudicium i. pena ad quam condempnabuntur Iam olim non cessat quia semper durabit ut exponunt aliqui. Sed hec

expo ve excludi p hoc qd pmittit. Iam olim. et sic loquitur de preterito. Dur vero illa sempiterna erit de futuro. Ideo melius sic expo ut vi. Iam olim non cessat .i. a prin. mundi e pparata. Nam a principio distinctois rerum locus inferni est ab aliis distinctus et sic dr ys. 3o. Parata est ab heri tophet a rege pparata pfunda et dilatata. Nutrimentu eius ignis et ligna multa flatus dni sicut torrens sulphuris succendens eam. Si enim hic gnr pbat ppo. p triplex exemplu. primu e de angel peccantibus de quibus dicit. Si enim deus angelis peccantibus non pepcit .a pena debita. s rudentibus .i. funibus inferni qui funes sunt pcta que sunt causa detractionis ad inferna. sm qd dr pu. v. Iniquitates sue capient impium et funibus pcorum suorum constringitur detractos a societate scorum angelorum. In tartarum tradidit cruciandos in iuditiu .i. post iuditiu reservari. Primo enim ceciderunt in hunc aerem caliginosu ubi sunt ad exercitium hominum habentes tn suam penam et suppliciu. Post iuditiu vero detrudentur in inferno deficiente sanctorum exercitio et tunc crescet eorum pena accidentalis ex hiis quos induxerunt ad peccandum et dapnatoez sicut gla scorum angelorum ex hiis quos induxerunt ad bonu et salutem et ex dictis supplendu est qu filiis deus non parcet hreticis. Et originali hic po secundum exemplu de submersis in diluvio pp pcta .d. Et originali mundo no pepcit. Dic aut hic originali mundo homines qui fuert an diluvium eo qu tunc currebat prima etas mudi que terminata fuit in diluvio. Sz octavum noe. quia cum eo fuerunt septem psone a diluvio salvate. Iustitie preconem quia predicat homibus illius tpris pniam ut dictum est sup epla pa 3. ca. Diluviu mundo impiorum inducens. Dic aut mundo impiorum quia tunc omnis caro corruperat viam suam gen. 6. Et civitates hic po 3m exemplum de civitatibus subversis tpre loth ut hr gen. 19. d. Et civitates sodomorum et gomorreorum in cinere redigens quia pluit sup eas ignem et sulphur ut habetur ibid. Exemplum eorum qui impie acturi sunt

ponens .i. ostendens q sic punientur nisi penituerint. et iustu loth oppressum a nephandorum iniuria sm q dr gen. 19. Vimque faciebant loth vehementissime etc. dlt luxuriosa gulatione. Nam vitiu contra natura volebant exercere. Eripuit p angelos qui eum cum uxore ac filiabus extra civitate eduxerunt ut hr ibidem. et subdit. Aspectu enim et auditu iustus erat .i. ex vita et fama eius iustitia appebat. Habitans inter eos qui de die in diem .i. q. cotidie aiam iustam eius loth. Iniquis opibus cruciabant. Nam emendare non poterat et sic cum dolore portabat. Concludit igr. Novit deus pios de temptatione .i. de morte. Eripe. qn expedit eis ut pz de loth et noe. Iniquos vero in diem iudicii .s. extremi. Reservare cruciandos quia tunc cruciabuntur non solum in aia sicut an iuditiu s etiam in corpe et ex dictis exemplis gludendu est q filiis hreticis de pena debita no parcet. Magis aut. hic gnr ondit huius pene grevitatem de qua primo ponitur duplex ro. 2o. ptme rois declaratio ibi. Hii vero. Prima adhuc in duas sm duplicem roez scda ibi. Ubi angli. Prima vero ro accipitur ex pte culpe pena mentis ex quantitate enim culpe accipitur quantitas pene deut. 25. sm mensuram pcti erit et plagarum modus sm aut expositores h. pe. dicit hic. hreticos gravius puniendos qm demones et alios de quibus posuit exempla ita q non solum est hic argumentum a simili s etiam a maiori negative cum dr. Si deus angelis peccantibus non pepcit. et aliis de quibus gnr psequitur. multo minus hreticis. ex hoc sequitur pctm eorum esse gravius et hoc satis patet de pctis mortuorum in diluvio et in subversione sodome et gomorre Nam pcta pp que principalr inducte fuert punitiones ille fuerunt carnalia ut patet ex pdictis. Heresis vero est pctm infidelitatis qd est directe contra deu. et sic sm suu genus gravius e pctis carnalibus. Item heresis est gravior spes infidelitatis. Nam gravius est fidem susceptam corrumpere vel negare quod faciunt hretici qm non susceptam. qd faciunt iudei et pagani sicut apud homines peius est pmissu denegare

q non pmissum. Et sic sequitur q pena hereticorum sit grauior et maxime qui sunt inuoluti cum hoc pctis carnalibus quales describuntur isti de quibus loquitur btus petrus ut patet ex precedentibus et sequentibus. De pctis vero et pena demonum magis est dubium. Veruptamen idem pot dici probabile de pctis saltem quantum ad multos eorum quia doctores catholici dicunt concorditer q homines boni p merita assumendi sunt ad singulos ordines angelorum. et sic ad equalem gloriam et eadem rone ut videtur homines mali p sua demerita secundum plus et minus puniendi sunt in singulis gradibus penalibus demonum. Cum igitur heresis sit pessima spes infidelitatis que est valde graue pctm sequitur q eorum pena sit grauior quam multorum demonum et maxime qui sunt heresiarche et aliis vitiis irretiti quales describuntur isti uel saltem eorum aliqui. // His dictis pz prima ro grauis punitionis hereticorum que accipitur ex grauitate culpe ipsorum cum dicitur. Magis autem eos .s. hereticos reseruat deus cruciandos. Qui post carnem .ei. obedi. In concupiscentia immunditie .i. luxurie que fedat totum hominem et maxime in pctis contra naturam quia frequenter in scriptura vocatur immunditia. ambulant sic viuendo. dnatione q3 contempnunt .i. xpm qui non solum dicitur dns in concreto sed etiam dnatio in abstracto ppter excellentiam dnij q est rex regum et dns dnantium apoc. 19. Audaces. Affirmando verum pro falso. sibi placentes .i. de seipsis magnam sapientiam estimantes quod est argumentum insipientie. sectas hereticorum. Non metuunt facere. eas adinueniendo et docendo. blasphemantes. fidei veritatem et per consequens eius auctorem.

// Vbi angeli. Hic ponitur 2a ro grauitatis pene hereticorum que accipitur ex parte subiecti penam sustinentis nam demones qui sunt fortiores ad sustinendum ipsi pnt sustinere penam inferni et multo heretici qui sunt debilioris virtutis et sic ex hac parte grauius affliguntur et hoc est quod dicitur. Vbi .i. in pena inferni. Angeli. .s. mali. fortitudine et virtute cum sint maiores quia naturalia remanserunt in eis integra ut dicit dyonisius. non portant .i. ipsi portant et sustinent sicut enim impossibile dicitur q est de difficili possibile sic non portabile dicitur hic cum difficultate portabile execrabile iudicium .i. penam que non dicitur execrabilis iniquitatum est a deo q3 sicut est iusta s3 ex parte demonum qui execrant illam tamquam iniustam. // Hij vero. hic declarat primam rationem de grauitate pene hereticorum ppter grauitatem culpe ipsorum et primo ponit dicta. 2o inferius intenta conclo ibi. Sicut enim. Circa primum in ista declaratione nominatur de luxuria insipientia et superbia et 3o in prima ca de auaritia io ista quattuor declarat in quattuor ptibus que patebunt prosequendo. Primo igitur declarat eorum insipientiam d. Hij vero .s. heretici supple sunt velud irrationabilia pecora. carentes intellectu veritatis. Naturaliter in captionem et perniciem .i. ex impetu nature brutalis ad pabulum et sic incidunt in laqueum et capiuntur et necantur et sic dicitur in perniciem que dicitur a per et neco necas. In his que ignorant blasphemantes .i. sic heretici blasphemantes. In his que ignorant .i. in articulis fidei contra quos ex errore latrant. In corruptione sua .i. in sensu suo corrupto quo corrupti sunt et alios corrumpunt. peribunt. pena gehenne percipientes mercedem iniustitie .i. penam debitam sue malitie. // Voluptatem. hic consequenter declarat hereticorum luxuriam d. Voluptatem estimantes diei delicias. Circa quod sciendum q voluptas idem est quod delectatio. que pot esse bona et mala. bona si sit de operibus virtutum intellectualium uel moralium. Mala autem si sit de actibus venereis. Voluptas igitur quod idem est q delectatio potest esse bona et honesta mala et turpis licet autem frequentius accipiatur pro delectatione carnis que turpis est et maxime in venereis tamen hic accipitur pro delectatione honesta in operibus bonis. io dicitur. voluptas diei. quia qui facit veritatem venit ad lucem Jo. 3o. Est igitur sensus q heretici luxuriosi delectationes carnis reputant esse voluptatem diei .i. eas esse licitas et honestas et sic videtur vera. voluptatem diei .i. delectationem honestam existimantes supple esse. delitias coinquinationis .i. luxurie ubi est coinquinatio ex diuersarum psonarum coniunctione. et macule .i. gule io subdit. Delitijs affluentes in conuiuijs suis

In quo notatur excessus in qualitate et quantitate
cibi et potus. luxuriantes vobiscum .i. vos ad hoc
pertrahentes oculos habentes plenos adulterii .i.
signum adulterii et incessabilis delicti .i. gule que
satisfactionem repetit cotidie. pellicientes .i. deci
pientes. animas instabiles .i. que non sunt in fide
firmate. // Cor exercitatum. hic quarto declarat
eorum auariciam .d. cor exercitatum auaricia haben-
tes. quia frequenter cogitant qualiter bona si
plurimum ad se trahant. Maledictionis filii .i.
maledictione diuina digni. sicut dicitur mortis filius
ille qui est morte dignus. 2. Reg. 12. derelinquentes
viam rectam iusticie errauerunt. propter demum auaricie.
Secuti viam balaam et bosor. qui cupiditate
ductus iuit ad maledicendum populo israel. Num. 22.
quod erat iniquum ideo subditur. qui mercedem iniqui
tatis amauit. Tanquam cupidus et auarus. Cor
reptionem vero habuit sue vesanie subiugale animal
.s. asinam suam que corripuit eum a via decli
nando et pedem eius parieti allidendo et etiam diuina
virtute loquendo. vt habetur Num. 22. prohibuit prophete
insipientiam ostendendo per hec signa quod ibat ad balaac
mente peruersa. // Hii sunt. hic declarat here
ticorum superbiam .d. hii sunt fontes sine aqua.
quia ab eis non emanat fons sapientie. nebule.
propter obscuritatem erroris. Et turbinibus exagitate
.i. ventis tempestuosis superbie. Quibus caligo te
nebrarum inferni reseruatur. vt pena respondeat
culpe. superbia enim vanitatis loquentes. erroneam
doctrinam. pelliciunt .i. decipiunt. In desideriis
carnis luxurie .i. luxurie carnalis ad disto
ydolatrie que est luxuria spiritualis. eos qui pau
lulum effugiunt .i. aliquantulum se subtrahunt
a doctrina ecclesie. tales enim cito ab hereticis decipi
untur qui scilicet heretici in errore confirmati .i. indurati
libertatem illis promittentes dicendo quod licite possunt
vti delectabilibus carnis ut sic citius decipiant
laxantes ea ad que homines sunt proni. Cum
ipsi .s. heretici serui sint corruptionis. quod probat
quarto .d. A quo enim quis superatus est huius et
seruus est. Ipsi vero superati sunt a corruptione
viciorum ut patet per predicta. etc. // Si enim hic
infert conclusionem intentam .s. quod heretici sunt
aliis peccatoribus quantum ad peruenendi (?) quod recidiuum ad in
fidelitatem et ad alia vicia eorum culpa aggrauat
per ingratitudinem et hoc est quod dicitur. Si enim re
fugientes coinquinationem mundi .i. luxurie
gule et auaricie et superbie. In cognitione domini
nostri .i. per receptionem fidei que talia prohibet
hiis rursus implicati post recidiuum. superantur.
per consuetudinem. Facta sunt eis posteriora.
deteriora prioribus propter aggrauationem predictam
ideo subditur. Melius enim erat illis non cognoscere etc.
quia per recidiuum ingratitudo diuini beneficii
precedenter accepti aggrauat peccata. Cetera patent.

III

Ecce hanc. ecce vobis carissimi.
Postquam apostolus remouit erro
rem contingentem circa primum
christi aduentum. hic quarto docet
precauere errorem futurum circa secundum eius ad
uentum circa quod sic procedit quia primo fi
deles inducit ad tenendum sanam doctrinam
.d. hanc ecce vobis karissimi secundam scribo epistolam in
quibus .s. prima epistola et secunda vestram excito in com
monitione sinceram mentem .i. per monitionem
caritatiuam ut memores sitis eorum que predixi vobis
ut ea retineatis mente et impleatis opere et
subdit cuius sunt verba .d. a sanctis prophetis
et apostolorum vestrorum et preceptorum domini et saluatoris
.i. que verba sunt domini precepta. Nos autem sumus
eius ministri denunciando vobis ipsa. // Hoc primum.
hic quarto inducit ad precauendum errorem quia error
ipso ponitur et eius motiua ro. 2o rois exclusio ibi.
latet enim eos. 3o veritatis determinatio ibi. Ad
ueniet autem. Circa primum dicit. hoc primum scientes
quod venient in nouissimis diebus. potissime circa
antichristi tempora. In deceptione illusores .s. illuso
res veritatis habentes verba composita ad decipiendum.
Iuxta proprias concupiscentias ambulantes .i. secundum de
lectabilia mundi et carnis viuentes. dicentes etc.
Circa quod sciendum quod circa futurum iudicium a
tempore apostolorum fuit duplex error .s. quod illud iudicium
erat valde propinquum quem remouet paulus ad 2
thess. 2 .d. Rogamus autem vos fratres ut non cito
moueamini a vestro sensu neque terreamini quasi instet
dies domini. Alius autem error est totaliter contrarius
.s. illorum qui negant iudicium futurum. et est

error illorum qui dixerunt divinam prudentiam
non se extendere ad actus humanos et etiam
illorum qui negant immortalitatem anime humane. ad
utrumque enim errorem sequitur iudicium non esse
futurum. errores autem isti renovabuntur et in
valescent circa tempora antixpi. et per consequens con
clusio sequens de generali iudicio non futuro.
Ratio vero motiva ipsorum erit propter cursum nature
qui a temporibus de quibus non est memoria processit
per revolutiones dierum et annorum ita quod non fuit
mundi notabilis mutatio nec similiter erit. et
hoc est quod dicitur. dicentes ubi est promissio aut
adventus eius q. d. non potest ostendi per aliquid
apparens quod xpus sit venturus ad iudicandum
nec per consequens quod impleturus sit illas promissiones
quas xpianis dedit in eis implendis secundum quod dicitur luc.
21°. his autem fieri incipientibus respicite et levate
capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra et
subditur dicti confirmatio cum dicitur. ex quo enim
patres dormierunt antiquissimi omnia sic per
severant in suo cursu et eadem ratione sic per
severabunt sine tali mutatione que dicitur in iudicio
futuro. Latet enim hic conclusio ponitur rationis ex
clusio. In hac enim ratione duo implicantur
unum est quod non fuit de preterito notabilis mundi
mutatio ex quo concluditur quod nec erit de futuro
aliud quod promissiones facte xpianis non sunt
implete nec implebuntur. et ex tali imple
tione retardatione impletionis arguitur iu
dicium non esse futurum propter quod beatus petrus primo
excludit primum et 2°. 2m ibi unum vero. primum
autem excludit tamquam falsum per diluvium preteritum
quod notabiliter mutavit mundum submergendo om
nium preter illa que salvata fuerunt in archa
gen. 7°. Terra etiam fuit notabiliter immutata
nam ante proferebat fructus plures et me
liores propter quod esus carnium et piscium concessus
est post diluvium gen. 9°. et pro debilitatione
humane nature. et per hanc mutationem primo dictum aliorum
excluditur. et 2°. propositum concluditur ibi. celi autem.
Circa primum sciendum quod littera hec dupliciter est ex
ponenda secundum duas expositiones de formatione rerum
et earum distinctione quas diffusius posui in principio
gen. Una est quod materia omnium corporalium excepto celo em

pireo producta fuit primo sub una forma cor
poris que vocatur pluribus nominibus s. terra. gen. i°.
In principio fecit deus celum et terram. secundum
enim bedam et strabum et alios sequentes hunc
expositionis modum per celum intelligitur celum
empireum quod statim factum fuit angelis
repletum. per terram vero materia corporalium
vocatur etiam abyssus et aqua ibidem tenebre
erant super faciem abyssi et spiritus domini ferebatur
super aquas sicut voluntas artificis super materiam
de qua vult aliqua distincte formare. Ita quod
de illa prima die formata est lux. 2a die celum
stellatum et cristallinum desuper ipsum. Tercia
die quatuor elementa. sciendum etiam quod b. petrus non
loquitur hic de aliquo celo nisi de aereo quod fuit
purgatum per diluvium ascendens 15 cubitis
ultra cacumina montium de qua purgatione loqui
tur b. p. Igitur secundum hunc modum sic expo
nitur. latet enim eos i. illos qui dicunt mutatio
nem notabilem mundi non esse factam in pre
terito. hoc s. quod sequitur postea. volentes
q. d. hec ignorantia est affectata quia poterant
scire mutationem per sacram scripturam que loquitur
de diluvio de quo subditur. quod celi erant prius
i. quod ante diluvium erat celum aereum. quod dicitur
celi in plurali propter eius duas partes. s. superiorem
que transcendit cacumina montium que cum celo
revolvebatur propter impedimentum montium. et terra
i. elementum terre de aqua i. de informi materia que
nominatur aqua et erat motu diurno ut habetur i. metheororum
et inferiorem que non sic revolvitur propter impe
dimentum montium. et terra i. elementum terre de aqua
i. de informi materia que nominatur aqua ut dictum
est et de illa facta sunt elementa ut dictum est. et
per aquam consistens quia partibus terre admis
centur partes aque ut terra habeat continuationem
et consistentiam. aliter enim resolveretur in pul
veres. Dei verbo facta sunt ista ut patet gen. i°.
per que s. tria elementa predicta aerem aquam et terram
Ille tunc mundus i. tempore noe. aqua s. diluvii
inundatus a sordibus factis in mundo sensibili
periit. quia omnia viventia fuerunt mortua
exceptis salvatis in archa. Elementa etiam
fuerunt deteriorata. quod autem post diluvium

processerit ex tribus elementis patet gen. 7. ubi dicitur Rupti sunt omnes fontes abyssi magne .i. occeani et cavernositates terre intra quas continetur mare rupte fuerunt et sic aque maris effuse fuerunt super terram habitabilem ex quo patet quod per aquam et terram factum est diluvium similiter per aerem nam ibi subditur et facta est pluvia super terram 40. diebus et 40. noctibus et sic magis pars aeris conversa fuit in aquam. Alia vero expositio accipitur secundum dictum hebreorum et plurium doctorum catholicorum qui dicunt a principio creationis omnia corporalia quantum ad principales mundi partes scilicet corpora celestia et 4or elementa fuisse sic producta sub formis suis substantialibus ab invicem distinctis et formatio seu distinctio corporum que describitur in principio gen. facta prima die 2a. 3a. et 4ta. non accipitur nisi secundum proprietates et qualitates accidentales sicut dicitur aliquis homo fieri quando puer venit ad etatem adultam et hoc propter debitam quantitatem et robur corporis et similia que tunc attingit et tamen non sunt nisi proprietates accidentales quia secundum suam substantiam factus est homo a principio unionis anime cum corpore et sic lux que dicitur facta prima die est ipsa claritas solis que est eius qualitas quod autem dicitur sol fieri 4ta. die hoc est secundum motum eius proprium ab occidente in orientem. Celum vero quod dicitur factum 2a die .i. corpora celestia hec factio accipitur secundum soliditatem tunc eis datam secundum hebreos. secundum alios vero est virtus influendi in inferiora que tunc fuit eis data. Similiter formatio elementorum seu distinctio facta fuit 3a. die secundum proprietates accidentales. nam ante diem tertiam elementum aque non habuit debitam densitatem sed vaporaliter elevatur per totum aeris spatium et sic unum elementum non videbatur ab alio distinctum nec similiter terra que erat aquis coopta. sed tunc data fuit aque debita densitas et sic occupavit minorem locum et facte fuerunt concavitates intra ubi recepta fuit una pars elementi aque et sic remansit discooperta aquis una pars terre pro habitatione hominum et animalium. et aer apparuit in sua transparentia sicut plenius dixi

In principio gen. et secundum hoc sic exponenda est hec littera cum dicitur. celi erant prius .i. due partes aeris superior et inferior. et terra .i. elementum terre de aqua formata. modo dicto quia per densitatem aque et receptionem eius intra concavitates terre apparuerunt elementa distincta. cetera exponantur sicut prius. Celi hic ex predictis concludit propositum arguens a simili quod sicut mundus fuit immutatus per aquam tempore noe sic adveniente iudice immutabitur per ignem conflagrationis qui secundum doctores catholicos tantum ascendet quantum aque diluvii ascenderunt. et hoc est quod dicit. Celi autem qui nunc sunt .i. superior pars aeris et inferior. et terra .i. elementum terre. per quod etiam intelligitur elementum aque eo quod non est totaliter separatum a terra. sed alique partes aque commiscentur partibus terre et alique intra concavitates eius continentur ut dictum est eodem verbo divino. Repositi sunt .i. conservati. quoniam si virtus dei conservans ab eis retraheretur in nichilum redigerentur. Igni reservati in diem iudicii. .i. tunc per ignem purgandi. et perditionis impiorum hominum. tunc enim in corpore et anima dampnabuntur. Unum vero. hic excludit 2m motivum de tardatione impletionis dictorum promissorum quia non est retardatio ex parte dei licet nobis videatur propter quod dicitur. quia unus dies apud dominum sicut mille anni apud nos. Sic autem loquitur petrus eo quod dicitur ps. 89. Mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna que preteriit. Per millenarium enim intelligitur quantacumque revolutio temporum que modica est et quasi nullius momenti comparata divine eternitati propter quod ostendendo conclusionem argumento subdit. Non tardat dominus promissi .i. in redditione promissorum non tardat ultra debitum. sicut quidam existimant erronee propter hoc negantes iudicium futurum ut predictum est. sed patienter agit. iudicium differendo. propter nos. ut scilicet iusti in merito proficiant et mali per penitentiam redeant ideo subditur. Nolens aliquos perire. sed omnes ad penitentiam reverti. quantum est ex se .i. deducere. Postquam excludit errorem circa iudicium futurum. hic

quae determinat veritatem et primo ponit
hec determinatio. Secundo subdit utilem monitionem ibi.
Cum hec igitur. Tertio doctrine pauli approbationem
ibi. sicut et carissimus. Quarto concludit in-
tentam conclusionem ibi. Vos igitur. Circa primum
dicit. Adveniet autem dies domini id est dies iudicii.
qui dicitur dies domini. quia tunc in omnibus fiet
voluntas eius in punitione malorum et premia-
tione bonorum. et subdit modum veniendi cum
dicit. ut fur. id est repente et ex improviso sicut
dicitur Matthei 24. de die autem illa et hora nemo
scit etc. In quo celi id est superiores partes aeris
et inferiores. Magno impetu transient. a
statu in quo nunc sunt per impetum ignis
conflagrationis. elementa vero calore solventur
quasi dicat non solum aer sed etiam cetera elementa
purgabuntur. Terra autem etc. id est non solum
terra sed omnia que in ipsa sunt facta. et
de ipsa producta. exurentur. Cum hec
igitur. Hic ex dictis subdit utilis monitio
quia si tanta districtio iudicis apparebit
in sensibilibus eciam homines meriti et demeriti boni
et mali capaces debent esse solliciti quod sint
in adventu iudicis preparati et hoc est quod
dicit. Cum hec igitur omnia. elementa. dissolvenda sint.
modo dicto. quales oportet vos esse in sanctis con-
versationibus. ad vos ipsos. et pietatibus ad pro-
ximos. quasi dicat oportet vos esse multum in talibus
preparatos. expectantes cum securitate et
properantes cum hilaritate in adventum diei
scilicet extremi iudicii. sicut dicit salvator Luce
21. his autem fieri incipientibus respicite et
levate capita vestra id est exhylarate corda ut
exponit Gregorius omelia .j. per quem scilicet adventum
diei iudicii. Celi ardentes solventur et elementa
ignis ardore tabescent. exponatur ut supra.
Novos id est eosdem in substantia in melius tamen
mutatos et sic innovatos. secundum promissa
ysaie 65. Ecce ego creo celos novos
et terram novam. In quibus iustitia habitat.
id est habitabit et loquitur de futuro per modum presentis
propter certitudinem prophetie quia tunc omnia ad
lineam iustitie reducentur. Ideo concludit.
Propter quod karissimi. hec expectantes scilicet iusta retri-

butione pro meritis vel demeritis. Satagite
immaculati a peccatis carnalibus. et inviolati
a spiritualibus. ei inveniri in pace conscientie et domini
nostri longanimitatem id est remunerationis vestre ab
ipso dilationem. Salutem arbitramini id est reputate
ad augmentum meriti vestri et premii. Sicut
et carissimus. Hic ponitur doctrine pauli ap-
probatio cui pseudo apostoli detrahebant dicentes
quod non erat apostolus eo quod non fuerat cum christo
sicut alii. et ideo dicebant doctrinam eius non
esse recipiendam ut apostolicam. Secundo dicebant
eam continere erronea pervertentes eius intentionem
verbi gratia exemplo eo quod dicit Ro. 5. ubi autem ha-
bundavit delictum superhabundat et gratia
dicebant eum inducere homines ad frequentatione
peccati ut sequeretur augmentum gratie quod non est
verum sed intendit ibi dicere quod sicut tempore legis
moysaice peccatum habundabat eo quod ipsa peccatum osten-
debat et non sanabat sic per christum sub lege
factum gratia habundat. Ideo dicitur Jo. 4. quod salus ex
iudeis est. Sed istum petrus apostolus utrumque re-
movet ostendens primo paulum esse verum apostolum
nominans ipsum fratrem carissimum quasi dicat. sicut et ca-
rissimus etc. Secundo ostendens eius doctrinam esse sanam
secundum datam sibi sapientiam a deo. scripsit vobis
non instinctu proprio sed divino ostendit etiam eam
esse conformem sue doctrine quasi dicat. sicut et in omnibus
epistolis loquens scilicet epistolis. de his id est de eisdem de
quibus scripsi vobis. non instinctu proprio sed divino
ostendit etiam. scilicet de veritate fidei catholice
et de preparatione ad futurum iudicium sicut
patet in epistolis pauli in pluribus locis. In quibus
sunt quedam difficilia intellectu. maxime
rudibus ideo subdit. Que indocti in sacris scrip-
turis et instabiles in fide et moribus depravant
male interpretando. sicut et ceteras scripturas
scilicet evangelii et prophetarum quas iudei et heretici
corrumpunt. Ad suam ipsorum dampnationem
ut dictum est supra capitulo precedenti. Vos igitur. Hec
est ultima pars in qua concludit intentum
Vos igitur fratres prescientes iudicium venturum
et fallacias hereticorum. Custodite id est diligenter
cavete quod sequitur in aliquibus libris. Vos-
metipsos. non est de textu. ne insipientium

errore traducti .i. extra regulam fidei ducti.
excidatis a propria firmitate fidei et morum. Cres-
cite vero in gratia in credo eius augmentum per
opera bona. et in cognitione domini nostri ihesu christi
.i. ut magis explicite cognoscatis articulos
fidei et beneficia ihesu christi. Ipsi gloria et nunc et
in die eternitatis. et sine fine Amen.

Explicit secunda epistola canonica beati
petri apostoli.

I

Quod fuit ab initio.
hic incipit tertia
pars principalis huius
libri. In qua ponuntur
epistole beati Johannis apostoli
et euangeliste. et
est secundum ordinem doc-
trine. communia debent specialia precedere. Ideo ponit
primo epistolam ad informationem omnium generaliter. 2º
ad informandum aliquas personas speciales in prima
epistola 2ª. Prima epistola in duas partes dividitur. s.
in prohemium et tractatum qui incipit ibi.
Et hec est annuntiatio. In prologo vero tria
facit quia primo reddit auditores attentos
2º dociles sive doctos ibi. et vita. 3º benivolos
ibi. quod vidimus. Circa primum sciendum quod
difficultas materie reddere debet auditores atten-
tos. Nam ad capiendum talia requiritur maior at-
tentio. Inter illa vero que spectant ad doctri-
nam catholicam maxima difficultas est
circa emanationem filii a patre in divinis
de qua tractat infra. quinto. capitulo. d. tres sunt
qui testimonium dant in celo pater verbum
et spiritus sanctus. similiter maxima difficultas
est circa incarnationem persone filii assumentis
naturam humanam in unitate suppositi de
qua dicit infra. 4º. Omnis spiritus qui confi-
tetur ihesum christum in carne venisse ex deo est
et hoc est quod dicit. quia fuit ab initio
et. constructio est suspensiva usque ibi.
annuntiamus vobis. et ideo sic construenda est
littera. Annuntiamus vobis quod fuit ab initio.
.i. verbum quod processit eternaliter a patre
qui est principium seu initium totius emana-
tionis personarum divinarum secundum quod dicit augustinus
4º. de trinitate pater est principium totius trinitatis
Principium enim significat id a quo aliquid
procedit. verbum vero sive filius. Nam idem
est verbum quo et filius procedit a patre ideo
pater dicitur principium vel initium filii sive verbi. et
quod iste sit intellectus huius bene patet per hoc
quod subditur aliquibus tamen interpositis. de verbo vite.
Consequenter procedit ad misterium incarnationis. d.
quod audiuimus. s. a Johanne baptista incarnati verbi
precone. cuius discipulus fuit iste Johannes apostolus
et euangelista. ut dicunt communiter doctores quod ipse
et andreas fuerunt illi duo discipuli qui
audito a Johanne de christo. Ecce agnus dei. secuti
sunt ihesum Jo. i. sed Johannes expressit nomen an-
dree et suum tacuit. quia nolebat se commendare
et vidimus oculis nostris. Cum ipso conversando
secundum quod dicitur. Jo. i. verbum caro factum est et ha-
bitavit in nobis et vidimus gloriam eius. oculis
enim corporalibus viderunt eius humanitatem
et divinitatem eius oculis intellectualibus per fidem et
non solummodo per fidem communem que est ex auditu
sed etiam per illustrationem specialem que est quodam-
modo ex visu ideo subditur. quod perspeximus .i. per
fectius inspeximus. viderunt enim apostoli christum
cecos illuminantem mortuos suscitantem et
huiusmodi que non possunt nisi virtute divina
fieri et talia frequenter faciebat imperando
tamquam propria virtute. et sic virtus divinitatis
videbatur quodammodo in operibus illius sicut
causa in effectibus suis suo modo. et manus nostre
contrectaverunt ad declarationem veritatis sue
resurrectionis luce. ultimo. palpate et videte
quia spiritus carnem et ossa non habet sicut
me videtis habere. de verbo vite. quia verbum
incarnatum est vita per essentiam et etiam
per efficaciam est enim auctor vite nature gratie et
glorie. Et vita. hic reddit auditores do-
ciles. Illa enim que clarius cognoscuntur clarius
proferuntur. unde Jo. in prologo super pen-

thaceutum qd melius nouimus melius et perfe
vimus. Apli vero de diuinis fuerunt magis illuminati
quam alij precedentes uel futuri propter quod clarius po
tuerunt docere de diuinis et hoc facit auditores
dociles ideo dicit. et vita. i. verbum quod est vita
per essentiam ut dictum est. manifestata est per opera
diuina in humanitate assumpta exercita. et vidimus.
nos ceteris clarius. et testamur de visu et au
ditu. et annuntiamus vobis ut edocti sitis vitam
eternam. i. verbum incarnatum ut dictum est et
Jo. 17. hec est vita eterna ut cognoscant te
solum deum et quem misisti ihesum xpm. que
erat apud patrem ut persona distincta ab eo per
eternam generationem in diuina natura. et apparuit
nobis temporaliter in humanitate assumpta. ¶ Quod
vidimus. hic ultimo reddit auditores beni
uolos ex bonitate finis huius doctrine. nam
per eam habetur in presenti vita gratie et glorie in futuro
et hoc est quod dicit. Quod vidimus etc. Iam ex
positum est supra. Annuntiamus vobis ut et
vos societatem habeatis nobiscum per caritatem
que est eadem cum gratia uel ei inseparabiliter
annexa et societas nostra sit cum patre et filio
et per hoc intelligitur spiritus sanctus qui est tertia in trinitate
persona per caritatem enim tota trinitas inhabitat
mentes iustorum sicut amicus habitat in amato
et econuerso propter quod dicitur infra 4. qui manet in ca
ritate in deo manet et deus in eo. sic autem
non est in peccatoribus licet sit in eis per essentiam
presentiam et potentiam per quem modum etiam est
in ceteris creaturis et quia societas gratie est dispositio
ad societatem glorie ideo subditur et hec scribimus
vobis ut gaudeatis de gloria iam habita in spe
Et gaudium vestrum sit plenum quando habebitur in re.
¶ Et hec est annuntiatio. finito prohemio hic ac
cedit ad tractatum in quo agitur de hijs que in pro
hemio sunt breuiter prelibata. sunt autem tria
ut patet ex predictis. s. eternalis verbi generatio
temporalis eius incarnatio fidelium ad inuicem
et cum deo associatio et de istis tractat in
processu huius epistole non tamen eodem ordine
nam ut continuet dicta dictis immediate primo
tractat de ultimo. s. de dei et fidelium associa
tione. 2o. de verbi incarnatione. 4. ca. 3o.

de eius eterna generatione. ca. 5. Circa primum
sciendum quod societas dei et hominum in caritate in
choatur in via et consumatur in patria. Igitur
primo tractat de ea ut in via habetur. 2o. prout in patria
expectatur. ca. 3. Prima diuiditur in tres partes
nam primo excludit huius societatis impedimentum
2o. inducit ad eius promotionem ibi. et in hoc scimus
3o. ut euitetur predicte dicte societatis facte
dissipatio ibi. Nolite diligere. prima adhuc
in duas. quia primo declarat propositum 2o. remouet
quendam errorem. si dixerimus. Circa primum sciendum
quod similitudo facit associationem ecc. 13. omne animal
diligit sibi simile. omnis caro ad sibi similem coniungetur
et omnis homo sibi simili sociabitur et per oppositum dis
similitudo impedit eam 2. cor. 6. Que enim
participatio iustitie cum iniquitate aut que
societas lucis ad tenebras. peccatum autem tenebra
est et ideo facit dissimilitudinem ad deum qui est lux
vera et per consequens impedit societatem cum eo dicit
igitur et hec est annuntiatio. i. res annuntiatione
digna. quam audiuimus ab eo. i. a verbo in
carnato. et annuntiamus uobis tamquam eius apli
et ministri et quid sit illud subdit. Quoniam deus
lux est. hoc audierunt ab eo. Jo. 9. Quamdiu sum
in mundo lux sum mundi. lux enim habet
rationem manifestatiui. In verbo uero diuino
omnia declarantur propter quod proprie lux dicitur secundum
augustinum 4. super gen. ad litteram. non sic dicitur lux. quo la
pis sed illud proprie hoc significat. et tenebre ig
norantie et culpe in eo non sunt ulle. nullus
enim defectus in eo potest esse. ideo subdit. Si dixerimus
etc. et in tenebris ambulamus. s. culpe et per
consequens ignorantie que semper concomitatur
culpam. 3. ethicorum. ignorat omnis malus.
et prouerbiorum 13. Errant qui operantur malum. Men
timur verbo quia sumus consortes malorum morum.
et veritatem non facimus mentiendo facto et
non solum verbo. ypocrisis enim mendacium est in
facto. si autem in luce ambulamus viuendo in
meritorijs operibus. societatem habemus ad inuicem
propter similitudinem ad ipsum. et sanguis ihesu xpi filij
eius emundat nos ab omni peccato. quia sacramenta noue
legis de quibus est baptismus et penitentia quibus auferetur
omne peccatum efficaciam habent a passione xpi.

si dixerimus. Hic removet quendam errorem dicentium quo
aliqui iactabant se immunes esse a peccato ostendens
quod aliquis non potest hoc dicere de peccato presenti nec
de preterito nisi revelatum fuerit a deo. dicit ergo. si
dixerimus quoniam peccatum non habemus. de presenti. ipsi
nos seducimus. id est extra societatem dei ducimus
per falsitatem. quod si de peccato veniali sit sermo illud
non potest in presenti vita totaliter vitari. de illo. in
decretum pub. 23. id est septies in die cadit iustus et
sic nullus potest veraciter affirmare illo se ca
rere. Sed quia peccatum veniale non separat a dei
societate ideo melius videtur quod de peccato mortali loquatur.
nullus enim potest scire se mortali peccato totaliter carere
nisi deus sibi revelaverit ecclesiastes 9. nescit homo
utrum amore vel odio dignus sit propter quod si
absque dei revelatione asserat se omni peccato mortali
carere iam incurrit peccatum iactantie et superbie
et etiam falsitatis asserendo quod nescit ideo subditur.
et veritas in nobis non est. si confiteamur peccata
nostra humiliter et vere. fidelis. in reddendo pro
missa. et iustus est. quia promissum est aliquo modo
debitum et sic reddere est iustum. ut remittat
nobis peccata nostra. Sic enim promisit matthei 4. penitentiam
agite. appropinquabit enim regnum celorum et mundet
nos ab omni iniquitate. per efficaciam sacramenti. sicut predictum
est. si dixerimus quoniam non peccavimus de preterito.
Mendacem facimus eum. scilicet deum dicentem contrarium
si queratur ubi. dicunt doctores aliqui quod hoc
dicit Job 15. quid est homo ut immaculatus
sit et iustus appareat natus de muliere ubi
translatio alia habet nemo mundus a sorde neque
infans cuius est unius diei vita super terram. sed isti
non videntur videre quod verbum allegatum non
est ipsius dei nec sancti iob ex spiritu dei loquentis. sed
est verbum eliphat themanitis qui licet in processu
libri multa vera dicat tamen falsa quamque nititur susti
nere ut patet per sententiam dei in fine libri propter quod
dicere quod verbum eius sit verbum dei non videtur
convenienter dictum. sed alibi dicit de peccato originali
per os david prophete psalmus 49. In iniquitatibus con
ceptus sum et in peccatis concepit me mater
mea. et de actuali dicit matthei 6. ubi docet orare
pro peccatorum suorum remissione. dicite dimitte nobis debita
nostra quod esset frivolum ei qui non haberet peccata

et per apostolum Ro. 3. Est autem deus verax omnis
homo mendax. verbum eius. id est christus qui est
verbum dei patris non est in nobis per gratiam
sanctificantem.

II.

Filioli mei. Hic ex predictis
infert conclusionem intentam scilicet
quod debemus peccatum vitare dicens.
Filioli mei hec. predicta. scribo
vobis ut non peccetis ne societati dei impe
dimentum ponatis. Sed et si quis peccaverit
ex humana fragilitate. Advocatum habemus apud
patrem ihesum christum ostendentem patri pro peccatoribus vul
nera. Iustum quasi dicat. non interpellat pro quibus
cumque peccatoribus sed solum pro vere penitentibus et
ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Active et
passive. nam seipsum obtulit pro nostra expiatione
Non pro nostris autem tantum sed etiam pro totius mundi.
scilicet quantum ad sufficientiam sed pro electis tantum. quantum ad
ad efficaciam nam alii ponunt obicem. Et in
hoc scimus. Hic consequenter ponitur dei societatis
commotiuum quod est opus meritorium per quod caritas
per quam deus in nobis habitat et nos in ipso
meretur augeri et aucta merceatur et perfici
sic igitur procedit beatus iohannes quod primo ad opus
meritorium inducit omnes generaliter secundo aliquos
specialiter ibi. scribo vobis filioli prima in duas
quia primo inducit ad opus meritorium secundo confirmat
suum dictum ibi. Carissimi. Circa primum dicit.
et in hoc scimus probabili tamen coniectura. quoniam
cognovimus eum. notitia amativa que est
practica prout potest extendi ad effectum. si
mandata eius observemus. quia sicut dicit gregorius
omelia 20. amor dei nunquam est otiosus. operatur
enim magna si est. si autem renuit operari amor
non est. ideo subditur. Qui dicit se nosse eum
notitia caritate formata. et mandata eius
non custodit facultate habita mendax est
quia veritas non subest dicto eius. qui autem servat
verbum eius. corde retinendo et opere adimplendo
vere in hoc caritas dei perfecta est. perfectum dicitur
cui nichil deest. 5. metaphysice. sed hoc potest intelligi
dupliciter quo ad presens uno modo cui nichil deest
de hiis ad que tenetur et sic qui servat verbum
dei quantum ad eius precepta dicitur in caritate perfectus.

Alio modo accipit̃ cu nichil deest de hijs
que pot hr̃e et sic caritas non ē pfecta in
uia quia semp pot quilibet q̃ntucūq; pfectus
in merito crescere. Sonus tn̄ dr̃ alio pfectior
inquantū non solum sruat mandata q̃ sunt
necessaria sz etiam cum hoc consilia que sunt
sup erogationis et sic dixit xpūs mt̃. 19. Ju
ueni uiam pfectionis querenti. si uis pfectus
ee. uade et uende omia que habes et da pauperibz
et ueni et sequere me. et quāto quis feruencius
mandata uel plā de consilijs ex caritate ser
uat et strictius dr̃ magis pfectus et quia p
caritatem deus habitat in nob' io subdr̃. In
hoc scimus qm̄ in ipo sumus. tn̄ hic accipitur
scia large p coniectura probabili ut dcm̄ ē sᵃ.
precedenti nisi sup hoc habeatur reuelatio dña
Qz aut̃ sequitur in aliquibz libris si in ipo
pfecti fuerimus non est in libris correctis.
qui dicit se in illo manere p caritatem. debz
sicut ille ambulauit inter hoīes quersando
et ipē ambulare ipm̄ imitando non solum
in obsruatiōe preceptoꝝ sz etiam consilioꝝ scdm
suam possibilitatem q̃uis ad hoc non teneat
de necitate. Carissimi hic qr̃ confirmat
dcm̄ suū. s. p hoc q preceptum de dilcōe dei et
pximi ex quo procedunt opa bona ē ab antiq̊
datum. d. Carissimi non mandatū nouum
scribo uob' zc̃. ē em̄ hoc mandatū de dictamine
legis nālis q homo diligat deum a quo hz ee
et uiuere et hoīez sibi simile in spē unde et
bruta aīalia hoc faciūt ecc̃. 13. omē aīal di
ligit sibi sile. et sic ē insitum menti hūe a sua
pma condicōe est em̄ de lege scpta dña deut̃. 6.
diliges dnm̄ deum tuū ex toto corde tuo zc̃.
et de dilcōe pximi dr̃ leuit̃. 19. diliges pxi̇m
tuū sicut te ipm̄ et sic est datum ab inicio legis
Item mandatū nouū scribo uobis. qz idem pre
ceptum de dilectione renouatū ē in euangelio
qd' dr̃ lex amoris. Qz uerum ē. i. uerificatū
et in ipo. s. deo humanato qui ex caritate
maxima passus est pro nob'. Et in uobis.
qz p hoc dedit hoībz maximū incētiuū amoris
ppt q̃ imminēte sua passione dixit Jo. 13. Ma
datum nouū do uobis ut diligatis inuicem

sicut dilexi uos. qz tenebre. i. figure et umbre
ue. te. trāsierunt. In passione dn̄i. In cuius sigᵐ
uelū tepli tunc fuit scissum luc̃. 23. et uerū
lumē iam lucet. i. ueritas euangelij. Qui dic
se in luce ee. i. in ueritate euāgelica uiuere.
et frēm suū odit In tenebris est. culpe et ig
norancie et p oppositum. qui diligit frm̄ suū
In deo et scdm̄ deum qd' ē caritatiue dilr̃e. In
luce manet. s. grē et p q̃ns in luce increato
in quo manet p grām. sicut amās in amato
et scandalum in eo non est. s. actiuū nec
passiuū. Scandalum em̄ est dictum uel factū
minus rectum alteri pbens occasionē ruine
Manens aut in luce dicto modo ex facto al
terius uel dicto ruit in pctm̄. Qui aut odit
zc̃. pz ex dictis suꝑa. Scribo uob'. hic
gr̃ne ad opa meritoria inducit aliquos spali
et pō baptizatos ab eo de quoꝝ salute erat
specialr̃ sollicitus. Non em̄ omēs baptizauit
uel conuertit. Nam in partibz illis paulus
predicauit et thymotheus et plures alij
ut pz ex eplis pauli et actibz aploꝝ dicit
igitur. Scribo uobis filioli. Jeli pprie filioli
dicr̃ alicuius a quo sunt bapti uel de bapto
leuati. Qm̄ remittuntur uobis pctā. i. re
missa sunt in bapto qui delet totam culpā
et penam. ppt nomen eius. s. xpi. In cuius
nomiē celebratur baps in primitiua ecclīa ut
hr̃ act̃. 2°. q. d. de cetero non debetis inquinari
p pctm̄. 2° inducit pueros moribz et scīa
de quibz est multum curand' eo q boni pueri
redundat in totam ecclīam ppt quod uocat eos
pres. d. Scribo uobis pres qm̄ cognouistis
eum qui ab inicio est. i. uerbum incarnatū
procedens a pre ut dcm̄ est in pnᵒ. huius eple. q.
d. eius. ex quo habetis maiorē sciam alijs de
betis ee alioꝝ exemplum p opa uirtutis. 3°
inducit adolescentes in quibz incipiunt concu
piscentie uige ppt quod laudat eos de castitate
ut ad eam magis accēdant nam uirtus lauda
ta crescit Jo subdr̃. Scribo uobis adolescentes
qm̄ uicistis malignū. i. mali ignis incētiuū
qui est ignis concupiscē carnal' q. d. de cetero
non debetis pmittē uos uinci a carnalibz desi

derijs. Quarto inducit infantes tamen aliquo mo-
do capaces qui licet pauca cognoscant de diuinis
tamen cognoscunt deum esse patrem ipsorum dicit igitur. Scribo
vobis infantes quoniam cognouistis patrem q. d. ex
quo cognouistis debetis eum reuereri et prout pos-
sibile vobis est imitari. Quinto inducit iu-
uenes qui iam habent robur corporis d. Scribo
vobis iuuenes quoniam fortes estis. q. d. sicut estis
fortes corpore ita sitis mente ut non deficiatis
in quacumque tribulatione et ad hoc subdit ratio-
et vicistis malignum. i. diabolum renunciando ei
et pompis eius in baptismo quia d. debetis firmiter
stare ne de cetero vincamini ab ipso. Nolite
diligere. Hic ponit duo societatis cum hominibus
dissipatiuum ut caueatur quod est duplex s. cupiditas
que est venenum caritatis in qua caritate con-
sistit dicta societas et heresis peruersitas que
dictam societatem dissoluit. Secundum primo docet
cauere primum. Secundo secundum ibi. Filioli. Circa primum
dicit nolite diligere mundum. Non accipitur
hic mundus pro vniuersitate creaturarum sicut
dicitur Ioh. primo. Mundus per ipsum factus est.
Creature enim diligende sunt inquantum per eas
ascendimus tamquam per scalam ad cognitionem crea-
toris Ro. i. Inuisibilia enim dei a creatura
mundi. i. ab homine per ea que facta sunt intellecta
conspiciuntur sempiterna quoque virtus eius
et diuinitas. Sed accipitur hic mundus pro hominibus
delectabilia huius mundi inordinate querentibus
de quibus dicitur Io. i. Mundus eum non cognouit
quia occupatio circa delectabilia mundi im-
pedit cognitionem dei. licet autem natura sit
in ipsis diligenda vicium tamen est odiendum et fugi-
endum nam amicus stultorum similis efficietur
prouerbiorum. 13. Nominatur autem mundus eorum viciorum
ideo subdit. neque ea que in mundo sunt. i. vicia
eorum. Si quis diligit mundum hoc modo dictum Non
est caritas patris in eo. Nam amor delecta-
bilium huius mundi retrahit ab amore diuino.
quoniam omne quod est in mundo. i. in hominibus mun-
danis. Concupiscentia carnis est. que viget in
voluptuosis. et concupiscentia oculorum in cupidis et
auaris. et superbia vite. in ambitiosis. que. s.
triplex concupiscentia non est ex patre quia nichil

viciosum est a deo licet res corrupte sint ab
eo et etiam potentia concupiscentie et eius actus in-
quantum est ens. Non autem deordinatio. Sed
ex mundo est. quia prouenit ex defectu seu ma-
licia hominum mundanorum et mundus. i. homines
mundani. transibit de hoc mundo per mortem. vita
enim prauorum non est nisi quidem transitus. sapientie 2°.
Vmbre transitus est tempus nostrum. Qui autem facit
voluntatem dei manet in eternum. quia de statu
gratie transit ad statum glorie que est gratia consumata
Filioli. Hic secundo docet precauere hereticorum
peruersitatem et sic firmiter tenere catholicam
veritatem ibi. Vos quod audistis. Circa dicta
facit breuem recapitulationem ad maiorem
dictorum firmitatem ibi. Hec scripsi vobis. Prima
in duas. quia primo monet hereticos caue. Secundo docet
eos cognoscere ibi. Sed vos. Circa primum dicit.
Filioli. Hic accipiuntur filioli largius quam supra. sed pro
omnibus fidelibus qui dicuntur filioli beati Iohannis eo
quod erat apostolus in illis partibus. Nouissima hora est
. i. sexta etas et vltima huius mundi que sic
currit cum septima que est etas quiescentium
in celo a tempore passionis christi per quam est aperta
ianua celestis. Aliter exponitur de tempore antichristi
quod dicitur hora nouissima eo quod est futurum circa
finem mundi tamen aliquo modo incepit a tempore apostoli
In quo ebyon et therinthus surrexerunt et plures
alij heretici qui fuerunt figura antichristi sicut
beatus Iohannes baptista dicitur venisse in spiritu helie luc. i.
et huic expositioni magis concordat littera sequens
cum dicitur. et sicut audistis. quia antichristus venit
. i. venturus est tempore suo. Nunc antichristi multi
facti sunt. s. heretici corrumpentes veritatem euan-
gelij sicut faciet antichristus. Vnde scimus. i.
hoc comprehendimus. Quia nouissima hora est
. i. quod tempus antichristi quodammodo incepit in eis.
Ex vobis prodierunt. i. ex societate nostra. Nam
heretici primo erant qui fidem catholicam suscep-
tam corruperunt. Sed non erant ex nobis secundum
eternam dei predestinationem. Nam si fuissent
ex nobis. hoc modo. permansissent utique nobiscum
quia diuina predestinatio non frustratur
effectu suo. Sed ut manifesti sint. supple ex-
ierunt de societate nostra ut sic a fidelibus

melius euitentur. Sed vos. hic que docet
modum cognoscendi hereticos qui aliunde ve-
niebant ad subuertendum fidem simplicium
et primo tangit modum apte fidelium. d. sed vos
unctionem habetis a sancto .s. spiritu que data est vobis
in baptismo. Et nostis omnia .s. ad salutem necessaria
Natura enim non deficit in necessariis et multo minus
auctor nature. Veritas autem fidei necessaria est ad sa-
lutem tamen magis vel minus explicite secundum statum
credentium. Nam sacerdotes plura tenentur
explicite cognoscere de hiis que sunt fidei
quam simplices laici. et ideo si veniat hereticus ad
corrumpendum fidem et fidelis se conuertat
ad dominum ad habendum eius unctionem dirigentem non de-
ficiet quin eum dirigat per se vel per aliud secundum
ea que pertinet ad statum suum et sic in potestate
fidelium est habere unctionem docentem de omnibus necessariis
ad salutem. Illud autem habere dicimur quod est in potestate
nostra habendi. Non scripsi vobis quasi ignorantibus
hoc dicit specialiter pro maioribus qui sciebant
falsitates heresum et veritatem articulorum distincte
2° dat modum cognoscendi ex parte hereticorum. d.
Quis est mendax .s. in fide. nisi is qui negat
.i. negationem que sequitur affirmet esse veram .s.
quoniam ihesus non est christus. hoc enim affirmant
iudei obstinati dicentes quod ihesus nazarenus non
est christus in lege et prophetis promissus. hoc etiam
affirmabant heretici qui iudaizabant post
susceptionem baptismi. hic est antichristus .i. christo contrarius
qui negat patrem et filium etc. Sunt enim corre-
latiua que posita se ponunt et perempta se pe-
rimunt. Ideo qui negat unum et alterum et sic
qui confitetur unum et alterum. Vos. hic que
monet eos tenere fidei veritatem d. vos quod
audistis ab initio vestre conuersionis. In vobis
permaneat sine hesitatione et deuiatione. si
autem in vobis permanserit .s. fides veritatis formata
quam recepistis in baptismo. et vos in filio et patre
manebitis in presenti per gratiam. et ipse est repromissio
quam ipse pollicitus est vobis dare de futuro
vita eterna Jo. 6. hec est voluntas eius qui
misit me patris ut omnis qui videt filium et
credit in eum habeat vitam eternam. Hec
scripsi. hic ponit circa predicta recapitulacionem

ad maiorem affirmationem d. hec scripsi vobis
de hiis qui seducunt vos .i. conantur vos de-
cipere. et vos unctionem gratie. Quam accepistis
ab eo .i. a deo in baptismo. manet in vobis. In
potestate enim est hominibus illam gratiam obseruare
quia deus non subtrahit gratiam suam ab aliquo
nisi ipse prius subtrahat se a deo per malam
voluntatem. et non necesse habetis ut aliquis
homo doceat vos. Non est per hoc intelligendum
quod fideles simplices contempnere debeant doc-
trinam superiorum vel eam negligere cum eam
possint habere quia doctrina dei est sed hoc dicit
quia si humana doctrina deficeret deus sup-
pleret ut supradictum est. sed sicut unctio
eius .i. dei qui est sufficiens. docet vos de omnibus
necessariis ad salutem maxime in casu in quo
deficit humana doctrina unde frequenter inueni-
untur aliqui simplices nutriti in campis
clarius videntes in hiis que sunt necessaria sue
saluti quam illi qui cotidie audiunt sermones
in ciuitatibus magnis. et verum est et non
mendacium. Nam ab eo qui est regula veritatis
non potest procedere nisi verum. et sicut
docuit vos, manete in eo per bonam voluntatem
ut cum apparuerit in iudicio habeamus fiduciam
.i. certitudinem de bona nostra. et non confundamur
ab eo. In aduentu eius audiendo illam terri-
bilem sententiam que habetur math. 25. Ite maledicti
in ignem eternum etc. Si scitis. quoniam iustus est
accipere hic si pro quia. quia cuilibet fideli hoc
notum est de deo. Scitote quoniam et omnis qui
facit iusticiam .i. opera iusticie. ex ipso natus
est .i. hoc facit inquantum habet esse ab eo. et si
loquamur de operibus iusticie que est virtus
politica verum est quod ab ipso est esse bonum nature.
et multo fortius verum est de operibus iusticie infuse
que datur cum gratia per quam homo constituitur
in quodam participatione supernaturale esse diuini secundum
quod dicitur 2. pe. 1. maxima et preciosa nobis promissa
donauit ut per hoc efficiamini diuine consor-
tes nature.

III

Videte qualem caritatem. Postquam
beatus Iohannes tractauit de
societate dei et hominum que

hr in via. hic ponit tractat de illa que ex
pectatur in patria. et dividitur in duas partes
quia primo declarat eius perfectionem. 2o debitam ad
eam dispositionem ibi et omnis. Circa primum dicit
videte .i. diligenter attendite. Qualem ca
ritatem dedit nobis pater. celestis nos infideles
adoptando Io. i. dedit eis potestatem filios dei
fieri hiis qui credunt in nomine eius. ut scilicet.
ut filii dei nominemur et simus. in veritate
Ita quod hoc nomen in nobis non est vacuum
neque inane. Et per consequens habemus ius in celesti
hereditate. propter hoc mundus non novit vos. i. no
titia approbationis. homines enim mundani non approbant
sed reprobant illos qui terrenis contemptis
tendunt ad hereditatem celestem eos miseros et
stolidos reputantes et subditur causa cum dicitur.
Quia non novit eum ex hoc enim quod homines
mundani sunt terrenis totaliter intenti
avertunt a cognitione dei patris incarnatum est
dator celestis hereditatis propter quod non approbant con
temptores terrenorum et appetitores celestium
et si queratur que sunt illa celestia cum dicit
Carissimi nunc filii dei sumus per gratiam ad
optionis. et nondum apparuit quid erimus.
q. d. non possem sufficienter exprimere quia illa
bona celestia non sunt comprehensibilia
ab hominibus vite presentis i. cor. 2. Oculus non
vidit et auris non audivit et in cor hominis
non ascendit. que preparavit deus hiis qui
diligunt eum. Erimus q. d. hoc tamen scimus in
generali de celestibus. quoniam apparuerit .i. cum
nobis se presentem ostenderit in possessione celestis here
ditatis nos ponendo. similes ei erimus. in ipsum
quantum possibile est transformati et ei co
iuncti et subditur modus huius coniunctionis et
transformationis cum dicitur. Quoniam videbimus eum
sicuti est. videndo ipsum clare trinum et unum
Cognitio enim secundum omnes philosophantes fit per
assimilationem cognoscentis ad cognitum. hec autem
visio est perfecta cognitio que potest haberi a cre
atura intellectuali et per consequens est sibi assimilatio
perfectissima ad deum et transformatio per amorem an
nexum et in hoc consistit societas dei et
beatorum. Et omnis. hic ponit declarat debita

dispositionem ad hanc societatem quoniam que dicta
est. 2a ponitur ibi. Omnis qui non est iustus
Prima in duas quia primo facit propositum 2o removet
quoddam erroneum dictum ibi. Filioli. prima vero
dispositio ad visionem dei condam est puritas mentis
secundum dictum salvatoris math. 5. Beati mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt ideo dicit. et omnis
qui habet spem hanc in eo. hoc est in deo
sperans ipsum videre facie ad faciem clare sanc
tificat se. conscientiam emundando. Sicut ille
sanctus est. propter quod non admittit ad suam visionem
nisi sanctos et quod ab ea repellantur immundi
cuius ostenditur cum dicitur. omnis qui facit peccatum et
iniquitatem facit. Nam peccatum est transgressio
legis divine. lex autem divina est ipsa equitas
et ideo in omni mortali peccato est equitatis cor
ruptio et per consequens iniquitas et scitis quia
ille apparuit in carne assumpta. ut pre
dicta tolleret que sunt divine visionis impe
dimenta. et peccatum in eo non est .i. esse non
potest ideo subdit. Omnis qui in eo manet.
fide formata caritate non peccat. quamdiu
sic manet. quia gratia et peccatum simul esse non possunt in eodem
subiecto. et omnis qui peccat non videt eum.
videns enim deum clare cum videat ipsum esse
summum bonum nullo modo potest averti ab eo
per peccatum Nec cognovit eum. fide formata
caritate nec per hoc est intelligendum quod habens
fidem caritate formatam non possit pec
care ut aliqui dixerunt et male apoc. 2o.
Caritatem tuam primam reliquisti. Memor
esto itaque unde excideris etc. sed sic est intelli
gendum quod nullus videns actu fide formata
caritate vel existens in ea peccat ideo dicitur. Nec
cognovit eum. scilicet actu peccandi. Filioli.
hic ponit removet quoddam dictum erroneum
erant enim aliqui dicentes quod cognitio fidei sine
operibus sufficiebat ad salutem contra quem
errorem scripsit beatus iacobus ut visum est
supra in epistola sua et sic contra ipsum dicit beatus iohannes.
Filioli nemo vos seducat predicto errore. Qui
facit iustitiam .i. opera iustitie. Iustus est. et
non ille qui credit sine operibus. Qui facit
peccatum ex dyabolo est licet dicat se esse ex proposito

Q(uonia)m ab initio dyabolus peccat. Non e(st) p(er) hoc
intelligendum q(uod) creatus fuerat malus ut
dixerunt aliqui q(ui)a scribi(tur) gen. i. Vidit deus
cuncta que fecerat et erant valde bona s(ed) q(ui)a
ex quo p(rim)o peccauit semp(er) in p(e)cc(at)o p(er)seuerauit
nam p(e)cc(atu)m ei(us) est irremediabile et ad peccand(um)
homines induxit. In hoc apparuit fili(us) dei in
humanitate assumpta ut dissoluat op(er)a dyab(o)li
p(er) mortem suam et eccl(es)ie sacra ab ei(us) morte
efficaciam h(abe)ntia. Ideo concludit omnis qui na-
tus est ex deo p(er) sacr(amentu)m bap(tis)mi quod est sacr(amentu)m
fidei formate. p(e)cc(atu)m non facit in quantu(m) sic
natus quia fides formata carit(at)e non stat cu(m)
p(e)cc(at)o mortali. Ideo subdi(tur). q(uonia)m semen ip(s)i(us) in eo
manet .s. gr(ati)a que non compati(tur) secum tale
p(e)cc(atu)m. et non p(otes)t peccare in quantu(m) h(abe)ns gra(tia)m
que non p(otes)t e(ss)e c(aus)a peccandi sicut sedens in q(uan)t(u)m
sedens non p(otes)t ambulare et in hoc se(n)su sedente(m)
ambulare est impossibile. potest tame(n) peccare
p(er) defectibilitatem liberi arbitrij quod no(n) confir-
matur in bono p(er) gra(tia)m in p(rese)nti nisi in aliquib(us)
ex gr(ati)a sp(eci)ali p(ro)p(ter) quod infert distinctione(m) filior(um)
dei et dyaboli .d. In hoc manifesti sunt filij dei
.s. q(ui) non peccant mortali(ter). et filij dyaboli per
operatione(m) p(e)cc(at)i et sic p(atet) q(uod) non sunt aliqui
filij dei p(er) fidem sine op(er)ib(us) quod concludere in-
tendebat. Omnis hic ponitur 2a dispositio
ad b(ea)titudine(m) que est caritas frena m(at)h. 5. beati
misericordes q(uonia)m ip(s)i mi(sericordi)a(m) consequentur. et
diuidi(tur) in duas p(ar)tes quia p(rim)o inducit ad fine(m)
caritatis actum. 2o declarat debitu(m) modum
ibi. filioli. Circa p(ri)mam p(ar)tem p(ri)mo co(n)tinuat
se ad predicta .d. Omnis qui non e(st) iustus. Ius-
titia infusa. Non est de deo quia illa sola fa-
cit dignu(m) vita eterna. et qui non diligit fr(atr)em
suu(m) s(ci)l(icet) non est dign(us) vita beata. q(uonia)m hec est
annu(n)cia(ti)o .i. res annu(n)ciata qua(m) audistis ab initio
conuersionis v(est)re. Ut diligat(is) alterutru(m) cari-
tatiue. et non sicut caym. s(u)pple sitis qui ex
maligno erat .i. dyabolo. et occidit fr(atr)em suum
abel gen. 4. et p(ro)p(ter) q(ui)d occidit eum. videt(ur). Q(uonia)m
op(er)a eius maligna erant. fr(atr)is aut(em) iusta. Istud
fuit occasio p(ri)ma. nam munera abel p(ro)p(ter) eius
iusticiam sunt accepta deo in cui(us) signu(m) ignis

descendit de celo et consumpsit eius sacrificiu(m)
vt gen 4. Ubi di(citur) et respexit deus abel et ad
munera ei(us) tra(n)slo theodocionis h(abe)t. et inflammauit
deus sup(er) abel. Talis enim inflama(ti)o signum
est acceptatonis diuine ut patet iudic. 6. de obl(ati)o(n)e
gedeonis et 13. in obl(ati)o(n)e manue. et 3. Re(gum) 18. In
obl(ati)o(n)e helie. et 2. par(alipomenon) 4. de obl(ati)o(n)e salomonis.
q(uo)d videns caym concepit inuidia(m) et odium
contra fr(atr)em ex quo odio sicut ex ca(usa) p(ro)pinqua
occidit eum. dic(itu)r aut(em) op(er)a caym fuisse ma-
ligna q(uia) licet offerret deo offerebat t(ame)n de peio-
rib(us) et ex voluntate p(er)uersa. Ideo di(citur) gen. 4. ad
caym aut(em) et ad munera eius non respexit.
et ex hoc includi(tur) d. nolite mirari fr(atr)es si odit
vos mundus. quia op(er)a eius maligna sunt
v(est)ra aut(em) bona. Et subdit causam bonitat(is) .d. Nos
scim(us). Certitudinaliter si referatur ad ap(osto)los
qui receperunt sp(iritu)m sanctum in signo visibili
et in gr(ati)a fuerunt confirmati et de hoc p(er) di-
uinam reuelatione(m) fuerunt certificati. si
aut(em) ad alios referatur sicut hic accipitur
pro probabili coniectura. Q(uonia)m tra(n)slati sum(us)
de morte culpe ad vitam gr(ati)e. q(uonia)m diligim(us) fr(atr)es
Opera vero ex caritate facta sunt meritoria.
Ideo subdit p(er) opp(ositu)m. qui non diligit manet in morte.
q(ui)a caret caritate que est vita a(n)i(m)e. omnis qui
odit fr(atr)em suu(m). quod e(st) peius q(uam) no(n) diligere eum.
homicida est sui ip(s)i(us) sp(irit)uali(ter) et fr(atr)is sui corpora(liter)
dispositiue t(ame)n. nam odiu(m) est dispositio ad ho-
micidiu(m) sicut dictum est de caym. et scitis q(uonia)m
omnis homicida non h(abe)t vitam eterna(m) in se
manentem. q(ui)a non h(abe)t gra(tia)m que e(st) in nobis
quedam inchoatio vite eterne que co(n)su(m)matur
in glo(ria) que est gr(ati)a (con)summata. In hoc cog-
nouim(us). Hic g(e)n(e)r(a)l(ite)r inducit ad actum caritat(is)
fraterne p(er) exemplu(m) (Christ)i qui mori voluit
pro n(ost)ra salute. et p(ri)mo facit suam inductione(m)
2o aliorum exclusionem ibi. qui h(abu)erit. Circa
p(ri)mu(m) p(atet) l(itte)ra usq(ue) ibi. et nos debem(us) pro fr(atri)b(us)
a(n)i(m)as pone(re) .i. vitam corporalem p(ro) sal(ut)e eorum
sp(irit)uali expone(re) et hoc debitu(m) patet ex ordine
caritat(is) s(ecundu)m que(m) deus est sup(er) omnia diligend(us)
et post ip(su)m a(n)i(m)a p(ro)pria. et 3o loco a(n)i(m)a proximi
. Quarto et vltimo corp(us) p(ro)prium. s(ecundu)m aug(ustinum) .i. de

doctrina xpiana. bonu vero minus diligibile scdm ordinem certum debet exponi pro salute magis diligibili ꝑꝑ q vita corporalis est exponenda pro spuali salute pximi Non tn ad hoc omnes sp tenentur nec uniformiter. Cuius ro est quia cuilibet imminet semp cura sui corporis non aut cura de salute spuali pximi s; solu in casu necitatis ut si quis videat periclitari pximu spualr et non possit sibi alr subueniri nisi p hoc q talis videns exponat se morti corpali in tali casu tenetur hoc facere et non alr. et hoc mo vr btus vitalis martir vetissimu medicum in articulo mortis positum pro fide xpi et expauescentem suis exhortacionibus roborasse pro quo ad mortem fuit condempnatus Illi vero qui curam aiarum hnt ut sacerdotes curati epi et alij prelati non solum in hoc casu s; etiam in alijs tenentur pro salute subditorum suorum vitam expone corpalem ut pote si lupus intret gregem suu ad corrumpendu eum in fide vel moribus alr non esset pastor s; mercenarius. scdm testimoniu saluatoris Jo. 10. Qui habuit. hic gnr ondit in aliquibus defectum huius caritatis. d. qui hueret substam huius mundi. i. diuicias hic tangitur duplex casus in quo etiam facere necitatis est et precepti diuinus accipe ex pte facientis. s. qn hz supfluum victu et vestitu consideratis neccitatibus psone et status non solum scdm psente vitam statum s; etiam scdm ea que probabilr possunt occurrere et frequenter occurreret. et scdm hoc dr lu. 11. quod supest date elam. vn basilius famelici panis est q tu tenes nudi tunica quam tu conclaui conseruas discalciati calceus qui apud te marcescit. Indigentis argentum qd possides inhuatum quo creta tot nunciareis quot dare valeres et hoc idem dicit ambrosius in decretis. d. 47. c. si cum hij et hoc notare cum dr. Qui em huit substam huius mundi. i. diuicias supfluas mo dicto. 2 casus accipe ex pte recipientis. s. qn patitur vrgentem neccitate et non apparet vnde sustentari possit. n. p elam istius et tunc iste tenetur dare non solu de supfluo sicut in casu pdicto sed etiam de necio non psone sue scdm indiuiduu considerate q plus qlibz tenetur sibi q alteri si sit in neccitate silli s; de necio sui status. nam quilibz debet se restringere ut pximi adiuuet in vltima necitate et scdm hoc subdr. et viderit frem suu necitatem hre. s. vltimam. et clauserit viscera sua ab eo subuentione denegando. Quo caritas dei manet in eo q. d. nullo mo. In tali em casu est transgre. precepti diuini ꝑꝑ quod dicit aug.) pasce fame morientem si non pauisti occidisti. Filioli. hic gnr inducit ad debitu diligendi modum d. Filioli mei non diligamus verbo. s. tm sicut illi qui vbo dicunt se fribus compati s; de facto nichil et hic e amor fictus siue vanus. In lingua. s. fallaci sicut Joab dixit amase. 2. Re. 20. Salue mi frater et statim interfecit eum et hic amor non solum est fictus et varius sed etia pditorius s; ope. q p9 et veritate q scdm. In hoc dilndi modo. s. efficaciter et veraciter. cognoscimus qm ex veritate sumus. i. ex deo q e ipa veritas et in conspectu eius suadebimus corda nra ad vera caritatis opa vel aliter. suadebimus corda nra. i. confidenter pntare poterimus cora eo corda nra. q si alr diligeremus. s. vane vel false hoc facere non possemus io subdr. qm si repehenderit nos cor nrm de vana et falsa dilcone. maior est deus corde nro 7 nouit omnia ꝑꝑ qd talis vanitas vel fsitas non latebit eum Carissimi si cor nrm non repehendit nos de dilectione vana et fallaci fiduciam hemus ad deum. s. in neis neccitatibus recurrendi ad ipm. Et quidquid pecierimus de ptinentibus ad nram salutem et pseueranter acceperimus ab eo. non tamen semp statim s; tpre oportuno nam frequenter differt peticiones fidelium implere. vt non sit vile q pcat. et ut ampliori desiderio 7 postulacionis repeticione meritu eis accrescat et subdr ro impletionis cum dicit Qm mandata eius custodimus 7c. Ipe aut custodientibus eius madata vitam etnam pmittit. mt. 19. Si vis ad vita ingredi srua madata et fidel e adimpledo pssa 7 q sunt eius madata scdit

vn. apo. · ego ac ipsedar · ꝛ scipsedar p aabo vris

·d· et hoc est mandatum eius etc. hic accipitur simpliciter pro psi quia omnia eius mandata continentur in fide per dilectionem operante. Ro. 13. plenitudo ergo legis est dilectio. et qui servat mandata eius per dilectionem adimplendo. In illo manet sicut amans in amato et etiam econverso. Et in hoc scimus quoniam manet in nobis dicto modo. In spiritu hoc est per spiritum. Quem dedit nobis. sed hoc intelligitur de beato Iohanne et aliis apostolis. Istud scire est per certitudinem revelationis divine. Sed autem de aliis est per probabilem coniecturam ut dictum est supra eodem capitulo.

IIII

Karissimi. Hec est 2a pars principalis tractatus huius epistole in qua beatus Ioh. agit de verbi incarnatione. et primo veritatem declarat. 2o. dictorem confirmat ibi. et nos vidimus prima in duas quia primo determinat veritatem 2o. inducit ad caritatem ibi Carissimi. Et quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. Ideo determinando ponit veritatem iuxta oppositam falsitatem et dividitur in duas partes quia primo declarat veritatem in comparatione ad docentes. 2o ad audientes ibi. Ipsi de mundo sunt. Circa primum dicit. Nolite omni spiritui credere. i. omni loquenti de spiritualibus inter que incarnatio verbi est de maioribus sed probate spiritus. modus autem probandi postea ponitur sed primo ponitur ratio probandi cum dicit. Quoniam multi pseudo prophete .i. multi doctores falsi de incarnatione exierunt in mundum. s. ebion et cherintus ut dictum est supra et subditur modus probandi cum dicit. In hoc cognoscitur spiritus dei .i. loquens de spiritualibus et inspiratione divina. Omnis spiritus qui confitetur Ihesum Christum in carne venisse ex deo est .i. loquitur de inspiratione divina. Christus est nomen suppositi in duplici natura s. divina et humana. In divina ab eterno. In humana ex tempore venit igitur in carnem naturam humanam assumendo in virgine sed venit in carne nascendo de ea in carne assumpta est et sic patet quod venisse in carne includit venisse in carnem. quia 2m presupponit primum propter quod apostolus magis expressit 2m quam primum. et omnis spiritus qui solvit Ihesum. sicut ebion et cherintus negantes eius divinitatem et omnes alii male sentientes de incarnatione verbi. ex deo non est. i. non loquitur ex spiritu divino sed maligno ideo subditur. et hic est antichristus non in persona sed in figura ut dictum est supra 2o. ca. et sic patet littera sequens cum dicit. de quo audistis etc. Vos ex deo estis filioli per baptismum regenerati. et vicistis eum. s. figuraliter antichristum confitendo Ihesum Christum esse deum et hominem verum. Vel vicistis scilicet devincendo concupiscentias oculorum et carnis et superbia vite que nomine mundi intelligitur ut dictum est supra. 2. ca. Quoniam maior est qui in vobis est. s. spiritus dei in quo vicistis concupiscentias et non virtute propria. quam qui in mundo .i. quam spiritus malignus qui habitat in hominibus mundanis et excitat concupiscentias predictas. Ipsi de mundo. hic consequenter determinat ex parte audientium circa quod sciendum quod quilibet audit libenter illud ad quod proprietatem habet abhorret audire contrarium et ideo heretici in doctrina sua laxabant hominibus mundanis mundi delectabilia ut sic facilius pervertent eos circa credibilia et hoc est quod dicit. Ipsi .i. heretici qui sunt figura antichristi de mundo sunt .i. querentes huius mundi delectabilia. Unde dicit augustinus in libro de utilitate credendi. Hereticus est qui alicuius temporalis commodi et maxime glorie principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones gignit vel sequitur. Ideo de mundo loquuntur. Nam ex habundantia cordis os loquitur. et mundus eos audit. nam ad ea que predicant afficitur. Nos ex deo sumus regenerati. qui novit deum. fide formata caritate. Audit nos. acquiescendo doctrine nostre. Qui non est ex deo non audit nos. sed magis abhorret doctrinam. In hoc cognoscimus spiritum veritatis et spiritum erroris. i. doctorem et discipulum veritatis et doctorem et discipulum erroris.

Carissimi declarata veritate de verbi incarnatione hic revertitur ad tractandum de caritate de qua in hoc libro principaliter intendit ut patet ex processu libri propter quod tractando de aliis intermiscet de caritate ad quam inducit hic quadruplici ratione. Prima sumitur ex filiatione

dei quam per caritatem consequimur. nam ipsa diuidit inter filios regni et perditionis. Ideo dicit: Diligamus nos inuicem quoniam caritas ex deo est, id est a deo infusa. et omnis qui diligit fratrem suum ex deo natus est. quia caritas est quedam participatio diuine nature in nobis. Et cognoscit. Hic ponitur 2a ratio que accipitur ex dei cognitione quam debemus appetere et hanc habemus per caritatem. nam sicut malitia voluntatis per habitum viciosum peruertit rationis iudicium, Ita econtra bonitas eius que est per caritatem creat in intellectu iudicium rectum. propter quod dicitur i. cor. 2. Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Spiritualis autem iudicat omnia et hoc est quod dicitur Et cognoscit deum, scilicet habens caritatem. Qui non diligit dilectione caritatiua. Non nouit deum notitia meritoria. Quoniam deus caritas est. Non est per hoc intelligendum quod deus sit caritas mouens immediate voluntatem humanam ad actum diligendi sine habitu medio ut videtur sentire magister sententiarum 17. d. primi libri quia sic tolleretur ratio delectabilis ab actu diligendi nam habitus perficiens potentiam facit actum delectabilem. 2. ethicorum. deus autem non potest esse forma perficiens voluntatem [illegible] ergo etc. Similiter ratio meriti. Nam si in actu diligendi voluntas esset tantummodo mota et sic non diceret liberum actum per consequens meritorie. Iō tenetur ab omnibus doctoribus quod deus mouet ipsam voluntatem ad actum diligendi meritorium per habitum caritatis infusum sicut intellectum ad actum credendi per habitum fidei. est igitur sic intelligendum. Quoniam deus caritas est, scilicet increata sicut est bonitas et sapientia ad cuius cognitionem rectam inclinat caritatis habitus ut dictum est. Obiectum enim huius cognitionis non est verum absolute sed verum conuersum se habens appetitui recto. Ideo subtracta dilectione caritatiua que facit appetitum intellectiuum rectum in quiete circa deum non remanet talis cognitio.

In hoc apparuit. Hic ponitur 3a ratio que accipitur ex dei imitatione qui ex dilectione ad nos misit filium suum in mundum in humanitate assumpta ut viuamus per eum vita gratie quam influxit nobis sicut caput influit sensum et motum membris suis. sed quoniam prior ipse dilexit nos. diligere enim est velle alicui bonum. quidquid autem boni nature vel gratie in nobis est uel potest esse totum est a deo agente voluntarie. Et misit filium propitiationem, id est hostiam per quam deus pater nobis propitius redderetur pro peccatis nostris, scilicet tollendis et hoc concludit intentum. d. Carissimi etc. et littera patet. Deum. Hic ponitur quarta ratio que accipitur ex diuina mansione in nobis quam debemus appetere summe et hanc facit caritatiua dilectio. Non autem visio quam non habemus in presenti vita et hoc est quod dicit Deum nemo vidit unquam. exo. 33. Non videbit me homo et viuet. Dicit tamen augustinus quod concessum fuit paulo et moysi videre diuinam essentiam sed hoc fuit in raptu et transitorie non mansiue de qua mansione est hic sermo ut patet ex littera sequenti Si diligamus inuicem caritatiue deus in nobis manet sicut amatum in amante que quidem mansio est aliqualiter eadem cum mansione patrie. Nam habitus caritatis non euacuatur adueniente statu patrie, sed manet et perficitur sed cognitio vie euacuatur et caritas eius in nobis perfecta est exponatur sicut supra 2 ca°. In hoc cognoscimus etc. expo ut supra in fine capituli precedentis. Et nos vidimus. supra in principio huius capituli tractauit de incarnatione verbi et confirmat dictam determinationem et primo facit propositum 2° inducit ad dilectionis actum ibi Deus caritas est. determinationem vero suppositam de incarnatione verbi confirmat per hoc quod conuersatus fuit cum verbo incarnato et opera eius vidit et hoc est quod dicit. et nos, scilicet ego et alij apostoli vidimus. viderunt enim eius humanitatem oculis corporalibus et eius diuinitatem oculis mentalibus non in se sed in effectibus suis sicut videtur causa in effectu viderunt enim eum facientem miracula virtute totius nature create transcendentia et non solum orando sicut alij sancti sed etiam imperando tamquam virtute propria. et testificamur de visis a nobis. Quoniam pater misit filium suum eiusdem nature et potentie cum eo. saluatorem mundi. per suam

passionem in humanitate assumpta io concludit quisquis confessus fuerit . corde et ore confessione caritatiua . ipm ihm . homo verus est filius dei . i . q idem est suppositum utriusque nature s . diuine et humane . deus in eo manet . p gratiam et nos cognouimus . verbum incarnatum in eo predicto . Et credimus caritati quam hz in nob i . credimus ipm spiritualiter habitare nobiscum per caritatem . Deus caritas est . hic inducit ad caritatem et ut magis moueat primo eam commendat 2° . ad eam inuitat ibi Nos ergo Circa primum commendat eam de tribus primo qr facit nos participare deitatem et hoc e quod dicit . Deus caritas est . s . increata . et qui manet in caritate creata que est quedam participatio caritatis increate que deus est . In deo manet sicut participans in participato . et deus in eo sicut participatum in participante . 2° quia contra horrorem iudicij futuri dat securitatem . et hoc est quod dicit . In hoc e perfecta caritas dei etc . Amor enim facit confidere de pietate amati io subdit . Quia sicut ille est . s . benefaciens de celo iustis et iniustis et nos sumus in hoc mundo . pro amore eius amicos et inimicos diligendo sm q dicitur Mt . v . Diligite inimicos vros etc . et subdit . Ut sitis filij patris vri q in celis est . qui solem suum oriri facit sup bonos et malos et pluit sup iustos et iniustos . 3° qr excludit timoris seruilitatem io dicit . Timor non est in caritate . quod intelligitur de seruili timore et magis proprie seruilis est Sz perfecta caritas foras mittit timore . Caritas aut quecumque excludit timore seruilem et io qd dicit hic . Caritas perfecta etc . i . perfectio caritatis eam minime debet hic timorem excludere . Qm timor penam hz i . timori seruili pena debetur . qr facit cauere pctm solummodo ne puniatur non per detestacionem vitij nec per vitandam offensam dei . sicut mulier habens voluntatem adulterandi abstinet alii timens a viro puniri . Qui aut timet hoc modo Non est perfectus in caritate . i . non hz caritatem ipm perficientem . Alio modo exponitur de timore initiali qui facit cauere pctm ptm

per penam et ptm per offensam dei pni° per offensam dei et hic timor inquantum respicit penam semper minuitur crescente caritate et tam dicitur timor non est in caritate subintellige perfecta . Nos ergo premissa caritatis commendatione hic inducit ad caritatem habendam et primo ad caritatem dei d . Nos ergo diligamus deum qm deus prior dilexit nos exponitur ut s . eodem ca° . Cum inducit ad caritatem proximi d . si quis dixerit qm diligo deum et fratrem suum odit mendax est . quia dilectio proximi includitur in dilectione dei . et ad hoc inducit racione d . Qui enim non diligit fratrem suum q videt etc . Ad cuius intellectum sciendum q duplex est aliquid causa dilectionis vno modo sicut id quod est ro diligendi et hoc modo bonum alicuius est ro diligendi ipm nam vnumquodque diligitur inquantum bonum . Alio mo id quod est via qd ad acquirendum dilectionem et hoc modo visio alicuius est causa dilectionis eius non tamen sic q ea roe sit diligibile quia est visibile . sz quia p visionem huiusmodi ducitur quis ad dilectionem eius Igr non oz q illud quod est magis visibile sit magis diligibile uel quod magis diligatur . sz bene est illud qd prius nob occurrit ad diligendum et hoc modo arguit aplus proximus eo q e nob magis cognitus occurrit nob primo diligendus per quod si aliquis proximum non diligit argui pot q deum non diligat . non quia proximus sit magis diligendus sz nob primo occurrit diligendus ut dictum est . Vn dicit grg . om . 37 . ex hijs que animus nouit surgit ad incognita q non nouit et p hoc q scit notum diligere discit et in cognita amare et sic intellige qd dicit hic . Qui enim non diligit fratrem suum quem videt et sic occurrit primo sibi diligendus roe similitudinis in spe eccl . 13 . Omne al diligit sibi simile etc . deum quem non videt . et sic primo non occurreret diligendus . Quo pot diligere . q . d . non est probabile q dilectio proximi est quedam via ad dilectionem dei . non tamen sequitur per hoc q sit maior uel perfectior sz magis econuerso nam illud quod est prius in via generationis est posterius ordine perfectionis sicut patet de

pueritia et statu virili. Et hoc mandatum
habemus a deo. Mt. 22. Ubi preceptum de dilectione
proximi coniungit mandato de dilectione dei.

V

Omnis qui credit. Hec est
tertia pars principalis et
tractatus huius epistole in qua tractat
beatus Johannes de eterna verbi
emanatione et dividitur in duas partes quia primo
continuat se predictis immediate de dilectione
proximi. 2° tractat de emanatione verbi ibi
et hec est victoria. Circa primum dicit. Omnis
qui credit. fide formata caritate. quod Ihesus
nazarenus est Christus in lege et prophetis promissus
Ex deo natus est per regenerationem baptismalem. et
omnis qui diligit eum qui genuit. i. deum qui
fideles filios suos fecit. diligit et eum qui
natus est ex eo. i. quemcumque fidelem alias non
diligeret sufficienter deum nisi cum eo diligeret
membra eius ideo subditur. In hoc cognoscimus
quoniam diligamus natos dei cum deum diligamus
Nam dilectio dei includit dilectionem proximi
ut dictum est. Sed quia amor dei non est ociosus
operatur enim magna si est ut dicit Gregorius
om. 20. Ideo subditur. et mandata eius faciamus
probatio enim dilectionis exhibitio est operis. Hec
est enim caritas dei. i. hoc exigit caritas dei
ut mandata eius custodiamus. corde retinendo
et opere adimplendo et ne aliquis se excuset
propter difficultatem hoc removet. d. et mandata
eius gravia non sunt. s. amanti nam illa
que de sui natura dura sunt et aspera amor dei
et spes premii facit levia ideo subditur Quoniam omne quod
natum est ex deo per fidem caritate formatam
vincit mundum. i. temptationes mundi et persecutiones.
Et hec est. posita continuatione
dicte de dilectione proximi. hic consequenter determinat
de emanatione verbi et primo ponit hec determinatio
2° determinationis manifestatio ibi Et spiritus est. 3°
manifestationis intentio ibi. Et hoc testimonium
Circa primum continuando se ad hoc quod dixerat
immediate. Omne quod natum est ex deo vincit
mundum. i. facit vincere. fides nostra. de verbo
dei ideo subditur. Quis est autem qui vincit mundum
nisi qui credit. fide formata Quoniam Ihesus est filius
dei. s. naturalis. et per consequens eiusdem nature cum
eo Non ydemptitate specificata quia natura divina
non est divisibilis sicut humana. sed ydemptitate
numerali distinctus tamen in persona quia natura non patitur
cum eo quod gignens et genitus ab eo sint unum
in supposito. Hic est. s. dei filius eternaliter a patre
genitus qui venit in mundum. ad nos salvandum
per aquam baptismalem. quia per tactum sue sanctissime
carnis in baptismo dedit vim regenerativam aquis.
et sanguinem effusum in precium nostre salutis Ihesus
Christus verus homo verus deus. Non in aqua solum.
sicut Johannes baptista. Cuius baptismus solum lavabat
corpora sed non auferebat peccata sicut baptismus Christi
Sed in aqua et sanguine ad infinitas animas
si essent redimendas sufficiente. Et spiritus
est. Hic consequenter ponitur dicte determinationis manifestatio
et est quadruplex. non tamen ponitur
hic secundum ordinem temporis una fuit per spiritus
sancti missionem super apostolos in signo visibili
in testimonium quod Ihesus ad dexteram patris glorificatus
est eius naturalis filius unus cum ipso
deus. et de hoc testimonio predixit salvator Jo. 15. Cum
autem venerit paraclitus quem ego mittam vobis
a patre spiritum veritatis qui a patre procedit ille
testimonium perhibebit de me et hoc est quod dicit
spiritus. s. sanctus. Est qui testificatur cuius
testimonium non potest esse falsum. quoniam Christus
est veritas. s. dei patris filius qui procedit a
patre per modum intellectus et sic est eius verbum
idem enim est verbum et filius propter quod illa que
pertinent ad intellectum ut veritas sapientia et
huiusmodi appropriantur filio in divinis. Quoniam
tres sunt qui testimonium dant in celo. veritatem
manifestando. Nam testimonium
dare est veritatem manifestare. Pater ingenitus
verbum ab eo genitum. et spiritus sanctus
procedens a patre et verbo. et hii tres unum sunt
in essentia et sic unus deus super omnia glossa.
Et tres sunt. Hic ponitur 3a manifestatio
que est propter Christi passionem in qua anima Christi fuit
a corpore separata et a corpore mortuo fluxerunt
sanguis et aqua. Jo. 19. dicit ergo. et tres
sunt qui testimonium dant in terra. veritate

filii dei manifestando. Spiritus .i. anima christi in qua
ad limbum inferni descendit et eis se mani
festavit ostendendo suam deitatem et personalem
proprietatem ex tunc enim deum clare viderunt
propter quod dominus dixit latroni luce 23°. Hodie mecum
eris in paradiso. Aqua et sanguis que veritatem
manifestant in ecclesie sacramentis spiritualibus effi
caciam ex ipsis que quidem sacra conferunt
in fide et confessione trinitatis. et hii tres unum sunt
quia conveniunt in assertione unius veritatis.
Si testimonium. Hic ponitur quarta ma
nifestatio que fuit per sensibilem vocem. nam
in baptismo christi et eius transfiguratione audita
fuit vox sensibilis patris dicentis de christo. Hic
est filius meus dilectus. Hic singulariter dicitur per hoc
ostendens quod ipse solus est eius naturalis filius et per
consequens unus in natura et persona distinctus. Ce
teri vero qui purificati sunt eius filii ad
optivi dicit igitur. si testimonium hominum accipimus.
accipere hic sumitur pro quia nam testimonium
hominum recipimus tamquam sufficiens in rebus
humanis. Testimonium dei maius est .i. certius
nam ei non potest subesse falsum. sicut potest subesse
testimonio hominum et per consequens est magis credendum
in rebus divinis quam testimonium hominum in
humanis. Quoniam testificatus est de filio suo in
transfiguratione et baptismo ut predictum est. Qui
credit in filium dei habet testimonium dei in se
.i. effectum illius testimonii. Qui non credit
filio doctrine eius acquiescendo. Mendacem
facit eum .s. deum patrem qui dicit testificando
hic est filius meus dilectus et adiunxit ipsum
audite ut habetur mathei .17. Ideo subditur. Quia
non credit in testimonio ut patet ex dictis. Et
hoc est. Consequenter ponitur manifestationis predicte
intentio. et primo ex parte dei testificantis. 2°.
ex parte Johannis scribentis ibi. Hec scribo vobis.
Circa primum sciendum quod predicte manifestationis
intentio ex parte dei est quod homines per hoc
consequantur vitam beatam et hoc est quod
dicitur. et hoc est testimonium .i. intentio eius
sive finis quoniam vitam eternam dedit nobis deus.
si enim accipiatur vita beata formaliter que est
visio et fruitio divina sic dedit in presenti in spe

et in futuro et in re. et de presenti illis qui
iam sunt in beatitudine. Si autem accipiatur
vita beata obiective. sic dei filius ratione deitatis
est ipsa vita beata principaliter in cuius aspectu beati
reficiuntur interius et ratione humanitatis secundario
in cuius aspectu reficiuntur exterius sicut dicit
augustinus super Jo. et sic quodammodo dedit nobis vitam
beatam quoniam dedit nobis suum filium verum deum et
verum hominem. ideo subditur. et hec vita in filio eius
est .s. obiective. Qui habet filium dei per fidem
formatam. habet vitam .s. beatam in spe et si habet
filium per visionem et fruitionem habet eam
in re. Qui non habet filium dei hoc modo vel
illo non habet vitam consimiliter quia sicut affirmatio
se habet ad affirmationem ita negatio ad negationem. Hec
scribo. Hic consequenter ponitur intentio Johannis scribentis
et primo quantum ad bonum gratuitum 2° quantum ad iam
habitum ibi. Scimus quia. prima in duas. secundum
duplex bonum consideratum secunda ibi et hec est. Circa
primum sciendum quod voluntas beati Johannis conformis
erat voluntati dei testificantis et ideo inten
debat quod illi quibus scribebat per hoc vitam beatam
consequerentur. ideo dicit hec scribo vobis ut
sciatis quoniam vitam eternam habebitis qui creditis
fide per dilectionem operante In nomine filii dei si tamen
perseveretis. Et hec est fiducia. Hic ponitur 2m
bonum concedendum .s. orationum suarum effectum et primo
illud ponit. 2° circa hoc quandam distinctionem
facit ibi qui scit. Circa primum dicit et hec est
fiducia quam habemus ad eum .s. dei filium
quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius
.s. beneplaciti audiet nos. non tamen semper
statim sed tempore competenti et scimus quia audit
nos quicquid petierimus quod est intelligendum
quoniam petitio est pia pro se et perseverans. huiusmodi
enim concurrentibus semper exauditur et sic est
intelligendum quod subditur. scimus etc. quia re
petitio est eiusdem ad maiorem assertionem.
Qui scit. Hic consequenter circa petitionem pro
peccatoribus facit quandam distinctionem dicens. Qui
scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem
.i. excludendo impenitentiam finalem qua quis
moritur in peccato mortali. petat. orando pro
eo et dabitur ei vita .s. gratie quia talis peccator in

gr̃a morietur de quo hoc sentitur. tn̄ q̄ sit pctor
non ad mortem sciri non pōt nisi p diuinam
reuelationē. ē pctm̄ ad mortem .s. finalis
in pn̄ia qua quis in pctō mortali moritur
Non pro illo dico vt roget quis. q2 non est
orandū pro dampnatis et si ipso uiuente sciret
q̄ eet de p̄scitis sic non esset pro eo orandum
vt penam eternam euaderet ut dicit aliqui
posset tamen orari pro eo ut minus peccaret
et p c̄ns minus puniretur in inferno s3 quia
hoc nescitur quia quilibz pctor q̄diu viuit
pōt redire ad gr̃am. io pro oib3 pctorib3 ad huc
viuentib3 est orand̄. omnis iniquitas .i. trās
gressio diuinorum preceptorum q̄ continet equitatē
iusticie pctm̄ ē mortale. et ē pctm̄ ad mortē
si quis in eo p̄seueret usq3 ad finem vite
inclusiue. Scimus hic ponitur intentio
beati Johannis circa bonū iam habitū. et
ē duplex. 2m ponitur ibi. et scimus. Intentio ꝯ
beati Johis est assecurare filios dei p adoptionē
de vitatione pcti mortalis si uoluerint p donū
gr̃e quod iam habent ideo dicit. Scimus qm̄
omnis qui natus est ex deo p gr̃am baptalē
non peccat. q̄diu in eo stat et intellē de pctō
mortali q̄ non pōt stare cum gr̃a. s3 generatio
dei .i. ipsa gr̃a p quam constituitur in q̄dā
eē diuino supnāli. Conseruat eum. q̄m e
de se. et malignus non tangit illum. Indu-
cendo ad mortale pctm̄ nisi voluntarie de-
clinet a statu gr̃e subiciendo se maligno p
pctm̄ mortale ex liberi arbitrii defectibili-
tate. scimus qm̄ ex deo sumus si hoc referat
ad aplos qui erant in gr̃a confirmati et
de hoc p reuelationem certificati istud scire
est p certitudinē. si aūt referatur ad alios
iustos ē p pbabilem coniecturā sicut dictū
est supra. Et mundus totus .i. homines in mundi
delectabilib3 finem suū ponentes. In maligno.
.i. in malo igne concupie positus ē. Scimus
hic po. 2m bonū hītum dei. s. dei cognitio
cum dr̄. Et scimus qm̄ filius dei venit in
mundum et dedit nobis sensum ut cog-
noscamus verum deum. hoc enī dedit aplis
qn̄ aperuit illis sensum ut intelligerent
scripturas. luc. vltiō. Aliis aūt fidelib3
dat sensum cognoscendi deum p fidē q̄uis
hns sciat se hr̄e illam saltem illam q̄ est ex
auditu q̄uis nesciat se hr̄e caritate. Et simus
in vero filio eius .i. adherentes p fidem apli
vero cognouerunt se eē in eo p fidem cari-
tate formata et hoc certitudinalr̄. Alii vero
iusti coniecturalr̄. Hic est verus deus .s. filius
qui ē vnus deus cum prē. In hoc excluditur
error oīum negantium xp̄i veram deitatem. et
Vita eterna. s. obiectiue ut pdictum est cō
ca°. Vltimo dicit. Filioli custodite vos a simulacr̄
.i. a cultu ydolatrie p hoc insinuans q̄ di-
ligenter studeant in cultu vnius veri dei
inseparabiliter pmanere Amen. hoc dr̄ ad
precedentiū confirmationē. Explicit pā
epl̄a canonica beati Johannis

I

Senior electe dn̄e. Postq̄ btūs Johes
in epl̄a pa instruxit
fideles gn̄alr̄. hic
gūr in duab3 epl̄is
instruit aliquas
psonas spālitēr.
Diuiditur aūt hec epl̄a in tres partes. s.
salutationē p̄secutionē et conclusionem
2a incipit ibi. Gauisus sum. 3a. ibi. pl̄a hns
scribere. In prima parte pmo notificatur
psona salutās cum dr̄. Senior. et hoc roē
etatis puecte et status seu officii. Illi enim
qui tunc regebant ecclesias senes uel seni-
ores dicebantur roē discretionis et matu-
ritatis in morib3. Inter rectores vero eccliarum
que tunc erant in asya Johes erat pncipa-
lior io dr̄ hic. senior. 2o. nōiatur psone
salutate cum dr̄. electe dn̄e et natis eius.
erat enī magna et nobilis dn̄a nōie electa
hns prolem et familiam fidelem et ministros
ecclie sustentabat. quos ego diligo in verita-
te .i. caritatiue dilectione absq3 fallacia et
simulatione. et non ego solus s3 et omnes qui
cognouerunt veritatem .i. omnes fideles qui
cognouerunt xp̄m qui est ipsa veritas. pp

veritatem .s. fidei et bone vite que pmanz in nob p gram. et nobiscum erit in eternu. p gl'am que est gra consumata. 3° ponitur optata bona cum dr. Sit nobiscum gra iustificans. mia. penam pctis pteritis debitam relaxans. et pax .i. eterna btitudo appetitum totaliter quietans. A deo patre. a quo sunt ista bona. et a ihu xpo filio pris in caritate. p quia intelle spus scus cui caritas appriatur et sic tres psone exprimuntur eo q indivisa sunt opa trinitatis. Alr etiam pot dici q p expressione pris et filij subintellr spus scus qui est amborum nexus. et cum subdr In caritate. in veritate supplend est ut psiciat. In caritate et veritate .i. in dilectione dei et eius cognitione. Gavisus sum. finita salutatione. hic incipit psecutio in qua po hortatur dnam pdicta et eius domum ad eius bonu psequendu. 2° ad malum pcavend ibi. qm multi. Circa pmu sciend q virtus laudata crescit. ideo bs Joh's ut incitet ad psicend in futuro dicit igitur congratulando. Gavisus sum valde in dno qm inveni de filijs tuis ambulantes .i. psicientes. In veritate. fidei et morum. sicut mandatum accepimus a pre .i. xpo qui est pr omnium xpianorum. Cons inducit ad psiciend in meliu d. et nunc rogo te dna de pfectu in mandato dilectionis in quo tota lex impletur. Ro. 13. plenitudo legis est dilectio. Non tanq mandatum novu scribens quia sicut dictu est s. 2° ca°. mandatu de dilcoe est de dictamine legis nalis et sic a pri° condicionis hue et de lege mosaica et sic est ab initio legis date et renovatu est in lege nova et sic est ab initio legis evangelice. Ut diligamus alterutru. in deo et pp deu. et hec est caritas ut ambulemus semp psiciendo sm mandata eius ea ope adimplendo hoc est enim mandatu .s. dilectionis dei et proximi in quo implicite continentur omnia mandata que sunt quedam explicationes mandati dilectionis. Ut quadmod audistis ab initio vre conversois. In eo ambuletis semp proficiendo. Qm

multi. hic gnre inducit ad pcavend malu et po ondit ipm et inducit ad cavend. 2° tradit cavendi modu ibi. Si quis. Circa primu dic. Qm multi seductores q. d. ad hoc moneo vos in bono psicere quia multi seductores inducunt ad errorem a quibus e caved. et qui sunt illi subdit. Qui non confitentur ihm xpm venisse in carne .i. ipm ee deum verum ab eterno et hominem in tempore sic sunt iudei obstinati et heretici pverse sencientes de xpo. hic est seductor qui sic de deo pverse sentit. et antixpus. In figura non psona. Videte vosmetipsos .i. diligenter considerate et cavete. Ne pdatis omia bona que opati estis. nam pduntur p corruptoez heresis. sed. supple ~~totaliter~~ sic in bono pseveretis ut mercedem plenam accipiatis in pria ubi totaliter saciatur appetitus. Omis qui precedit .i. qui bene pmo bene incedit p viam iusticie. et non pmanet in doctrina xpi. a via iusticie recedendo. Deum non hz. per graz q pdr p omni mortale pctm. Si quis. hic gnre tradit pcavendi modum. d. si quis venit ad vos. sub spe religiositatis. et hac doctrinam .s. xpi. Non affert sz magis erroz. Nolite recipe eum in domo .i. nolite conversare cum eo in potu vel cibo seu habitaculo. Ne seducamini ab eo. Nec ave ei dixeritis. conversando ei in verbo et hoc sibi pp periculum corruptionis. Qui enim illi dicit ave. conversando ei in verbis conversat opibus illius malignis .i. exponit se periculo conversandi cum eo in ope malo. Aliter etiam expo ista lra de hereticis ab eccia pcisis p excomunicatoez quia participans scienter cum talibus incurrit excomunicatoez saltem minorem nisi in casibus concessis. Ecce pdixi vob. ea que dicta sunt .s. pseveranciam in bono et declinatione a malo. Ut in diem dni .i. iudicij. Non confundamini cum reprobis sz magis honoremini cum electis. pla hns. hec e conclusio huius eple in qua pmo se excusat de brevitate scripture. d. pla hns vobis scribere quo non continentur in hac epla. Nolui

p cartam et atramentu. que e vox mortua
Spero eni me futuru ad vos et os ad os loq.
p vocem vivam que habet maiore efficatia
vn dic Ieron. in epla ad paulinu de omnibz sacre
scripture libris. hz nescio quid latentis energie
vive vocis actus et in aures discipli de auc
toris ore transfusa fortius sonat. ut gau
diu vrm plenu sit. ex mea pntia et effi
catioris doctrina vel alte. Vt gaudiu vrm
plenu sit. i. p meam doctrina pueniatis
fideliter ad patriam finale ubi e gaudij ple
nitudo. Salutant te filij sororis tue electe.
habebat eni ista domina sorore eiusd nois
cum ea cuius filij erant cum bto Iohe euan
gelista. Gra tecum amen. hec e conclusio
eple in qua aplus optat isti dne confir
mone in gra adoptois. Et amen iste versus
non est in libris correctis. // Explicit
secunda epla canonica bti Iohis. Incipit tra

I

Senior gaio. hec
epla sicut et pre
cedens dividitur
in tres ptes. s. sa
lutatoez psecutoez
et conclusione. 2a.
ibi. Carissime de
omnibz. 3a ibi. multa habui. In pte prima
primo describe psona salutantis ex etate
et officio cum dr. Senior. sicut dictu est
in epla precedenti. 2o. psona salutata ex
noie et familiaritate cum dr. Gaio ca
rissimo. iste erat corinthius ille de quo
dicit paulus pa cor. i. Gratias ago deo
meo qz neiem vrm baptizaui nisi crispum
et gayum de quo dic Ro. 12. Salutat
vos gayus hospes meus. Recipiebat enim
et sustentabat pdicatores verbi divini. ppr
qd erat aplo carissimus. 3o. notatur affectus
salutantis ad salutatu cum dr. quem ego
diligo in veritate. no verbo solu aut lingua.
// Carissime. hic incipit psecutio huius
eple in qua btus Iohes pmo monet gayum
de pseverantia in bono. 2o de declinatione

a malo ibi. scripsissem. Circa pmu vt gaius
efficatius recipiat suam monitione pmo gras
agit de suis bonis opibz preteritis deprecans
pro futuris. d. Carissime de omnibz. s. bonis
opibz que facis. orone facio prospe te ingredi
et valere. i. de bono in melius semp proficere.
sicut prospe agit aia tua. q. d. ista non sint
opa ficta sicut sunt ypocritaz opa que no
procedunt ex consia et intentione recta io
subdr. Gavisus sum valde venientibz fribus.
i. pdicatoribz et pegrinis fidelibz. et testimonu
phibentibz veritati tue in fide et opibz tue. Ma
iorem horu non habeo gram. i. nichil e michi
gratiosius audire qz ut audiam filios meos no
carnales qz virginitas in eum pmansit sed
spuales. In veritate ambulare p viam fidei
et morz io come in bono confirmat eum. d.
Carissime fideliter facis erga deum et pxim
quicqd. bonu operaris in fres. p hospitium regena
tos nobiscu. et hoc in pegrinos similr maxime
e acceptu deo. Dne aut hic pegrini fideles de
suis civitatibz ppr fidem xpi ab incredulis
eiecti. Qui testimoniu reddiderunt caritati
tue. quia ei exhibuisti In conspectu ecclie. et
p hoc mlti moti sunt ad sile faciendum exemplo
tui quos bene facies deducens digne deo. Im
gratitude sit hea. quos. s. pegrinos cum ad te vene
rint deducens. i. tuis elits pvidens vt inde
transeant ad alia loca. benefacies digne deo.
i. ad honore divini et subdr ro. pro nomine
eni eius. i. pro fide nois veri dei et non pro reby
suis. profecti sunt. i. compulsi sunt exire de
locis suis spoliati bonis ppriis. Nichil acci
pientes a gentibz. i. a suis contribulibz et ci
uibz ut dicit glosa. Non qz non posset accipe
s; quia illi nolebant dare ut egestate compulsi
redirent ad ydolatriam gentilitatis et conclud.
Nos ergo debemus suscipe huiusmoi. cum expensis
nris hoc aut dicit Iohes non qz haberet divitias
s; qz de consilio eius divites talia faciebant
et qz bona ecclie data pro pauperibz ipe dispensabit
in epheso sicut apli alij in ihrlm ut hr actuu
4o. vt simus cooperatores veritatis ministrando necia
illis qui veritatem pdicant et illis q p veritate

fidei tribulationes et exilia sustinet. Scri
psissem. hic genere instruit gaium de cautione ma
lorum et associatione bonorum. d. Scripsissem forsitan
ecclesie .i. societati fidelium in tua civitate. sed is
qui amat .i. cupit inordinate primatum gerere
in eis diotrepes. nomen est cuiusdam heresiarche
qui usurpabat sibi primatum illius ecclesie. Non
recipit nos .i. epistolam nostram. propter hoc si venero
ad locum illum. commoveam eius opera que facit.
.i. arguam in palam et puniam. Apostoli enim ta
les rebelles tradebant aliquando sathane ad vexationem
corporalem ut habetur .i. cor. v. Verbis malignis.
.i. malo igne ignitis .s. igne superbie et invidie
Garriens in nos .i. maliciter et irrationabiliter lo
quens contra nos veros christi apostolos. Et quasi ei
ista non sufficiant pre nimia impietate.
Neque ipse suscepit fratres .i. pauperes fideles et
veritatis predicatores non recipit hospitio. et
eos qui suscipiunt prohibet. sub comminatione pene
ne de cetero recipiant. et de ecclesia eicit. si
contra prohibitionem faciant iniustissime
tamen cum opera caritatis faciant propter quod de
isto et suis sequacibus subdit. Carissime
noli imitari malum etc. et subdit ratio
Qui bene facit ex deo est. Nam omne bo
num procedit ab eo. Qui male facit non
videt eum cognitione formata caritate. De
metrio testimonium bonum de operibus caritatis.
ab omnibus. ipsum cognoscentibus. et ab
ipsa veritate .i. a deo qui est ipsa veritas. Et
nos testimonium perhibemus. quia experti sumus
et nosti. scilicet per experienciam. quoniam testimonium
nostrum verum est. q. d. istum debes imitari et
associare diotrepem autem et eius sequaces devi
tare. Multa habui. hic ponitur conclusio
epistole et exponatur sicut conclusio epistole pre
cedentis usque ibi. pax tibi. In quo optat gaio
pacem interne conscientie et pacem fraternam
amicitie et pacem superne glorie. Salutant
te amici .i. fideles qui sunt apud me vocati
ad maiorem caritatis expressionem que est quedam
inchoatio future felicitatis ad quam nos perducat
qui vivit et regnat in secula seculorum Amen
. Explicit iii. epistola canonica beati Johannis.

IUDAS

I

Iudas ihesu christi servus. hic incipit
epistola beati iude apostoli que sicut
due precedentes dividitur in
tres partes .s. salutationem
prosecutionem et conclusionem
ii.a ibi. Carissimi omnem.
iii.a ibi. Ei autem qui potens est.
In prima parte primo notificatur persona salu
tantis ex nomine cum dicitur. Ihesu christi servus .i. fidelis
servus. et ex cognomine cum subdit. frater autem iacobi
Sic autem fuit cognominatus ad distinctionem iude
proditoris. ii.o ponitur persone salutate cum
dicitur. hiis qui in deo patre sunt fide formata
caritate. dilectis et a deo et a me et fidelibus
cunctis et christo ihesu conservatis et vocatis .i. christo
ihesu adunatis et congregatis sicut membra
coniunguntur capiti et hoc per vocationem ad fidem
et conservationem in eadem que sunt ex gratia
divina et licet vocatio ponatur hic posterior
conservatione tamen est prior tempore. Nec est vis in
hoc facienda quia transpositio nominum non
variat significationem eorum. iii.o ponuntur optata
bona cum dicitur. Misericordia vobis. peccata vestra relaxans.
et pax. conscientiam quietans. et caritas. deo
coniungens. Adimpleatur. in celesti gloria
ubi et non alibi caritas perficitur. Ca
rissimi. hic incipit epistole prosecutio que dividitur
in duas partes. quia primo iudas apostolus proponit
intentum ii.o prosequitur propositum ibi. Commo
nere. Est autem propositum apostoli confirmare fideles
contra hereticorum deceptiones et hoc est quod dicit.
Carissimi omnem sollicitudinem faciens. quia
pastor debet esse sollicitus de omnibus. scribendi
vobis de communi vestra salute. In hac enim epistola in
struit beatus iudas omnes fideles generaliter et
non personas aliquas specialiter sicut facit beatus
iohannes in duabus epistolis precedentibus. necesse habui
scribere vobis. propter hereticos insurgentes ut
postea subdetur. deprecans supple vos supercertari
.i. fortiter certari a vobis. semel tradite sanctis
fidei q. d. istud certamen est fidei .i. pro fide
tradita. sanctis .s. apostolis a christo. semel .i. perfecte

apperuit eis sensum ut intelligerent scripturas hic. Ultio dicit etiam semel per unitatem fidei et actoris ipsius eph. 4. Unus dominus una fides unum baptisma et subdit certamine causam cum dicit. subintroierunt enim .i. sub specie pietatis introierunt. quidam homines impii .s. heretici. pietas enim uno modo significat divinum cultum. heretici vero sub specie religiositatis et divini cultus introduxerunt contrarium per quod dicuntur impii. Qui olim prescripti sunt .i. ab eterno presciti a deo In hoc iudicium. i. condempnacionem. Vel potest dici. Qui olim prescripti sunt .i. a longo tempore prefigurati et hic sensus videtur magis concordare sequentibus ubi ponit plures prefigurationes istorum hereticorum Dei nostri gratiam .i. fidem catholicam nobis gratis datam transferentes in luxuriam. Ut enim traherent homines ad suam sectam concedebant peccata carnalia tamquam licita ad que proni sunt homines ac etiam ipsi exercebant ut frequenter dictum est ... et solum dominatorem etc. Per hoc autem quod dicitur ihesus christus dicitur hic solus dominator et deus non excluduntur pater et spiritus sanctus quia dictio exclusiva adiuncta uni persone in divinis respectu predicati essentialis non excludit alias sicut est in proposito. solus enim idem est quod non cum alio per quod excludit solum illud quod importat alienitatem. pater autem et spiritus sanctus non sunt alius deus et dominator a filio sed unum. Abnegantes. falsa doctrina et vita mala. Commonere. hic generaliter prosequitur propositum .s. confirmando fideles contra versutiam hereticorum in quo sic procedit quia primo multorum pravitatem declarat. 2o fideles in veritate confirmat ibi. Vos autem. Primum vero facit dupliciter primo per scripturas figurales. 2o per similitudines naturales. ibi. Sic hii sunt. Prima adhuc in tres partes. quia primo inducit tria de scriptura. 2o ad propositum applicat ipsa ibi. et hii carnem. 3o inducit alia tria ibi. ve illis. Primum autem est punitio iudeorum per incredulitatem suam rebellantium in deserto ut patet exo. 32. et num. 14. et in pluribus aliis locis. Dicit igitur. Commonere autem vos volo .i. non docere de novo et subdit ratio. Scientes vos semel .i. perfecte ita quod non oportet vos iterum docere sed de factis in habitu commonere.

omnia .s. ad salutem necessaria. Quoniam ihesus .s. christus de terra egypti populum salvans per virtutem sue deitatis que eterna est ut dicitur heb. 13. Ihesus christus heri et hodie ipse et in secula. secundo .i. postea. eos qui crediderunt perdidit .i. destruxit in deserto ut dictum est. Angelos. hic ponit 2m .s. casum angelorum de quo habetur ys. 14. et eze. 28. qui per suam superbiam deiecti fuerunt in hunc aerem caliginosum ad bonorum exercitium sed finito hoc exercitio in die iudicii finalis retrudentur in inferno et hoc est quod dicit. Angelos vero qui non servaverunt suum principatum .i. sue conditionis nobilem statum. Sed dereliquerunt suum domicilium. Glosa interlinearis celestem habitationem spiritualem visionem dei. Si per visione dei intelligit iste glosator visionem apertam essentie divine non dicit verum quia nullus videns essentiam divinam potest peccare. Si autem intelligit cognitionem naturalem angelorum de deo ad hunc non bene videtur esse verum quia naturalia remanserunt in eis integra ut melius dicitur ut videtur. Sed reliquerunt domicilium suum .i. celum empyreum in quo creati fuerunt tamquam in loco convenienti sue nature. et ab illo deiecti fuerunt ut dictum est. In iudicium etc. Construatur sic littera. Reservavit .s. deus peccantes angelos. sub caligine .i. in hoc aere caliginoso ... predicta. In iudicium magni diei .i. usque ad tempus extremi iudicii vinculis eternis datum casus est quia tunc trudentur vinculis eternis in inferno retrusi. Sicut sodoma. hic ponitur 3m exemplum quod habetur gen. 19. de civitatibus subversis et igne sulphureo combustis per habitantium feditatem In quibus vigebat vitium contra naturam et hoc est quod dicit. Sicut sodoma et gomorra finitime civitates .i. propinque duabus dictis. simili modo exfornicate. eodem modo vitio infecte. et abeuntes post carnem alteram .i. inconvenientem masculi in masculos turpitudinem operantes penam sustinentes incendii sulphurei. facte sunt exemplum .i. similitudo et figura ignis eterni .s. iehenne. Sic hic generaliter tria predicta applicat ad malitiam hereticorum et primo facit propositum 2o declarat

quoddam dictum ibi. Cum michael. Cr̃
ṗmu dicit. Silr et hij .s. heretici Carnem
quidem maculant et sic sunt similes sodo-
mis et in hoc notatur non solum de forni
catione uel adulterio sȝ etiam de uitio contra
naturam. dnationem quoque spernunt .i. xpm xpm
qui non solum dr̃ dns in concreto sȝ etiam
dnatio in abstracto ppter excellentiam dnij apoc.
19 in uestimento et in femore suo scriptum
rex regum et dns dnantium et sic assi[m]ilan-
tur angelis de celo deiectis ppter suam superbiam
maiestatem blasphemant .i. scam trinitatem
quia blasphemia eorum contra xpm redun-
dat in totam trinitatem et in hoc assimilant̃
iudeis existentibus in deserto de quibus dicit dns
nũ. 14. usquequo detrahet michi ppls iste et
sic merentur condempnari et puniri sicut
omnes predicti. Cum michael. Hic conse
declarat ultimo dcm .s. quod blasphemia sit
valde graue pccm per hoc quod michael no fuit
ausus blasphemare demonem ppter natam eius bona
et per hoc patet quod blasphemare deum cuius na
est excellentior in infinitum ẽ grauissimu
pccm dicit igitur. Cum michael archan̄gls
cum dyabolo disputans etc. uidebat dyabolus
reuelare corpus moysi iudeis ad ydolatriam
comitis ut eum adoraret tamquam deum. michael
aut tunc princeps synagoge hoc uolebat im
pedire. Non est ausus iudiciu inferre blas
phemie ipsi dyabolo esse dicta. sȝ dixit im
peret tibi dns. ut desistas a dicta reuelatione
licet aut hoc non sit scriptum in fine deut.
ubi agitur de sepultura moysi. tn credend
est firmiter sic fuisse ppter dcm apli loquentis
ex spu dei. Hij aut .s. heretici quecunque quidem ig
norant circa articulos fidei et maxime
circa trinitatem psonarum in unitate essentie
et unione diuine nature et hũe in suppo
sito uerbi. blasphemant asserentes esse
ficta. Quecunque aut naturaliter norunt .i. cognouerunt
sensuali cognitione ee carnis delectabilia quod
cognitio dicitur ee naturalis put na dndr̃ cor
porez. Ideo subdit. Tamquam bruta aialia que sunt
roe carentia. In hijs corrumpunt per consensu

uoluntatis et abusum consuetudinis. Ve illis.
Hic iterum inducit tria de scriptura contra here
ticos. Primu enim est de caym qui ex inuidia
frena et odio interfecit abel. Sic heretici ex
inuidia et odio ueros aplos et fideles psequebant̃
ad mortem ppter quod imputabatur eis no op
tando sȝ pnunciando ipius caym maledictioẽ
d. Ve illis qui uiam caym abierunt. Est aut
ve comminatio maledictionis eterne. 2m est
de balaam qui cupiditate ductus uoluit ma
ledicere filijs isrl ut hr̃ nũ. 22. et. 23. et
qm non potuit a deo phibitus docuit balac
ponere scandalum coram filijs isrl per mulieres
eos ad ydolatriam puocantes Nũ. 25. Sic
heretici ppter questum pdicantes ueris xpi ministris
maledicebant et eos quantum poterant scan
dalizabant. Ideo subdit. et errore. et ẽ sunt.
Ve illis qui errore balaam mercede effusi sunt
.i. ppter questum tpralem male exposuerunt sc. 3m
est de chore qui ex ambitione sacerdotij seditione
mouit ppter quod a terra cum sibi adherentibus
absortus fuit Nũ. 17. Sic heretici pro ambitione
honoris et glie sectas erroneas sumpserunt. et
per dns penam chore meruerunt Ideo dr̃. Et in
contradictione .i. et ve illis qui contradictione
chore .i. ppter seditionem in ecclia motam ad simili
tudinem chore. perierunt .i. perire meruerunt. // Hij
sunt. postquam declarauit maliciam hereticorum
per scripturas figurales hic consequenter idem facit
per similitudines naturales. et diuidit in tres partes.
quia primo facit ppositum. 2o inducit ad hoc pphetiam
dcm ibi. pphetauit aut. 3o aplicu ibi. Vos aut.
Circa primu dixit hij sunt in eplis suis ma
cule comminantes. et notatur hic de excessu no
bili in cibo et potu. quia non solum dicuntur macu
lati in concreto sȝ etiam macule in abstracto
Ideo subdit. Sine timore dei et honore hominum
semetipsos pascentes. superflue in quantitate
et qualitate. Nubes sine aqua. sapientie salutaris
Que a uentis circumferuntur. superbie mo
tibus et uanitatis. Arbores autumpnales. appa
rentiam tm foliorum hntes. Ideo subdit. Infruc
tuose .i. bonis opibus carentes. bis mortue.
semel ante conuersione per mortale pccm et

iterum post lapsum in heresim. Eradicate. a radice caritatis. Fluctus feri maris. i. inquietati et bonorum turbatiui. Despumantes suas confusiones. i. cum fastu et serbia suas hereses pronunciantes ex quibus deueniet ad confusionem eternam. Sidera errantia. per varios errores. Quibus procella tenebrarum. i. tempestas penarum. Conseruata est in eternum. s. in inferno ubi nulla est redemptio. Prophetauit autem. hic ad propositum inducit dictum prophetic. d. Prophetauit autem de hiis. s. hereticis futuris. septimus ab adam enoch. Ambobus tamen computatis ut habetur gen. v. et i. paral. i. d. Ecce venit dominus in sanctis milibus suis. s. angelorum sibi assistentium et ministrantium secundum quod dicitur dan. 7. throni positi sunt et antiquus dierum sedit etc. et subditur milia milium ministrabant ei. et decies milies et centena milia assistebant ei. Facere iudicium. condempnationis. Contra omnes. s. reprobos. Iudicium enim electorum non erit contra eos sed pro eis. et arguere omnes impios sicut dicit sal. math. 25. Ite maledicti in ignem eternum. esuriui et non dedistis mihi manducare etc. Hii. s. heretici. Sunt murmuratores contra veros apostolos et dei ministros quia curiosi de suo statu victus et vestitus. Ut pecuniam extorqueant ab illis quibus predicant ut laucius viuant. Unde subditur. secundum desideria sua ambulantes. pecunia namque prebet facultatem viuendi voluptuose secundum illud. eccl. 10. pecunie obediunt omnia. et os illorum loquitur superbiam de suis operibus et doctrina falso et inaniter se iactando et predicatores veritatis contempnendo. Mirantes. i. mirabilia dicentes personas. diuitum et potentium. Questus causa. Adulando enim diuitibus et potentibus dicebant eos fecere mirabilia facta ad honorem dei et totius boni ut sic ab eis dona et pecunias extorquerent. Vos autem. declarata hereticorum prauitate per dictum propheticum. hic generaliter idem facit per apostolicum. d. Vos autem carissimi memores estote corde et opere. Verborum que predicta sunt ab apostolis de hereticis qui dicebant vobis. ad cautelam contra falsos doctores. Quoniam in nouissimo tempore venient

illusores veritatis per doctrinam erroris. licet enim a principio ecclesie aliqui venerint tamen imminente antichristi tempore plures venient qui erunt nuncii de propinquo. Secundum sua desideria ambulantes. i. carnaliter viuentes et habent vitium hominibus laxantes ad quam sunt promptiores. In impietate. i. ut per hoc auertant eos a vero cultu diuino qui pietas nominatur. Hii sunt qui semetipsos segregant ab unitate fidei catholice. Animales. i. sensualitatem sequentes sicut bruta animalia spiritum non habentes. s. sanctum sed magis spiritum erroneum. Vos autem. declarata multiplici hereticorum prauitate. hic generaliter fideles solidat in fidei firmitate. d. Vos autem carissimi superedificantes vosmetipsos in sanctis operibus et meditationibus. Sanctissime fidei vestre. i. super addentes ista fidei vestre sanctissime sicut firmo et stabili fundamento. In spiritu sancto orantes qui eleuat mentes. Oratio enim secundum damascenum est ascensus mentis in deum. Vos ipsos in dilectione dei seruate opera caritatis continuando. Nam ista dilectio non subtrahitur ex parte dei nisi primo deficiat ex parte hominis et sic in eius potestate est habere dilectionem conseruare. Expectantes etc. et hoc in spe certa. Nam spes est certa expectatio future beatitudinis ex gratia et meritis proueniens. et hos quidem. s. hereticos obstinatos. Arguite iudicatos. i. arguendos ostendite tamquam condempnatos. Illos vero qui non sunt ad hoc obstinati. saluate per bonam doctrinam et vitam de igne rapientes. i. ne descendant ad ignem gehenne. Aliis autem. s. peccatoribus qui non sunt heretici. Miseremini. eis compatientes et ad emendationem eorum laborantes. In timore. Ne forte contingat vos similiter peccare. odientes et eam que carnalis est. maculatam tunicam. i. conuersationem. illud additur ex eo quod dixerat. aliis autem miseremini. quia licet peccatoribus sit compatiendum tamen eorum vitium est odiendum. Ei autem. hec est ultima pars huius epistole qua terminat beatus iudas in diuina laude. d. Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato. s. deo sine cuius gratia homo non potest a peccato resurgere

net in bono incepto perseverare. et constituere vos ante conspectum glorie sue per apertam visionem immaculatos. quia nullus habens maculam admittetur ad eam. Apoc. 21. non intrabit in eam aliquid coinquinatum. In adventu domini nostri Ihesu Christi ad iudicium tunc enim dabitur electis gloria perfecta in corpore et anima. Soli deo salvatori nostro. ipse solus potest nos salvare eterna salute. per Ihesum Christum dominum nostrum. Nam humanitas Christi est humane salutis instrumentum deitati coniunctum ut frequenter dictum est. Gloria. inquantum apparet dignus omni laude. est enim gloria clara cum laude notitia. Magnificentia. et diffusione sue bonitatis super omnia. Imperium. ex obedientia totius creature ad ipsum. et potestas in punitione malorum et premiatione bonorum. Ante omnia secula et cetera. Licet enim predicti actus circa creaturas sint temporales tamen virtus divina qua facit est eterna. Amen.

Explicit postilla super epistolas canonicas edita a fratre Nicholao de Lyra de ordine fratrum minorum

PROLOGUS



Oportet te iterum prophetare populis et gentibus. Apoc. 10. Sicut dixi in principio Gen. vetus ac novum testamentum ad invicem correspondent nam se habent sicut rota in medio rote Ezech. 1. et hoc patet per libros utriusque. In veteri enim testamento sunt libri legales historiales sapientiales et prophetales. In novo vero legi respondet evangelium. libris historialibus actus apostolorum. sapientialibus vero epistole Pauli cum 7 canonicis. prophetalibus autem apocalipsis. Unde bene dicitur beato Iohanni verbum propositum. Oportet te iterum prophetare populis et gentibus. et dicitur iterum. i. post prophetas veteris testamenti. Unde in verbo proposito possunt notari quatuor conditiones huius libri. Prima est eius necessitas que notatur ibi. Oportet. 2a est temporis veritas ibi. te prophetare. 3a ordinis qualitas ibi. Iterum. 4a eiusdem qualitas ibi populis et gentibus. Circa primum considerandum quod sicut dicit apostolus Heb. 10. patientia nobis est necessaria quia facilius habetur si tribulationes futuras aliquo modo prenoscimus secundum quod dicit Gregorius omelia 35. Minus iacula feriunt que previdentur et nos tolerabilius mundi mala suscipimus si contra hec per providentie clipeum munimur. Beatus vero Iohannes in hoc libro prophetice describit tribulationes ecclesie futuras a suo tempore usque ad finem mundi secundum catholicos doctores ut contra ipsas patientie clipeo nostro muniamur et sic patet necessitas huius libri propter quod dicitur Iohanni infra 1o ca. Scribe ergo que vidisti. i. revelationes divinitus factas tibi. Et que sunt. quia tribulationes ecclesie inde inceperant. que oportet fieri secundum divinam ordinationem ad patientiam fidelium probandam. post hec. Nam licet a principio nascentis ecclesie surrexerint tribulationes contra cetum fidelium ut patet in actibus apostolorum. tamen maiores surgent circa finem mundi tempore antichristi. Circa secundum considerandum quod in cognitione habita investigatione humana frequenter falsitas contingit. Nam licet prima principia sint per se nota. tamen in deductione ipsorum ad conclusiones magis remotas contingit frequenter errare. sed in cognitione habita revelatione divina non potest esse falsitas cum ipsa sit regula veritatis. Cognitio vero prophetica qualis est in hoc libro contenta non procedit ex investigatione humana sed revelatione divina. 2a Pe. 1o. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. propter quod in hoc libro non est falsitas aliqua sed veritas mera. ideo dicitur eius ultimo ca. et dixit mihi. scilicet angelus loquens Iohanni. Hec verba fidelissima et vera sunt et dominus deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis que oportet fieri cito. Circa tertium in quo notatur ordinis qualitas cum dicitur. Iterum. i. post prophetas veteris

testamenti considerandum tamen quod sic libri prophetales in veteri testamento sunt ultimi secundum ordinem quem habent in biblijs nostris correcte. Nam apud iudeos est aliter licet autem libri machabeorum ponantur in biblijs nostris post libros prophetarum tamen non sunt de canone secundum quod dicit Ieronimus in prologo galeato qui premittitur libris regum. et ideo inter libros canonicos veteris testamenti libri prophetales sunt ultimi sicut dixi et sic iste inter libros novi testamenti liber apocalipsis est ultimus. Non potest exponi illud quod dicitur Io. 21. manifestavit se iterum ihesus ad mare tiberiadis. Ad cuius intelligentiam sciendum quod locus accipitur aliquando pro habitantibus in ipso sicut dicitur forum piscium fecit tale festum vel spectaculum i. populus habitans piscium. beatus vero Iohannes prope mare galilee quod altero nomine dicitur mare tyberiadis fuit natus et in eodem piscatoribus occupatus est unde a christo vocatus ut habetur Mt. 4. propter quod convenienter potest nomine maris tyberiadis designari ut sit sensus. manifestavit se ihesus ad mare tyberiadis i. ad Iohannem euangelistam. Iterum i. post prophetas ve. te. Item aliter iterum s. semel in euangelij descriptione et aliam in apocalipsis revelatione.

// Circa quartum considerandum quod prophete veteris testamenti prophetaverunt de pluribus populis et gentibus ut patet libros eorum intuenti tamen uni populo sive genti s. iudeorum Iona tamen excepto qui fuit missus ad predicandum niniuitis ceteri vero ad probandum iudeis. Iohannes vero prophetavit in hoc libro omnibus gentibus et populis et prophetavit universali ecclesie ex omnibus gentibus populis et linguis congregate ut magis videbitur in libri prosecutione propter quod potest dici Ys. 55. Ecce testem populis dedi eum ducem ac preceptorem gentibus. Dicitur testis quia protestatus fuit universali ecclesie de futuris tribulationibus. ducem ac preceptorem ut per eius vitam et doctrinam omnes gentes instruat ipsum ad celestem gloriam deducat prestante domino nostro ihesu christo qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum Amen.

L

Apocalipsis ihesu christi etc. liber iste in duas partes dividitur. s. in prohemium et tractatum qui incipit ca. 2°. In prohemio vero tria facit. quia primo reddit auditores attentos. 2°. benivolos ibi Iohannes. 7. ecclesiis. 3°. dociles sive doctos ibi Ego Iohannes. Que tria in prologis fieri consueverunt primum facit dupliciter primo ex auctoritate et arduitate huius doctrine 2° ex eius utilitate. Ad hec enim duo solent homines attendere 2° ibi. beatus qui legit. // Circa primum sciendum quod sicut dictum fuit in principio libri psalmorum revelatio prophetica que fit cum ymaginaria visione qualis est ista que describitur in hoc libro Nam Iohannes habuit ymaginarias visiones et quid significaret intellexit altioris est quam aliqua alia persona instruens de occultis quam si fiat sine tali apparitione persone et quanto persona sic apparens est altior tanto revelatio est gradus altioris sicut persona angelica altior est quam humana et divina quam angelica. licet autem angelus apparuerit Iohanni eum instruens in apocalipsi tamen appellat tamquam representans personam filii dei humanitati et in eius persona loquens ut postea magis apparebit propter hoc revelatio in hoc libro contenta est valde ardua et autentica et hoc est quod dicitur Apocalipsis ihesu christi i. revelatio facta in persona ihesu christi nostro domino. quam dedit illi deus pater. Ita filius omnia a patre. palam facere i. manifestare servis suis i. devotis fidelibus et studiosis. que oportet fieri cito s. tribulationes ecclesie quas oportet fieri Nam hoc predicit ex divina ordinatione que non potest frustrari et hoc fit per probationem fidelium et augmentum glorie ipsorum. Et significavit mittens per angelum suum. dicto modo apparentem. servo suo Iohanni euangeliste. Qui testimonium perhibuit verbo dei. In principio euangelij sui quantum ad emanationem eius eternam d. In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. et quantum ad eius incarnationem temporalem d. Et verbum caro factum est et habitavit in nobis et subditur. et testimonium ihesu christi i. de ihesu christo quecumque vidit in eius conversatione miraculorum operatione morte et resurrectione sicut patet in euangelij sui prosecutione.

// Beatus hic quia reddit auditores attentos ex huius libri utilitate que consistit in studiosa consecutione d. Beatus qui legit. quantum ad doctores. et qui audit quantum ad discipulos studiosos

verba prophetie huius. mente attendendo. et seruat
ea que in ea sunt tribulationes futuras
patienter sustinendo et subdit ro. tempus enim
prope est. i. cito transiens. q. d. labor patientie breuis
est et premium beatitudinis eternum. Iohannes. Hic primum
reddit auditores beniuolos et diuidit in duas
partes. quia primo propositum facit 2o. questionem tacitam
soluit ibi. Ecce venit. primum facit ex hoc quod
ei optat bona spiritualia et eterna d. Iohannes 7.
ecclesiis. per hunc septenarium intellige omnium
vniuersitas ecclesiarum in orbe constitutarum. vnde
dicit gregorius omelia 29. quia. 7. diebus omne tempus
comprehenditur. recte septenario numero vniuersitas figuratur. Gratia vobis in presenti vita.
et pax. in futura. nam ibi quietabitur totaliter
humanus appetitus. Ab eo qui est et qui erat et
qui venturus est. i. a deo eterno. eternitas enim
secundum boetium de consolatione est interminabilis
vite tota simul et perfecta possessio. sed a nobis qui
intelligimus cum continuo tempore simplicitas
eius non comprehenditur nisi per comparationem ad tempus
nam assistit omni tempori etiam infinito si esset.
propter quod nobis hic exprimitur per differentias temporis presentis
preteriti et futuri. et a .7. spiritibus. a. vniuersitate
angelorum qui ministri sunt nostre salutis
Qui in conspectu throni sunt. parati eius exequi
voluntatem. et a ihesu christo qui est testis fidelis.
diuine glorie et maiestatis ut patet in euangelio.
primogenitus mortuorum. i. primus inter resurgentes
a mortuis licet autem per ipsum lazarus
et plures alii fuerint a morte resuscitati
hoc tamen fuit ad vitam mortalem que
magis dicitur mors quam vita sicut dicit gregorius omelia 37.
propter quod vera resurrectio fit ad vitam immortalem
ad quam christus resurrexit primus. Nam eius
resurrectio est causa resurrectionis aliorum.
et princeps regum terre propter quod dicit in sua
resurrectione data est mihi omnis potestas in celo
et in terra. Matthei vltimo. Qui dilexit nos et lauit
nos. i. sola dilectione sua et non merito meo
nos lauit. A peccatis nostris. originalibus et actualibus.
In sanguine suo. sacramenta enim baptismi et penitentie
quibus deletur originale peccatum et actuale efficaciam
habent a sua benedicta passione. et fecit
nos regnum. i. asscribi ciues celestis regni. et
sacerdotes offerentes hostias laudis acceptabiles
per ipsum deo et toti trinitati et patri suo. Ad cuius
gloriam omnia ordinat. ipsi gloria in seipso et ipsum
super omnia alia. In secula seculorum. i. eternaliter. Ecce
venit. Hic soluit questionem tacitam quia
posset queri quando dabitur fidelibus vita beata quam
Iohannes eis optat et videtur quod in iudicio finali quando
in corpore et anima erunt totaliter beati. cuius expectatio
breuis et nulla est comparata eternitati. Ideo dicit
Ecce venit. de propinquo. Cum nubibus celi
sic enim veniet ad iudicium Matthei 24. videbunt
filium hominis venientem cum virtute magna et
potestate. et videbit eum omnis oculus. quia in iudicio
apparebit in forma humana que est
visibilis omnibus ideo subdit. et qui eum pupugerunt
. i. iudei qui eum lingua crucifixerunt et milites
manu et pylatus iudicando. visio tamen ipsius erit
valde delectabilis iustis. Nam veniet eis saluator.
propter quod loquens de suo aduentu ad iudicium
luce. 21. dicit hiis autem incipientibus fieri
respicite et leuate capita vestra. i. exhilarate
corda ut exponit gregorius omelia 1. Erit enim appropinquat
redemptio vestra. sed erit terribilis impiis quia
veniet eis punitor ideo subdit. et plangent se
super eum omnes tribus terre. i. quorum corda
in terrenis affectibus sunt defixa. Etiam amen.
etiam est aduerbium affirmandi in latino et
sic amen in hebreo. et per hanc duplicem affirmationem
insinuatur quod est irretractabilis veritas
et subdit eo tamen dicit. Ego sum alpha et o.
principium et finis dicit dominus deus etc. q. d. non
potest frustrari vel imitari mea sententia. dicit
autem alpha et o. Nam alpha est prima littera
grecorum et o vltima. et per hoc insinuatur quod
quod deus est principium omnium effectiuum et finis ad
quem omnia ordinantur. prouerbiorum. 16. vniuersa propter
semetipsum operatus est dominus et ideo quod subditur.
principium et finis. est expositio littere duplicis precedentis
qui est et qui erat etc. exponatur ut supra. Ego
Iohannes etc. Hic primo reddit auditores dociles
per hoc quod modum et materiam reuelationis in
libro contente tangit sub quadam breuitate
quod in librorum prophetie fieri consueuit et diuidit

in duas partes qr po tangr huius reuelacois
locus et tempus. 2° mā et modus ibi & au
diui. Circa pmu dicit. Ego Johes fr vester
non carnali cognatione sz spuali regnatioe
p carem bapi et particeps in tribulatione.
Nam pp xpm fuit mersus in feruentis olei
doliu. et regno celesti ad quod oportet p varias
tribulationes trasire act. 14. et pacia in ihu
i. pp ihm quia dat paciam in tribulatoibus.
Fui in insula q appellatur pathmos. de fer-
uentis olei dolio non adustus exiens. sz ut
fortis athleta punitus ad insulam pathmos
fuit in exiliu relegatus in qua dno reuelate
apocalipsim conscripsit et sic tangr locq. pp
verbum dei & testimoniu ihu xpi In quo ta-
git ca sue relegationis pp qr nollet xpm
negare nec a predicatione nois eius cessare
fuit in exiliu relegatus. Come tangit reue
latois tpus cum dr. Fui in spu. i. in extasi
mentis. In dnico die qui deputatus e cotep-
dine et p cons aptus est reuelatoi fiende.
Et audiui. hic 2m tangitur in breui re-
uelatois modus & m et diuidr in quatuor
ptes quia pmo ponitur reuelantis descriptio
2°. audientis trepidatio ibi. Et cum vidissem.
3°. timentis consolatio ibi et posuit. 4to scri-
bentis informatio ibi. scribe ergo. Circa
pm dr. Et audiui post me vocem magnam
tube. In quo designatur virtus et auctas
angeli loquentis in psona xpi. qd uides scribe
in libro ad instructione fideliu et mitte septe
ecclijs ephesu. &c. hijs em .7. ecclijs pmo
scripsit et come alijs vniuersis ut predictum
est in pscutione amplius apparebit. et conuisus
sum p hanc conuersione intellr qr in apphen-
sione reuelatois diuine oz mentem a terrenis
auerti et ad celestia conuerti. Ut uiderem
vocem i. vocis prolatore. quia vox gpe no est
visibilis pot tamen sic exponi. Ut uiderem
vocem i. prophm sicut exo. 19. Cunctus aut
populus uidebat voces et conuersus vidi septem
candelabra aurea .7. ecclias significantia
ut exponetur infra. Et in medio septem
candelabrorum silez filio hois. i. angelum repntate

xpm qui filius hominis in euangelio frequenter
noiatur ut pz intuenti et ut ondatur qr ille
qui apparebat erat angelus et non xpus io non
dr hic qr Johis viderit filiu hominis sz silem filio
hois. p hoc tn qr dr, in medio septem cande-
labrorum intellr qr xpus est in medio ecclias
in noie eius consecratarum sm qd dic mt. ultio
Ecce vobiscum sum oibus diebus usqz ad consuma-
tione seli. vestitu podere aut poderis vestis
sacerdotalis linea q com dr alba et dr a pos
qd est pes et hereo heres quasi pedibus herens
nam attingit usqz ad pedes. et precinctu ad ma
millas p precinctorz ad renes intellr restrinc
tio carnis que precipr in veteri testo p eam aut
que est ad mamillas circa pectus, intellr
restrinctio mentis que precipr in nouo unde
mt. 5. audistis quia dictum est antiquis
Non mechaberis. Ego aut dico vobis qcuqz
viderit mulierem ad concupiscendum ea iam
mechatus e eam in corde suo. Apparitio vo
angli fiebat ad designandum continentiam
que debet ee in ministris xpi pro statu noui
testi. sciendum tamen qr lex vetus phibebat
concupiaz aliene vxoris exo. 20. Non concu
pisces vxore pximi tui tn quia non puniebat
nec puniendam aperte dicebat ideo dr
in glosa phil. 2°. qr lex vetus prohibebat ma-
nu non aniz. qr non ita expresse et efficacit
prohibebat sicut lex noua. et qr medium est
qi mechia reputatur 2°. phisic. Caput aut
eius & capilli erant candidi &c. Apparebat
em anglus in spe sacerdotis quia vestitus podere
et etiam iudicis in hoc qr gladius ex vtraqz
pte acutus procedebat de ore eius ut hr infra
maturitas aut etatis et morum que p caniciem
designatur decet iudices & sacerdotes pp q in
canicie appebat. E contrario vero indecenti
iuuem canities et io xp. can. 5. vbi describr
ut iuuenis sponsus dr eius capilli nigri.
Come capitis eius sicut elate palmarum nigre
qi coruus. et oculi eius velut flama ignis.
Nam acuties sui visus pringit usqz ad intima
rerum cognoscenda. omnia em nuda et apta
sunt oculis eius heb. 4°. et pedes eius siles

auricalco ignito. Ideo subdit. sicut in camino ardenti. in quo designatur ardor tribulationis xpi fidelibus imminentis. et vox illius tamquam vox aquarum multarum. In quo notatur virtus et auctoritas loquentis sicut supra per vocem tube. Est enim eadem significatio replicata per aliam similitudinem ad maiorem expressionem. et habebat in dextera sua septem stellas. i. epos ut expo. in fine capli. qui dicuntur stelle quia debent ecclesiam illuminare vita pure et doctrina. dan. 12o. Qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi stelle in perpetuas eternitates. Dicuntur autem esse in dextera xpi sine quo non possunt recte operari. Jo. 15o. sine me nichil potestis facere. Hoc dicitur apostolis quorum successores sunt epi in ecclesia dei ut dicitur in decret. d. 21. c. in novo testo. et ex ore eius gladius ex utraque parte acutus exibat. i. sna iusta. Et facies eius sicut sol. Nam est lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Jo. i. Et cum vidissem. Hic consequenter ponitur Johis trepidatio cum dicitur. Et cum vidissem cecidi ad pedes eius quasi mortuus. hoc autem factum est ad declarandam fragilitatem humanam respectu virtutem angelicam. sicut legitur de daniele in angeli visione dan. 10o. hoc tamen magis habet locum in proposito in quo angelus apparebat ut representans personam divinam ut predictum est que incomparabiliter excedit angelicam. Et posuit. Hic consequenter ponitur timentis consolatio cum dicitur. Et posuit dexteram super me. ad confortandum fragilitatem meam subdit. dicens noli timere. Et subdit ro. Ego sum primus et novissimus. per hoc idem significatur quod supra dicitur Ego sum alpha et o. etc. et sic expot. q. d. potens sum te salvare ideo non debes timere. et fui mortuus in assumpta humanitate pro generis humani salute. propter quod non debes timere. et ecce sum vivens in secula seculorum amen. quia xpus homo resurrexit ad vitam immortalem. Et habeo claves mortis et inferni. i. potestatem educendi inde iustos quod fecit in sua resurrectione et ibi excludendi impios quod maxime faciet in iudicio finali. d. illud terribile verbum mt. 25o. Ite maledicti in ignem eternum. etc. Scribe ergo.

Hic consequenter ponitur scribentis informatio in quo etiam tangitur materia huius libri in quodam generali cum dicitur. Scribe ergo que vidisti. i. apparitionem iam dictam et que sunt. i. tribulationem ecclesie iam inchoatam et circa finem mundi ingruescentem ideo subdit. et que oportet fieri. in futuris tribulationibus ad probationem electorum. sacramentum vii. stellarum. i. sacrum secretum per eas significatum quod expo. consequenter cum dicitur. septem stelle angeli sunt. vii. ecclesiarum. i. epi ipsarum. Unde angelus qui interpretatur missus est hic nomen episcopalis officii sicut et malachie 2o. ca. labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem ex eius ore requirent. Angelus enim domini exercituum est. episcopus enim est sacerdos principalis in aliqua diocesi. Unde et in lege supremus inter ministros dei vocatur sacerdos summus. et septem candelabra aurea. septem ecclesie sunt. Nam sicut candelabra sustinent lucernas sic ecclesie doctores qui sunt lucerna ecclesie debent de bonis ecclesie sustentari. et dicuntur aurea nam hoc debet fieri que per aurum designatur. nam sicut aurum excellit omnia metalla sic caritas alia dei dona. i. cor. 13. Maior autem horum est caritas.

II

Angelo ephesi etc. Finito prohemio. hic incipit tractatus et dividitur in duas partes. Nam primo informantur vii. ecclesie in speciali. 2o. tota ecclesia in generali. 4. ca. Prima dividitur in septem partes secundum vii. ecclesias que patebunt prosequendo. In prima vero parte informatur ecclesia ephesina cuius premittitur commendatio ut melius recipiatur sequens correctio que ponitur ibi. Sed habeo adversum te. In prima parte dicitur. Angelo ephesi ecclesie. i. eius epo sicut predictum est et ita incipiatur in sequentibus et informando epm qui est caput illius ecclesie informat populum sibi subditum ut ex sequentibus magis apparebit. Dicunt autem expositores communiter quod iste fuit thimotheus pauli discipulus quem constituit epm ephesi ecclesie ut dictum est 6. 1. timoth. 1. tamen beatus Johes erat apostolus super omnes epos asie cuius ecclesias fundavit.

et recepit ut habetur libro illustrium virorum tunc marebat ephesi. hec dicit qui habet septem stellas etc. exponatur ut supra. scio opera tua .i. approbo et laborem .i. tribulationem ab adversariis fidei et patientiam tuam in tribulatione tibi suscitata et quia non potes sustinere malos cum eis conversando sed magis vereris a consortio fidelium ne corrumpant malis eorum et temptasti eos experimentum accipiendo de ipsis per vitam eorum et doctrinam qui se dicunt apostolos esse .i. a christo missos ad docendum populum et non sunt, magis subversores fidelium quales erant ebyon et cherintus et ceteri heretici qui tunc in asia surrexerant. et similiter pseudo apostoli qui dicebant se missos ab apostolis in iherusalem manentibus s. petro et iacobo. et sub hoc pretextu fideles docebant observationem legalium simul cum evangelio esse necessariam ad salutem ut patuit in epistolis pauli in pluribus locis. Et invenisti eos mendaces non solum in doctrina sed etiam in vita quia sanctitatem simulabant exterius ut simplices magis deciperent. Et patientiam habes in tribulationibus quas excitaverunt contra te. et sustinuisti propter nomen meum non propter inanem gloriam. Sed adversus te. hic consequenter subditur correctio et ut melius portetur subditur commendatio ibi. Sed habes hoc. Circa primum dicit Sed adversus te habeo. defectum corrigendum quod subditur cum dicitur quod caritatem tuam primam .i. opera caritatis que fecisti in principio tue conversionis reliquisti. ex hoc apparet quod supradictum est s. quod verbum domini dirigitur ad episcopum non solum pro se sed etiam pro populo sibi subdito. Nam cum timotheus esset pauli specialis discipulus et predilectus non est verisimile quod processerit in spiritualibus deficiendo sed magis proficiendo propter quod istud intelligitur de populo sibi subdito. Consueverat enim sustentare pauperes christianos ferventer et devote et etiam mittere fidelibus in iherusalem habitantibus qui suas possessiones vendiderant ad sustentationem christo credentium ut patet act. 4. et refrigeratus erat ab hoc fervore ideo non dicit quod relinquerit simpliciter caritatem sed primam .i. fervoris gradum prius habitum ad quem reducitur cum dicitur. Memor esto itaque unde excideris .i. a quanto gradu caritatis. Et age penitentiam de omissione tanti boni. et prima opera fac .i. sic ferventer et devote sicut prius. et hoc patet quia nomine angeli non intelligitur hic angelus bonus custos ecclesie ephesine ut voluerunt aliqui dicere. Nam angeli sancti non possunt ab aliquo gradu sue perfectionis excidere. Sin autem simpliciter correctionis venio tibi .i. ad te puniendum. et movebo candelabrum tuum. subtrahendo subditos tuos ab obedientia tua ut exposuerunt aliqui. Sed hoc non videtur conveniens quia sic culpa populi retorqueretur in episcopum et non in populum quod est inconveniens. Possit dici quod infrigidatio dicta de caritatis non contingit tempore tanti doctoris s. thimothei sed alterius sibi succedentis. Nam illo tempore episcopi sancti quam populo proficiebant. Ideo enim qui dicunt quod thimotheus hoc intelligitur angelus ephesi ecclesie moventur ex hoc circa illa tempora nullus eo excellentior invenitur rexisse ecclesiam ephesinam et hoc magis movet ad oppositum quia tempore prelati excellentioris minus contingunt defectus in ecclesia sibi commissa propter quod salvo meliori consilio et iudicio magis videtur quod fuit alius a sancto tymotheo. Sed hoc habes. Hic consequenter subditur commendatio ut more boni samaritani post vinum mordicativum infundit oleum lenitivum cum dicitur. Sed hoc habes. s. bonum et commendatione dignum. Quia odisti facta nicholaitarum. Non dixit nicholaitas sed facta eorum quia persone sunt ex caritate diligende sed eorum vitia odio sunt habenda. Nicholaus iste fuit in primitiva ecclesia habens valde pulchram uxorem et impositum fuit sibi quod nimis zelabat eam. propter quod ad ostendendum contrarium cecidit in peius vitium secundum illud proverbium decidit in sillam cupiens vitare caribdim. exposuit enim uxorem suam aliis carnis .d. errore sic uxores suas esse communicandas sicut et alie res. dicitur in historia ecclesiastica .3. libro c. 29. Et nicholaus iste vixit sancte et caste et uxor sua sed volens se excusare de vitio zelotipie dixit coram apostolis. Ecce uxor mea qui vult eam accipiat non intendens conicare eam aliis sed solum

se excusare. sed alii incontinentes increpantes eius dictum quod seriose dixit dixerunt uxores esse debere communes. et hoc videtur textus innuere ubi non dicit odisti facta nicholai sed nicholaitarum. Qui habet aurem i. intellectum capacem audiat i. mente capiat Quid spiritus dicat ecclesiis. ex hoc patet quod licet sermo dirigatur hic primo ecclesie ephesine tamen generaliter dirigitur omnibus aliis per orbem constitutis ut dictum est. s. Vincenti. i. mundum carnem et dyabolum. Dabo ei edere de ligno vite. Istud lignum est xpus ut habetur in fine huius libri quo fruuntur beati. Nam eius diuinitate reficiuntur interius et eius humanitate exterius secundum quod dicit aug. sup. Jo. 10. Ingredietur et egredietur et pascua inueniet. Et angelo hec est 2a pars principalis in qua informatur ecclesia smirnensis. cuius primo hic commendatio et confortatio cum dicitur et angelo smirne ecclesie. Iste fuit sanctus policarpus secundum doctores communiter hec dicit primus etc. exponatur ut s. scio tribulationem tuam i. opprobria. in ea tuam patientiam Et paupertatem tuam. in temporalibus. sed diues es in spiritualibus. Et blasphemaris ab hiis qui se dicunt esse iudeos et non sunt secundum veritatem. Sed sunt synagoga sathane quia sunt obstinati in sua infidelitate contra xpum. secundum eum quod dicitur ecclesiastice historie .4. li. ca. 12. In ciuitate smirnorum multi iudei habitabant qui concitauerunt gentiles ad persequendum crudeliter xpianos In qua persecutione plurimi non solum fuerunt rebus suis spoliati sed etiam martirio coronati Inter quos beatus policarpus fuit in ignem proiectus et cum ignis eum non lederet gladio percussus migrauit ad dominum ut s. dictum est. Nichil horum timeas que passurus es q. d. me protegente per martirii palmam transibis ad gloriam Ecce missurus est dyabolus etc. quia ad hoc faciendum incitabit infideles ut temptemini i. ut probemini sicut aurum in fornace. Ista tamen probatio non est ex intentione dyaboli qui non intendit tribulatorum bonum sed ex intentione dei qui ex malis elicit bona. et sic ex seuitia tyrannorum elicit patientiam martirium et coronam. et

habebis tribulationem diebus decem. Istud exponitur multipliciter. Vno modo referendo ad tribulationes ecclesie generales cuius a doctoribus dicuntur esse decem tribulationes que significantur hic per decem dies. Alio modo ut per decem dierum tribulationem intelligatur tribulatio perfecta quia denarius numerus perfectus et primus limes numerorum quia numeri sequentes sunt replicationes denarii et partium eius ut dicitur 3 phisicorum. Vndecim enim est unum et decem. duodecim duo et decem et sic generaliter usque ad viginti que sunt bis decem. triginta ter decem et sic generaliter. Alio modo applicando ad decem precepta decalogi q. d. tribulatio ecclesie durabit quam diu obseruatio preceptorum decalogi quod est usque ad finem mundi. Possunt etiam aliter saluo meliori iudicio exponi ut per decem dies intelligantur decem anni secundum illud ezechielis 4. diem pro anno dedi tibi quia tamen forte durauit persecutio smirnensis ecclesie. Esto fidelis i. firmus in fide. usque ad mortem pro ipsa tolleranda. Et dabo tibi coronam vite s. glorie ubi mors non habet locum. Qui habet aures audiendi audiat exponatur ut s. usque ibi Non ledetur a morte secunda i. ab inferno qui dicitur mors 2a. Infra. 21. Et angelo. hec est 3a pars in qua ponitur informatio pergamensis ecclesie. cuius primo ponitur commendatio de bono ut melius recipiatur correctio de malo que ponitur ibi. Sed habeo. Circa primum dicitur Et angelo pergami etc. i. beato carpo ut dicunt communiter doctores hec dicit. qui habet rumpheam etc. i. gladium ex utraque parte acutum sicut dictum est primo ca. et expositum. scio ubi habitas. s. in loco tribulationis ut s. dictum est. Vbi sedes est sathane i. eius potestas infideles inducendo ad persecutionem ecclesie. et tenes nomen meum moribus et fide. et non negasti fidem meam. in persecutionibus et tormentis et per i. d. e. In diebus antiphas testis mei. Iste martir specialiter nominatur quia verbo suo et exemplo alios ad martirium animauit. Sed habeo. hic generaliter ponitur correctio de malo cum dicitur. Sed habeo aduersus te pauca. s. peccata corrigenda. habes illic i. in ecclesia pergamensi. Tenentes doctrinam balaam

[?] hec hystoria habetur nu. 24. ubi dicitur quod balach rex moabitarum ex doctrina balaam misit puellas pulchras per castra hebreorum ut earum pulchritudine hebrei qui erant luxuriosi allicerentur ad ydolatriam et sic deus offenderetur contra totum populum. dicunt hic aliqui expositores quod in ecclesia pergamensi tunc erant aliqui verbo et exemplo inducentes ad fornicationem tamquam licitam et ad comedendum de ydolorum sacrificiis ad eorum venerationem. dicunt etiam quod tunc hic erant ibi tenentes errorem nicholai. Sed hoc non videtur verum. quia si sic fuisset non diceretur in textu habeo adversum te pauca sed multa propter quod melius videtur dicendum quod in ecclesia pergamensi erat tamen error nicholai apud aliquos ut dicitur in textu et doctrina balaam inducitur tamen per similitudinem vel exemplum. et secundum hoc salvo meliori iudicio sic est exponenda littera. habes illic tenentes doctrinam balaam id est nomine sed similitudine sicut homo largus dicitur allexander et quod iste sit intellectus videtur ex hoc quod sequitur Ita habes et tu tenentes doctrinam nicholaitarum q. d. manifeste sicut balach tenuit doctrinam pestiferam balaam Ita apud te sunt aliqui tenentes nicholai doctrinam erroneam sicut dictum est supra. Similiter penitentiam age sicut dictum est super ephesine ecclesie delicta prima caritate. si quo minus .s. si in aliquo neglexeris hoc corrigere. veniam tibi cito. in finali iudicio quod est valde proximum eternitati comparatum propter quod dicitur i. Jo. 2. Novissima hora est et pugnabo cum illis in errore obstinatis in gladio oris mei. i. in sententia illa terribili. Ite maledicti in ignem eternum etc. Mt. 25. Qui habet aurem. exponatur ut supra. Vincenti dabo manna absconditum. manna figurale corporale et manifestum datum fuit filiis israel in deserto Exo. 16. sed verum manna est ipse xpus secundum quod ipse dicit Jo. 6. Amen amen dico vobis moyses dedit vobis panem de celo sed pater meus dat vobis panem de celo verum et subditur ego sum panis vite etc. hoc est manna celeste quod beatos reficit interius et exterius ut predictum est et dicitur absconditum hominibus vite presentis secundum quod dicitur

ps. 30. quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. et dabo illi calculum candidum. i. corpus dote claritatis decoratum. quod dicitur calculus sive lapillus quia est terreum a domino sicut et lapis. et in calculo nomen novum scriptum quia tunc quilibet beatus manifeste et corporaliter per dotes corporis gloriosi erit ascriptus civilitati celestium. Quod nemo novit nisi qui accipit. secundum quod dicitur i. cor. 2. oculus non vidit et auris non audivit et in cor hominis non ascendit que preparavit deus diligentibus se. Immensitas enim illius dulcedinis non est cognoscibilis a viatoribus sed a comprehensoribus qui iam eam acceperunt. // Et angelo. Hec est quarta pars principalis in qua informatur thyathirensis ecclesia et dividitur in tres partes quia primo ponitur eius commendatio 2o. malorum reprehensio ibi sed habeo. 3o. bonorum a malis distinctio ibi. Vobis autem. Circa primum dicitur. et angelo thyathirensis ecclesie. qui ab aliquibus dicitur fuisse sanctus hyreneus qui non solum istam ecclesiam sed et multas alias vita et doctrina illustravit et usque lugdunum que est galliarum civitas pervenit sed hoc non videtur probabiliter dictum. primo quia non fuit contemporaneus beato Johanni qui videtur scribere episcopis sibi contemporaneis. 2o. quia non est verisimile quod episcopus tante vite et doctrine permitteret illa in ecclesia sua que infra scribuntur propter quod salvo meliori iudicio videtur quod fuit aliquis minoris excellentie et Johanni contemporaneus tunc regens ecclesiam thyathirensem. Hec dicit filius dei naturalis qui est xpus. ceteri sunt sibi adoptivi filii. qui habet oculos etc. exponatur ut supra. primo ca. Novi .s. approbo opera tua in effectu. et fidem in intellectu. et caritatem in affectu. et ministerium. procedens deo devote. Et patientiam tuam in tribulatione Et opera tua novissima plura prioribus. procedendo .s. de bono in melius. sed habeo. hic Johannes arguit suos defectus qui noscuntur tamen subditur quia permittis mulierem iezabel. Certum est quod non est illa que 3. Re. dicitur ydolatra et fornicaria quod quingentis annis et amplius ante fuit peditus [?]

equorum conculcata .4. Reg. 9. sed est alia sic nominata propter similitudinem ad illam sicut Johannes baptista Helias nominatur Math. 11. Dicunt aliqui quod erat uxor episcopi sed hoc non est verisimile quod uxor tam boni sicut premissum est talem haberet uxorem et ideo fuit alia sic vocata prophetissa. Vel forte aliquis hereticus qui figuraliter designatur nomine mulicbri propter mollitiem carnalis vitii unde et frequenter homo mollis et effeminatus femina nominatur. Que se dicit propheten. Flo tamen docere errore et seducere servos meos .i. simplices christianos. fornicari .s. hoc esse licitum. multi enim dixerunt erronee fornicationem simplicem esse licitam. Vel hoc intelligitur de errore nicholay qui tunc vigebat ut supra dictum est. et manducare de ydolaticis In veneratione ydolorum quale non erat illicitum nisi ratione scandali simplicium secundum quod docet apostolus .i. cor. 8. ca.

Et dedi illi tempus ut penitentiam ageret etc. et sic erat obstinata propter quod subditur pena. et ecce mitto eam in lectum infernalis pene de quo dicitur ysa. 14. detracta est ad inferos superbia tua concidit cadaver tuum subter te sternetur tinea et operimentum tuum erunt vermes et qui me chantur cum ea coitando malis operibus. In tribulatione maxima erunt in inferno. cum ea. nisi penitentiam egerint. In presenti vita et filios eius .i. imitatores operibus. Interficiam morte .s. gehenne. Et scient omnes ecclesie. tunc manifeste quod est modo occultum quia ego sum scrutans renes et corda .i. examinans et puniens concupiscentias carnales et malas cogitationes. Et dabo unicuique vestrum secundum opera sua penam impiis et gloriam iustis. Vobis autem. Hic tertio ponitur discretio bonorum a malis et post eos specialiter informando scilicet primum premittendo ibi. et qui vicerit. Circa primum dicit. Vobis autem dico et qui sunt illi subditur. quicumque non habent doctrinam hanc .i. non receperunt doctrinam iezabel. qui non cognoverunt altitudines sathane .i. non approbaverunt superbias ebionis et cherinti qui superbia elati dixerunt contra reverentiam persone Christi eius deitatem negantes propter quod beatus Johannes in principio evangelii sui eius deitatem declaravit

secundum quod dicit li. illustrium virorum. Quemadmodum dicunt. Hic tangitur vitatio alterius erroris .s. pseudo apostolorum qui cum evangelio dicebant necessarium esse observationem legalium que dicitur pondus importabile act. 15. et quoniam ad hoc dicit Johannes vel potius angelus apparens ei in persona Christi quemadmodum dicunt pseudo apostoli. Non mittam super vos aliud pondus .i. observationem legis quod pondus falsi apostoli dicunt esse vobis imponendum. tamen id quod habetis .i. veritatem evangelicam vobis per veros apostolos predicatam. tenete firmiter donec veniam ad iudicium. Et qui vicerit. Hic tertio predictos informat premium premittendo .s. Et qui vicerit temptationes mundi carnis et dyaboli. Et qui custodierit usque in finem .i. usque ad mortem. opera mea. hoc dicit quia Ihesus cepit facere et docere act. i°. Dabo illi potestatem super gentes. in finali iudicio in quo perfecti iudicabunt cum Christo et sic habebunt potestatem super gentes iudicandas. et reges illas in virga ferrea .i. in iustitia inflexibili. Et tamquam vas figuli confringentur quia tunc peccatores in infernum retrudentur. sicut et ego accepi a patre meo. omnia enim que habet filius habet a patre. Et dabo illi stellam matutinam .i. corpus gloriosum dote claritatis refulgens. Qui habet aures etc. exponatur ut supra.

III

Et angelo sardis. Dicunt expositores aliqui quod iste fuit sanctus melito quem asserunt circa tempora illa fuisse sardensem episcopum et ibidem martirium consumatum hoc allegantes ex ecclesiastice historie quinto libro. 23. c°. sed salua eorum reverentia hoc non habetur ibi. sed quod fuit eunuchus propter regnum celorum castitatem servando et quod plenus spiritu sancto in civitate sardensium requiescit expectans adventum domini et dato quod cum istis que ibi dicuntur cum ipso quod fuit martir. et episcopus hoc tamen non est ad confirmandum eorum dictum sed magis ad contrarium nam in textu subditur Nomen habes quod vivas et mortuus es. quod de tam sancto episcopo non videtur verificari. nec etiam de populo sibi subdito quia culpa subditorum redundat in prelatum et propterea sancti prelati solent

in populo subdito magis evitari debet quod dicit melius credendum quod fuit alius episcopus sardensis qui non fuit tante sanctitatis. Nam tunc temporis sicut dictum est supra frequenter episcopi mutabantur. Sic ergo procedit quia primo ponitur peccatorum reprehensio 2° paucorum commendatio ibi. Sed habes. Circa primum dicit. Hec dicit qui habet septem spiritus dei .i. universitatem angelorum sibi assistentem et ministrantem. et vii. stellas .i. universitatem episcoporum sicut dictum est supra primo capitulo. Scio opera tua quia nichil latet me quia nomen habes quod vivas .i. sanctitatem apparentem et famam. et mortuus es secundum veritatem. Esto vigilans. ad cognitionem defectuum in te et tuo grege. et confirma cetera. ibi tibi subditos verbo et exemplo. que moritura erant. populus enim de facili ad peccata labitur nisi exemplo et verbo prelati sustentetur. Non enim invenio opera tua plena .i. perfecta sed magis defectiva. In mente ergo habe qualiter acceperis et audieris scilicet doctrinam christi per eius apostolos veros. et sua opera adimplendo. et penitentiam age de omissione bonorum et commissione malorum. si ergo non vigilaveris .i. diligens fueris circa dicta veniam ad te in morte tamquam fur quia nichil incertius hora mortis. Sed habes. hic secunda ponitur commendatio paucorum cum dicit. Sed habes pauca nomina in sardis qui non inquinaverunt vesta sua. q. d. multi subditorum tuorum maculati sunt per peccatum. et ambulabunt mecum in albis. s. illi qui non sunt per peccatum maculati. et per albedinem vestis intelligitur stola glorie et immortalitatis et quia non est acceptio personarum apud deum. Io subdit. Qui vicerit sic vestietur etc. q. d. non solum isti sed quicumque vicerit mundum carnem et dyabolum stola glorie induetur. et non delebo nomen eius de libro vite. est autem liber vite dei predestinatio in quo nullus scriptus simpliciter deletur quia finaliter salvabitur. Nam dei providentia non frustratur. dicitur tamen deleri secundum quid qui cadit a iusticia et rescribi gratia recuperata. et confitebor nomen eius .i. quod sit verus christianus. qui hic autem etc. exponatur ut supra. Et angelo philladelphie. dicunt expositores communiter quod iste fuit quadratus de quo dicit .4. ecclesiastice hystorie libro 3 capitulo quod fuit homo in sacris literis valde intelligens

et multa scripsit ad fidei christi declarationem et infidelium confutationem. Sic ergo procedit quia primo ponit eius commendatio 2° per ipsum infidelium conversio ibi. Ecce dabo. 3° premii promissio ibi. Qui vicerit. Circa primum dicit. hec dicit sanctus et verus .i. christus qui est sanctus sanctorum dan. 9. et ipsa veritas Io. 14. Ego sum via veritas et vita. qui habet clavem david .i. potestatem aperiendi intellectum scripturarum luc. 24. Aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Qui aperit et nemo claudit etc. quia nullus potest impedire ab intellectu scripturarum eos quos vult erudire. nec aliquis potest eas intelligere nisi ipso reserante. scio opera tua .i. approbo. ecce dedi coram te hostium apertum. ad scripturas intelligendas ut predictum est. quod nemo claudere potest .i. te impedire a doctrine veritate. quia modicam habes virtutem q. d. quia non dedi tibi gratiam miraculorum sicut multis aliis episcopis illius temporis recompensans tibi intellectu sacrarum scripturarum excellencia. et servasti verbum meum opere et doctrina et non negasti nomen meum in persecutione infidelium. Ecce dabo. hic secunda ponitur infidelium conversio per ipsum in dyocesi sua multi habitabant iudei quorum plures per eius doctrinam fuerunt conversi et hoc est quod dicit. Ecce dabo de synagoga sathane .i. aliquos de iudeis quorum congregatio dicitur synagoga sathane pro illo tempore quia post resurrectionem christi et ascensionem ad celos et ad predicationem apostolorum manebant in infidelitate. Qui dicunt se esse iudeos et non sunt. hebrei enim vocati sunt iudei a iuda patriarcha a quo descendit christus secundum carnem. et ideo postquam negaverunt christum non remansit in eis res huius nominis sed in christianis confitentibus christum de tribu iuda venisse circumcisi spiritu et non carne secundum quod dicit Ro. 2°. Non enim qui in manifesto iudeus et neque que in manifesto in carne est circumcisio sed qui in abscondito iudeus est circumcisio cordis in spiritu non litera. Ecce faciam illos ut veniant et adorent ante pedes tuos. Ut dictum est conversi fuerunt ad christum humiliaverunt se coram eo et eius ministro quadrato. et scient per illuminationem fidei quia dilexi te promovendo non solum ad

fidem catholicam sed etiam ad spiritualem dignitatem. Quoniam servasti verbum patientie mee verbo et opere et ego servabo te ab hora temptationis que ventura est in universum orbem. per imperatores romanos dominanti toti orbi et ubique fidem catholicam persequentes. Sed contra hoc videtur. Nam ista persecutio iam fuerat sub duobus imperatoribus scilicet nerone et domitiano ut habetur in legenda beati Johannis evangeliste qui de precepto domitiani missus fuit in exilium in insulam que dicitur pathmos in qua scripsit hunc librum. et eodem anno domitianus interfectus fuit. Dicendum quod licet persecutio xl annorum per istos imperatores transisset tamen magis erat futura per aliquos alios sequentes de qua loquitur hic Johannes per modum futuri et antequam veniret iste fuit assumptus a domino. Ideo subditur. Ecce venio cito ad te accipiendum. tene quod habes. id est gratiam datam Et nemo accipiat coronam tuam. Cadentibus enim aliquibus a iustitia in puncti aliis eis subrogantur sicut patet in legenda xl martirum quia uno ex eis cadente clavicularius subrogatus fuit et eius coronam accepit. Qui vicerit. hic ponitur premium promissum. Istud tamen premium videtur esse augmentum gratie in presenti tempore dicit enim. Qui vicerit faciam illum columpnam id est fortem et potentem in fide non solum pro se sed etiam pro aliis confortandis et sustentandis secundum hunc modum petrus et Johannes et Jacobus columpne dicuntur gal. 2°. In templo dei mei id est in ecclesia militante ut ex sequentibus patebit. et foras non egredietur amplius. per apostasiam nec per excommunicationem. et scribam super eum nomen dei mei. quia tales in scriptura dicuntur dii ps. 81. Ego dixi dii estis. quod exponens salvator Jo. 10. ca. dicit illos deos quos factus est sermo dei deos dixit. recipiant enim in ecclesia presbiteri dei. et nomen civitatis dei mei nove iherusalem id est ecclesie militantis quod patet ex hoc quod subditur. Que descendit de celo a deo meo. Nam ecclesia militans regitur et ordinatur a spiritu sancto. Nondum vero quod xpistus incarnatus homo loquitur hic nominans deum suum. et nomen meum novum quia dicitur xpistianus a xpisto quod nomen non habuit xpistus a principio sed vocatus fuit ihesus in circumcisione luc. 2°. sed post baptismum inter homines vocatus est xpistus et sic eius fideles a principio non fuerunt vocati xpistiani sed tamen discipuli postea fide diffusa usque in anthiochiam fideles ibi multiplicati primo vocati sunt xpistiani ut habetur act. 10. Qui habet aurem etc exponitur ut supra. Et angelo laodicie. Hec est septima pars principalis in qua scribit episcopo laodicensi quem aliqui expositores asserunt fuisse sanctum sagarem hoc allegantes ex 4. li. eccl. hystorie 23. ca. sed salva eorum reverentia non nominatur ibi episcopus sed sacerdos et martir et ibi dicitur quod laodicie requiescit. plures autem alii ibidem nominati sub nomine episcopi exprimuntur. dato tamen quod fuit laodicie episcopus non habetur per hoc propositum sed magis ut videtur oppositum. Nam illud quod sequitur in textu quia tepidus es et nec calidus nec frigidus incipiam te evomere ex ore meo. Non videtur convenienter sibi applicari qui ex fervore caritatis optinuit palmam martirii nec etiam populo sibi subiecto omnibus preditus in consiliis orticulis. Ideo salvo meliori iudicio dico quod fuit alius minoris perfectionis episcopus. Tunc enim ut predictum est sancti episcopi frequenter occidebantur vel in exilium mittebantur et succedebant eis alii minus devoti. sic ergo procedit quia primo ponitur culpe reprehensio 2°. salubris monitio ibi. suadeo tibi 3°. premii promissio ibi. qui vicerit. Circa primum dicitur Hec dicit amen. adverbium est hebraicum et significat idem quod vere. per quod attribuitur xpisto qui dicit de seipso Jo. 14. Ego sum via veritas et vita. testis fidelis perhibens maiestatis suum quod dicitur Jo. 3°. quod scimus loquimur et quod vidimus testamur. Qui est principium creature dei. nam omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil Jo. p°. scio opera tua esse simpliciter imperfecta. ideo subditur quia neque calidus es id est implens precepta mea caritatis fervore. Neque frigidus devitans transgressiones pene timore. sed quia tepidus es id est tardus ad bonum accidiosus et ociosus. Incipiam te evomere id est a me te reicere sicut quid abhominabile Nam ociositas est sentina omnium viciorum. quia dicis. te flo iactando de meritis quod dives sum. scilicet et virtute. et locupletatus exercitio doctrine. et nullius egeo id est doceri ab aliquo. et nescis quia tu es miser.

p carentiam gr̃e ⁊ miserabilis p reatum pene.
et paup. bonis spũalibꝫ. et cecus. qr non vides
tuos defectus. et nudus. i. virtutibꝫ spoliatꝫ.
Suadeo tibi. Hic ponit² salubres monitio cu
dicẽ. suadeo tibi eme a me opibꝫ bonis. Aurum
i. sapiam caritate attensam alr̃ inflaret p su
pbiam. ꝫ cont̃ hoc dcm ñ aplus dcẽ Ro. ii. si
aut gr̃a iam non ẽ gr̃a. Caritas aut idem est
cum gr̃a uel ei inseparabilr̃ annexa et p gñs no
emitur p opa. Dicendum qꝫ gr̃a vno mo acci
pro hitu aiam gratam deo faciente. Alio mo p motõe
diuina qua moueret aiam ad bonu supnatu
rale. Silr̃ meritum dupr̃ accip². vno mo p mito
condigni alio mo pro merito congrui. Si aut
accipiatur gr̃a primo mo et oio pma sit non
cadit sub mito condigni et sic intellr̃ dictu apli
pallegatu. tn̄ hns gratiam pma ex opibꝫ meretur
de condigno eiꝫ augmentatione prima tamẽ
gr̃a bene cadit sub merito congrui quia si hõ
faciat quod in se est se disponendo ad gratiam con
gruu est qꝫ deus illi infundat eam. si aut acci
piatur gr̃a 2º mo sic non cadit sub merito ꝫ
pcedit omẽ meritum condigni et congrui. Tal
em influxus diuinꝫ cõe sit omnibꝫ hoibꝫ qñ du
sunt in vita pnti. Sed aliqui sequuntur hunc
influxum p conatum liberi arbitrij se dispone
tes ad supnãle bonu et sic merentur de congruo
gratiam habitualem sibi infundi a deo et p eam
eius augmentatione de condigno. Alij vero nõ
sequuntur pp qd̃ demerentur sibi ipis relinqui. et
vlteriꝫ in pcta labi p deffibilitatem liberi ar
bitrij sc². vt locuples fias. diuicijs spũalibus
et vestimentis albis induaris. i. virtutibꝫ. Et
non appereat confusio nuditatis tue. coram deo
et angelis sanctis et collirio inunge oculos
tuos. i. gr̃a spũs sci. q̃ illuiat oculos mentis
dicit aut inunge. quia licet gr̃a sit a solo deo
dante. tn̄ in ptãte hoĩs est ut sibi detur qꝫ
pot se ad eam disponẽ modo dicto. Ego quos
amo arguo et castigo. sicut pr̃ filios dilcõs. e
mulare gg². i. imitare bonos et pniam age de
pctis ppetratis. ecce sto ad ostium cordis huiam.
et pulso. ad bonu supnaturale mouedo. si quis
audierit vocem meam. monitioni mee con

sentiendo et appuit m ianuam p conatu liberi
arbitrij ad bonum Introibo ad illum p gratiam
gratum facientem habitando in illo. et cenabo
cum illo et ipse mecum. Nam deus in tali
hoĩe delectatur et ipse in deo. Qui vicit.
Hic vltimo ponitur pmij pmissio cum dicit.
Qui vicerit. insultus mũdi carnis ⁊ dyab̃l.
dabo ei sedere mecum in throno meo. i. quietem
in celesti regno. sicut et ego vici. p passionem
meam et sedeo cum pr̃e meo quarto vltio. As
sumptus est in celum ⁊ sedꝫ ad dextera dei. Qui
hꝫ aure. expõ ut s².

IIII

Post hec vidi et c. descripta
visione beati Johis q̃ respicit
informaões vij. ecclia𝔯 asie
specialr̃ licet ex consequenti
respiciat alia𝔯 eccliarum informatione ut
predictum est. hic ponitur visiones eiusd
respicientes directe informatione totiꝫ ecclie
gñaliter. Nam in ipis sub quibusdam yma
ginibꝫ vidit decursum ecclie ab aplo𝔯 tpr̃e
vsqꝫ ad finem mundi quantum ad tribulaões
consolationes immutabilitates nobiles in
qua𝔯 alique pcesserunt et alique sunt future
visiones aut istas ymaginarias btũs Johes
scripsit intellectum tamen ea𝔯 non expssit
licet ad plenu intellexerit aliqua tamen in
terposuit p que datur via ad reliqua aliqualr̃
incipienda sicut s². p.º c.º dixit. septem candela
bra aurea. vij. ecclie sunt. et vij. stelle. vij.
angeli. i. epi ea𝔯. et silr̃ in sequentibꝫ aliqua
dicit licet raro ad apiendum aliqualr̃ intel
lectum occulto𝔯 ut patebit in locis suis dno
concedente pp quod intellctus lr̃alis non est
iste qui p voces significatur imme. ꝫ ille qui
p ymaginatões significatur sicut iudic. 9º.
dr̃ qꝫ ligna dixerũt ad arborem ramnũ. veni
et impa nob sensus lr̃alis non de arboribꝫ uel
lignis est. ꝫ de viris sichem p ligna signifcat
qui fecerũt sup se abimelech regem. Sciend
qꝫ iste visiones non distinguntur ex pte temporis
in quo facte sunt qꝫ Johes totum vidit vna
die qd̃ pꝫ p hoc qꝫ dicit s². pº. caº. fui in spũ in
dnica die ꝫ distinguntur a pte tempu in quibꝫ

partim explete sunt et partim implende ut
magis videbitur in ferius prosequendo. Residuum
igitur huius libri in duas ptes dividit quia primo
ponitur modus huius visionis. 2°. decursus im
pletionis ca° 6. Circa primum sciendum q tota
trinitas revelavit apocalipsim hoi xpo. xps
aut Johi p angelum in eius psona loqute xps
enim homo superior est angelis roe nature
sm q dr hebr. 2°. Istic primo po maiestas dei
revelantis 2° dignitas homis xpi revelatorez
recipientis c° 4°. primum declaratur ex tribus
s. ex impiali throno et ex nobili consortio ibi
Et in circuitu sedis et ex reverenti obsequio
ibi. et requiem non habebant. Circa primum
dicit btus Johes post hec vidi et ecce hostium
apertum in celo. sic enim videbat ymaginarie
ac si hostium celi aperitur p quod designaba
q decursus ecclie que celum in scriptura nominatur
sm q dicit greg. om. 37°. regnum celorum psntis
tpris ecclia dr in qua doctor qui mandatum
soluit minimus vocatur etc. et vox prima etc In q
notatur auctas angeli loquentis ut dictum e sup
po ca°. Ascende huc ad videndum ecclie decursu
is subdr et ondam tibi que opz fieri post hec
sm ordinatione dei que non pot frustrari.
et statim fui in spu. visione ymaginariam
intelligendo. Et ecce sedes posita erat in celo.
p quam sedem intellr auctas et ptas dei eccliam
regentis et supra sedem sedens s. deus trinus
z unus. et qui sedebat silis erat aspectu lapidis
iaspidis z sardini. tales apparitiones fiunt sm
convenientiam ad id quod revelatur. deus aut
sic apparebat ut gubernans eccliam militante
circa quam se habet ut consolator z caritatis
incensor pp qd in primitiva ecclia sup aplos
misit spm sanctum in silitudine ignis io dr
hic coloris iaspidis i. viridis qui color e confor
tativus visus et sardinis i. rubei coloris qui pp
silitudinem ad ignem significat incendium cari
tatis. Et erat yris in circuitu sedis. per quem
designatur fedus dei ad eccliam suam Nam
yris signum est federis inter deum z terram
ut dr gen. 9°. silis visioni smaragdine. smarag
dus aut est viridis coloris. et hic est unus de

coloribus yridis et sic appelat ille yris ymagi
narius q color viridis intensior aliis videbatur
In quo designatur consolo dei sius electis affutura
maxime in tribulationibus ecclie futuris eo q viridis
color est confortativus visus. // Et in circuitu
sedis. hic gnr describitur dei maiestas ex nobili
consortio cum dr. et in circuitu sedis sedilia 24.
p que designantur universe cathedrales ecclesie
que licet sint multe tn sub tali nuo designtur
pp concordantiam novi testamenti ad vetus. In
quo legr p° par. 24°. q sciens david volens augmentare
cultum divinum statuit 24. sacerdotes in templo
p ebdomadas successive ministrantes. In sacra enim
scriptura frequenter ponitur determinatus nus pro
indeterminato sicut sup dictum e p° ca°. q p vii.
spus dei intelligr multitudo anglorum sanctorum
et sic dicit greg. om. 24°. q p vii. demones uni
versa vicia figurantur. et sup thronos 24.
seniores sedentes p quos designantur universi
epi in quibus dz ee etatis et morum maturitas. Cir
cumamictos vestimentis albis. Nam in ipsis debet
refulgere castitas. et capitibus eorum coronas
aureas. Nam in mentibus eorum que dicuntur
capita respectu virium sensitivarum debz reful
gere sapie claritas que p aurum frequenter in
sacra scriptura designatur et de throno. s. dei
procedunt fulgura z voces et tonitrua i. cho
ruscationes miraculorum z denuntiatio premiorum
pro bonis operibus z terror suppliciorum p mal
Ista vero tria in primitiva ecclia z post tpribus
multis concedebantur a deo ecclie prelatis
et vii. lampades ardentes ante thronum s. dei
Que sunt vii. spus dei. et exponendo quid
p lampades intelligatur aperit aliqualiter
viam ad alia capienda. dicuntur aut hic vii. sps
dei septem dona spus sancti parata dari dispo
nentibus se io dicuntur an dei thronum ee. vel p vii.
spus intelligr universitas sciorum anglorum parata
ad dei beneplacitum exequendum sedm illud heb. i°. oes
administratorii spus sunt etc. qui dicuntur lampades
ardentes qz illuiant et accendunt fideles ad cog
nitione z amore celestium et in conspectu
sedis tamq mare vitreum i. baptismi sacram. silre
crystallo. quia non est mobile vel fluidum

sed imprimit caracterem indelebilem propter quod non
est reiterabile. et in medio sedis et in circuitu
sedis quatuor animalia .i. quatuor euangeliste
vt dicunt aliqui. sed lra sequens videtur in aliquo
dissonare vbi dicitur. Et animal primum simile leoni et
tertium animal habens faciem quasi hominis Nam per faciem
hominis intelligitur matheus ut dictum fuit supra in
principio euangeliorum et in hoc concordant sancti
et doctores Matheus vero non est tertius in or
dine euangelistarum sed primus. et primus scripsit euan
gelium ut dicit Ieronimus in prologo super matheum Io
vire alij probabilius dicere .s. quod per quatuor animalia in
telliguntur quatuor priarchales ecclesie quarum
prima est Iherosolimitana nam ibi incepit
ecclesia et assimilatur leoni propter constantiam ibi ex
istencium ut patet de petro et Iohanne act. 4°. qui con
stanter dixerunt principalibus iudeorum obedire
deo oportet magis quam hominibus et iterum si iustum est in
conspectu dei vos potius audire quam deum iudi
cate. Non enim possumus que audiuimus et vidimus
non loqui. Secunda est anthiochena que assimilatur
vitulo quia fuit parata obedire mandatis apostolorum
in iherusalem existencium ut patet act. 15°. et quia primo
in ea vocati sunt discipuli xpiani act. 11°. Tertia
est allexandrina que assimilatur homini nam in
ea a principio fuerunt doctores docti non solum
in libris diuinis sed etiam humanis ut peritissimus
philo et athenasius et plures alij. Quarta est con
stantinopolitana que assimilatur aquile uolanti
Nam in ea fuerunt viri per contemplationem ele
uati ut gregorius nazanzenus et plures alij.
Et quatuor animalia singula eorum habebant alas
senas. Ala prima est lex naturalis secunda lex
mosayca tertia prophetarum oracula. quarta euangelium. quinta
doctrina apostolorum. sexta statuta generalium conci
liorum. Istis enim alis viri ecclesiastici debent ascende
sursum per contemplationem diuinorum et descende de
orsum ad edificationem proximorum et volare ad
dexteram per gratiarum actionem in prosperis et ad
sinistram per patientiam in aduersis et in circuitu
et intus plena sunt oculis. considerando presencia
preterita et futura. ¶ Et requiem non habebant.
hic ostendit dei maiestas ex obsequio reue
renti et primo in priarchalibus ecclesijs cum dicitur.

Et requiem non habebant. s. quatuor animalia quatuor
priarchales ecclesias significantia die ac nocte
dicentia sanctus etc. Nam in ecclesijs postquam valde de
uote celebratum fuit diuinum officium diurnum
pariter et nocturnum et communiter hic ter sanctus.
ad designandum trinitatem personarum et subdi
dominus deus omnipotens ad designandum vnitatem essentie
nam tres persone sunt vnus deus et dominus omnipotens.
et qui erat et qui venturus est. per hoc exprimitur
eius eternitas que non apprehenditur a nobis
nisi per comparationem ad diuersas temporis ut supra dictum est
post rationem. ¶ Et cum darent hic ostendit describit obsequium
diuine laudis quantum ad alias cathedrales
ecclesias per orbem constitutas que in diuinis officijs
celebrandis sequi debent ordinationem quatuor
ecclesiarum priarchalium tum tamen ecclesia romana que
principalis est et caput omnium et hoc est quod dicitur
et cum darent illa animalia gloriam et honorem
et benedictionem ei seruiendo et ipsum collaudando
in pluribus modis officiorum et ministrationibus sacrorum
procidebant 24. seniores et mittebant co
ronas suas ante thronum in signum reuerentie
per hoc confitentes quod habeant a deo claritatem
virtutum et sapientie que per coronas aureas desig
nantur ut dictum est. Dicentes dignus es domine
deus meus accipere gloriam etc. ¶ Non est per hoc intel
ligendum quod deus accipiat aliquid de nouo uel quod ei aliquid
accrescat ex operibus et laudibus humanis sed quod homines
ex beneficijs ab eo receptis tenentur assurgere ad lau
dandum et glorificandum excellentiam eterne sue maiestatis
quia tu creasti omnia. de nichilo producendo. et
propter voluntatem tuam erant in dispositione tua ab eterno
antequam crearentur. sicut domus in mente artificis antequam sit
in effectu preexistit in dispositione artificis et secundum hoc
dicitur 7. methaphisice quod domus in materia fit a domo que
est in anima. omnia vero creata se habent ad deum sicut
artificiata ad artificem sap. 7. ca°. omnium enim est
artifex omnem habens virtutem etc. ¶ Et creata sunt
i. producta in effectu in tempore et hoc ex diuina volun-
tate non ex necessitate.

V

Et vidi in dextera sedentis etc.
hic ostendit describit dignitas xpi
hominis reuelatoris accipientis librum
qua primitur profunditas diui

secreti. Secundo difficultas aperiendi ibi. Et vidi. 3° infertur dignitas xpi ibi. Et unus. Circa primum dicit et vidi in dextera sedentis supra throni. Iste sedens est deus trinus et unus ut dictum est. librum etc. liber iste est divina scientia in qua sunt omnia scripta. Sciendum tamen quod in deo ponitur duplex scientia vel potius una duplici modo dicta s. scientia simplicis notitie que se extendit ad omnia possibilia que numquam fuerunt nec erunt et scientia visionis que respicit existentia pro quacumque differentia temporis s. preteriti vel presentis vel futuri et ista sunt in virtute dei operativa inquantum operatur ipsa in aliquo tempore. talia vero sunt que revelata sunt homini xpo et ab eo Iohanni apostolo. Virtus vero dei operativa methaphorice dicitur eius manus dextera quia per manum dexteram operamur et ideo liber qui dicitur dei notitia de dispositis ab eo fieri quem esse dicitur in dextera manu dei. signatum. designatio ista designat conclusionem divine scientie de dispositis ab eo fieri quousque sint ab eo revelata fieri vel in effectu producta. sigillis vii. i. omnimodis obscuritatibus ut exponunt aliqui et secundum hoc ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato s. septenarius pro obscuritatum multitudine sicut dicit gregorius Iohannis. 24. Maria de qua vii. demonia eiecit que universis vitiis plena fuit sed hoc dictum non bene consonat hiis que sequuntur capitulo 6. de apertione sigillorum procedendo a primo sigillo usque ad septimum determinate ex quo patet quod septenarius sigillorum non ponitur ibi pro indeterminata multitudine obscuritatum. Ideo videtur melius dicendum quod sigilla ista non sunt aliud quam divina voluntas claudens et aperiens suum secretum prout et quando sibi placet quia licet in se sit una dicitur tamen multiplex ad varios effectus relata secundum illud ps. magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. septena quia sigillorum est septenarius revelationis divine voluntatis. Et vidi. hic describitur difficultas aperiendi seu ad revelandum Iohanni distincta septem revelationibus vel fienda in diversis temporibus. Et vidi. hic primo describit difficultatem aperiendi cum dicit. et vidi angelum fortem. iste videtur fuisse gabriel qui interpretatur fortitudo

dei. quis est dignus aperire librum i. manifestare dei secretum. et solvere signacula eius i. sigillatim unde quales singula de quibus dicitur procedit ex divina voluntate et nemo poterat in celo. quantum ad angelos neque in terra. i. ad homines Neque subtus terram quantum ad demones in quibus remanserunt naturalia integra. Aperire librum quia nullus istorum potest ad secreta divina attingere nisi deo revelante qui ipso revelavit xpo homini et xpo Iohanni. Et ego flebam multum etc. per hunc fletum designatur Iohannis desiderium de sciendo ecclesie futurum processum. Et unus. hic tertio infertur dignitas xpi qui solus invictus est dignus dicta secreta ipso accipere et aliis per Iohannem intimare cum dicit. et unus de senioribus dixit michi. consolando me de desiderii mei impletione. Quis autem fuit iste senior non dicit et dicunt aliqui quod fuit matheus euangelista qui dixit in persona xpi ult. data est michi omnis potestas in celo et in terra. ideo dicit. Ecce vicit leo de tribu iuda etc. Nam xpus victor fuit in sua resurrectione. Sed quicquid sit de veritate ideo tamen non videtur naturale quod Iohannes non accepit hanc notitiam per mathei scripturam sed per specialem revelatorem dictum est supra. quod per seniores intelliguntur ecclesie prelati. ideo videtur melius quod iste senior fuerit petrus et dicitur unus. inter apostolos eo modo loquendi quo dicitur gen. i. factum est vespere et mane dies unus. i. primus transierat enim iam beatus petrus per martirium ad gloriam quia sub nerone passus fuit. Iohannes autem postea tempore domitiani hanc revelationem accepit et sic anima petri assistens xpo vel aliqua effigies petrum representans dixit Iohanni. vide ne fleveris etc. Radix david. i. de radice david descendens secundum carnem. secundum quod predixerat ysayas. ii. Egredietur virga de radice yesse etc. Aperire librum. i. manifestare ecclesie decursum a deo preordinatum. et vidi et ecce in medio throni etc. agnum stantem tamquam occisum. i. xpm in medio ecclesiarum per orbem in nomine eius constitutarum. sicut ipse dicit ult. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. qui sicut dictus est leo ex resurrectione. Ita dicitur hic

agnus rex immolaticius propter quod etiam dicitur stans quia resurrexit ad vitam immortalem Ro. 6. Christus resurgens a mortuis iam non moritur et tamquam occisus. quia cotidie in ecclesia immolatur non secundum carnem quia resurrexit ad vitam immortalem ut dictum est sed secundum effectum et representationem quia per oblationem eucaristie recitatur nobis effusio sue passionis. Ipsa etiam est similitudo representativa ipsius secundum quod dicitur luc. 22. hoc facite in meam commemorationem. Illud autem quod representat ad nominatur nomine ipsius sicut ymago petri nominatur petrus et eadem ratione eucaristia agnus immolatus et ad hoc designandum non dicitur hic agnus occisus simpliciter sed tamquam occisus habentem cornua vij. i. potestates et idem designatur per septem spiritus quia septem dona spiritus sancti sunt quasi vij cornua seu potestates ad reprimendum virtutem inimici. Missi in omnem terram. quia Christus paratus est dare dona spiritus sancti omnibus ad ea se debite disponentibus et venit et accepit de dextera sedentis in throno librum. non est per hoc intelligendum quod Christus tunc accepit notitiam de processu ecclesie nam anima Christi ab instanti sue creationis deitati coniuncta habuit notitiam omnium que deus cognoscit scientia visionis inter que est processus ecclesie ut patet ex predictis. et ideo per hoc quod Johannes vidit eum accipere librum designatur acceptio notitie prius habite sed de novo Johanni revelande et per eum universali ecclesie. Et cum aperuisset. hic consequenter describitur assistentium Christo iocunditas et primo assistentium sibi in ecclesia militante. secundo in triumphante ibi. et vidi et audivi. Circa primum dicitur. Et cum aperuisset librum ad revelandum ecclesie processum. quatuor animalia i. quatuor ecclesie patriarchales et 24. seniores i. universe cathedrales ecclesie per orbem diffuse et per hoc etiam subintelliguntur alie sub eis constitute. Ceciderunt coram agno. Nam ex hoc habuerunt materiam venerandi ipsum. habentes singuli cytharas etc. quod exponitur cum dicitur subditur. Que sunt orationes sanctorum. metaphorice et per hoc et similia capitur aliquis modus via ad exponendum reliqua ut predictum est. Et cantabant canticum novum i. pertinens ad novum testamentum. Dignus es domine deus etc. et patet ex superdictis sententia. Cum occisus es. meritum precedit illud quod cadit sub merito propter quod acceptio notitie processus ecclesie que precessit mortem Christi ut dictum est supra non cecidit sub merito ipsius sicut nec gloria anime Christi. sed gloria corporis que secuta est bene meruit enim sui corporis glorificationem et exaltationem et eodem modo potest dici de revelatione dicti processus facta Johanni et per eum universali ecclesie ad decorem committitur et maiestatem Christi nam hec revelatio facta est post passionem ex omni tribu etc. Nam ecclesia est ex omnibus gentibus collecta. et fecisti nos deo nostro regnum i. regni eius principes et sacerdotes hostias laudis deo offerentes. et regnabimus super terram. non dicitur in terra ubi sancti conculcantur, sed super terram i. in celo ubi sancti cum Christo dominantur. Et vidi. hic consequenter ponitur iocunditas assistentium Christo in ecclesia triumphante cum dicitur. et audivi vocem angelorum multorum etc. In hoc designatur eorum multitudo maxima secundum illud iob. 25. numquid est numerus militum eius et idem designatur per hoc quod subditur. Et erat numerus eorum milia milium. sicut enim corpora celestia corporum regionem elementarem excedunt quasi incomparabiliter in quantitate continua. sic angeli omnia corporalia in quantitate discreta accipiendo quantitatem discretam pro qualibet multitudine numerabili vel innumerata. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem et divinitatem etc. omnia ista habuit vel saltem plura ante passionem quod dico propter gloriam corporis et huiusmodi que secuta sunt. et ideo acceptio talium hic accipitur pro manifestatione eorum ad laudem et honorem nominis Christi. et consequenter ponitur laus Christi ab omnibus creaturis cum dicitur. Et omnem creaturam que in celo est. quantum ad homines qui iam sunt in patria. et in terra. quantum ad existentes adhuc in via et que subtus terram etc. nam omnes creature irrationales et vita carentes dicuntur laudare Christum inquantum sunt materia et occasio laudandi ipsum quia intellectuales creature per eas ascendunt ad cognoscendum deum. et per consequens ad ipsum laudandum cetera que sequuntur patent ex predictis.

VI

Et vidi quod aperuisset etc. Postquam
descriptus est modus divine
revelationis hic consequenter describitur
decursus impletionis et
hoc sub septem sigillorum apertionibus quibus sigillatus
liber dicebatur signatus et ideo secundum vii sigilla
dividitur in septem partes que patent in littera.
Dicitur in prima parte dicit et vidi quod aperuisset agnus
unum de septem sigillis id est primum eo modo loquendi
quo dicitur Gen. i°. Et factum est vespere et mane
dies unus id est primus unus et consequenter ibi dicitur factum est
vespere et mane dies secundus et sic consequenter usque ad
septimum et eodem modo consequenter hic describitur apertio
secundi sigilli et tertii usque ad septimum et audivi
unum de quatuor animalibus id est primum eadem voce
qua et de sigillis dictum est nam et consequenter agitur
de aliis tribus animalibus et secundum illos qui per quatuor
animalia dicunt significari quatuor evange-
listas iste fuit marcus in similitudine leonis
designatus que similitudo ponitur prima Ezechielis capitulo
4. Sed quia istud dictum non consonat ordini
evangelistarum in quo matheus ponitur
primus et marcus secundus ideo dixi supra capitulo 4 quod per
4 animalia patriarchales ecclesie designantur et
sic habeo consequenter dicere quod ille qui per primum animal designatur
fuit patriarcha prime ecclesie patriarchalis id est ihero-
solimitane qui fuit beatus Jacobus appellatus frater
domini eo quod fuit sibi similimus et hic autem iam transi-
erat per gladium sub nerone ut patet per iosephum
xx libro antiquitatum. Hec autem revelatio facta
fuit Johanni tempore domitiani. Veni et vide de-
cursum ecclesie primitive et ecce equus albus
etc. per quem ut dicunt expositores aliqui designatur
gaius imperator qui successit immediate tiberio
sub quo passus fuerat christus et designatur per
equum album eo quod non fuit christianis molestus
sed magis consolabilis. Nam pilatum misit in
exilium qui christum iniuste iudicaverat et similiter
herodem qui decollaverat Johannem et christum in passione
spreverat. Luc. 23. Ideo subditur et exivit vincens
ut vinceret id est adversarios christi ut dictum est.
Sed hoc non videtur michi convenienter dictum
nam iste gaius intantum fuit elatus et perversus

quod per orbem misit statuam suam ut in illa ado-
raretur ut deus et quia habitantes in iudea
renuerunt hoc facere misit petronium cum exer-
citu in iudeam ut in templo poneret dictam statuam
et renitentes interficeret ut dicit Josephus
libro antiquitatum et de iudaico bello tamen pe-
tronius non dedit hoc executioni quia gaius
fuit morte preventus. In illo vero tempore apostoli et
alii christiani habitabant in iherusalem et in iudea
et sic patet quod gaius non fuit eis consolabilis
sed magis horribilis eo quod pre ceteris habitatoribus
iudee horridum erat eis mandatum gaii de dea
adorare. Licet autem ipse miserit in exilium herodem
et pilatum hoc tamen non fuit propter christum sed pro aliis
causis totaliter disparatis ut refert iosephus quas causa
brevitatis omitto. Similiter quod subditur exivit vincens
ut vinceret non videtur sibi convenienter applicari
quia rome fuit turpiter interfectus propter suas
malitias et eius uxor gladio confossa et eius
unica filia parieti allisa. Propter quod alii dicunt
melius dicere id est quod per equum album intelligitur cetus apostolorum
dealbatus sanctitate vite et quia beatus Jacobus
Jerosolomitane ecclesie episcopus in libro illustrium vi-
rorum dicitur usus fuisse tunc non vestibus laneis sed
lineis et per consequens albis et idem estimari potest probabiliter
de aliis apostolis unde et marchometus vocat eos
viros dealbatos per sedentem super equum istum in-
telligitur christus sessor et ductor eorum secundum illud Ro.
8. Qui spiritu dei aguntur hii filii dei sunt et
secundum hoc sic est littera exponenda et ecce equus
albus id est apostolorum senatus. Et qui sedebat super
eum id est christus habebat arcum in manu id est verbum
predicationis in manu operationis quia cepit
facere et docere. Act. primo. et sic fecerunt apostoli per
instinctum et dictatum ipsius et data est
ei corona in sua resurrectione et ascensione.
et exivit per effectum suum dando apostolis in
signo visibili spiritum sanctum. Vincens adversa-
rios suos in iudea primo nam eodem die con-
versi sunt ad eum predicante petro tria milia
act. 2° et altera die quinque milia act. 4°. Ut
vinceret per totum orbem subiciendo sue fidei
iugo colla gentium. Nam in brevi tempore per pre-
dicationem apostolorum et aliorum christi discipulorum

xpo cooperante et sermonem eorum signis sequentibus
confirmante marci ult. prtum fuit euange^m
Nam viuente adhuc bto petro fides catholica
diffusa fuit usque ad fines terre habitabilis prout
declaraui sup 1o. ps. 18. In omnem terram exiuit
sonus eorum etc. et sup eplam Ro. 10. ca. Et
cum apuiss. hec est scda pars in qua describitur
status ecce a tpre neronis usque ad titu imperatore
cum dr. claudiui 2m cauat. sm pdicta iste fuit
primus patriarcha ecclie anthiochie s. btus petrus
qui po rexit illam ecclam vt hr libro illustru
virorum qui tpre huius visionis iam transferat p
martirium. d. vem et vide statum ecclie sub ne-
rone. et exiuit alius equus rufus i. romus
populus qui dr rufus tpre neronis dupliciter
vno modo accipiendo pro rubedine sicut in plib
alijs locis accipr in scriptura ex q nero multos
romanorum occidit ex sua crudelitate nam etiam
matrem propriam vxorem frem et sororem ac etia
senecam suu preceptorem dr occidisse. Alio mo
magis pprie pro ipa rufedine quia nero ciui-
tatem romanam incendi fecit in magna
parte ut videret quale fuerat antiquitus
incendiu troie. In tali vero incendio ex combu-
stione fumi et flame appen rufedinis causat
et qui sedebat sup eum. s. nero hns dnium.
Datum est ei. i. a deo pmissum. ut sueret. i.
auferret. pacem de terra. q turbata fuit ci-
uitas et romanum impiu pp sua malefitia. et
vt inuicem se interficiant. Nam ex ottone
sue pfidie ipo interfecto. otho. galba vitellius
voluerunt sibi vsurpare impiu et ex eorum pugn
adinuice valde multi fuerunt interfecti. et
datus est illi gladius magnus. i. ptas inter fi-
ciendi xpianos s. nam ipe primam psecutione
mouit contra ecclam loquendo de psecutionibus
motis p imperatores romanos. na ana psecucoz
sustinuerat p iudeos. Mandatum vero crudele
gaij supra positum non fuit directe ct ecclam
s contra habitantes iudeam quorum pauci compa-
tiue erant xpiani nec etiam mandatu illud
datum fuit executioni. et io prima psecutio
ecclie attribuitur neroni. Claudius etiam
imperator qui fuit medius inter gaiu et nerone

non legitur fecisse xpianis aliqm psecutione. Nero
apostolorum pncipes. s. petrum et paulum occidit.
et multos alios xpianos rome et p impiu
occidi fecit. Et cum apuiss. hec e 3a. ps
in qua describitur ecclie status sub tito tn dr
claudiui tertiu cal. i. patriarcham primi ecclie
allexandrine. s. beatu marchum sm q in li.
illustrium virorum hr. et ecce equus niger. i. ex
ercitus romanus qui dr niger effectiue sicut sol
dr calidus. exercitus eni romanus sub tito in tm
afflixit habitantes ihrlm q fuerunt denigrati
et alijs afflictionibus sm q refert iosephus
lo. de iudaico bello. et qui sedebat sup eum.
s. titus regens illum exercitum habebat statera
in manu sua. i. diuinam iustitiam quam
ope exequebatur. Nam ex ordine diuine iustie
processit q exercitus romanus iudeos ptim occidt
et ptim captiuauit in vindictam mortis xpi
sicut manifeste pdixit luc. 19. Ecce veniet
dies in te et circumdabunt te inimici tui etc.
q tn hoc erat pter intentione titi et exercitus
sui qui pp aliam causam venerut cotra iudeos
s. pp rebellione ipsorum contra impiu romanu
ut pz p iosephum lo. de iudaico bello. io dr.
q hebat stateram in manu. et no in mete
nam exequebatur stateram diuine iustitie
mo pdicto. p manu eni opus intellr q per
eam efficitur. et audiui tanq vocem de medio
quatuor animaliu. i. de throno dei in cuius circuitu
erant quatuor animalia ut dictum e supra ca.
4o. et p hoc designatur q factum titi contra
iudeos procedebat ex ordinatione diuina a qua
procedit malum pene sm illud quod dr amos.
3o. non est malum in ciuitate qd non fecerit
dns. bilibris tritici denario vno etc. Ad intellm
huius sciendu q dicit hugo floriacensis de fine
belli romanorum contra iudeos. ffessi demq romani
multa cede querebant quibus mancipia captiua
venderent. s q plurim venales et pauci com-
mebantur emptores no defuere qui xxx.
mancipia vno numismate mercarentur
vt sicut dnm emerat xxx. denarijs sic ergo
p denario vno xxx. venderent. sunt aut
numisma et denarius idem vt h. ca. xx. dnte

dō. ondite michi numisma census subdē. at
illi obtulerūt ei denariū dicebatur aūt denar9
eo q valebat decem nūmos vsuales. Item nōnd
q bilibris est nomen compositum ex bis & libra
quia continet duas libras. quinq3 vero iudei
hic p vnam libram designantur eo q quinq3 lib
moysi ab omnibȝ iudeis recipiuntur. Alios aūt
libros iudei non recipiūt qui saducei dr. est
ḡ sensus. bilibris tritici denario vno &c. quia
sicut de venalibȝ iudeis viliorib3 qui p ordeū
quod est vile granū designantur. xxx. p vno
denario dabantur ut dictum est ita. x. de for
tioribȝ et aptioribȝ ad sruend p vno denario
vendebantur. et vinū et oleum ne leseris. p
vinū quod est letificatiū intelliḡ x̄piani qui
replebant gaudio spūali s̄m q dr̄ Act. 13. dis
cipuli vero replebantur gaudio et spū sancto.
et sil̄r p oleum pp̄ pietatis & mutue caritatis
obsequiū s̄m q dr̄ act. 4. quotquot enī poss
sores domorum et agrorum erant vendebant affe
rentes p̄cia eorum et ponebant ad pedes aplorum
qui dividebant singulis put cuiq3 opus fuerat
et isti non fuerūt lesi p exercitum titi. nā ante
eius adventum x̄piani habitantes in ihr̄lm
et in iudea moniti angelico trāsierūt vltra
iordanē in ciuitate nomine pellam in regno
agrippe regis qui confederatus erat romis.
Et cum aperuiss. Hic incipit p̄s 4ta in qua
describit status ecclie tpre domiciani qui scdā
psecutionē mouit contra ecclīam et multa
alia mala fecit in impio romano dr̄ ergo. Audivi
vocem. 4ti. animalis. i. patriarche seu epī constan
tinopolitani iam defuncti sicut dictum est de
alijs tribȝ. et ecce equus pallidus. i. populus ro
manus. Domicianus enī magnam ptem sena
torum et aliorum nobilium in exiliū misit et
interfecit imponens eis crimina ut sic raperet
eorum bona. pp̄ q ceteri rome et alibi erant
in magno timore positi ne silr̄ eis fieret. timor
aūt facit exteriora membra pallida et potissīe
faciem. pp̄ q romanū impium pro tpre illo
significatur p equū pallidum et qui sedebat
desup. s. domicianus imperator. Nomen illi mors.
actiue et passiue. quia multos innocentes
interfecit ut dictum est. et potissime x̄pianos
contra quos mouit scdam psecutionē et finaliter
interfectus fuit a senatu romano pp̄ suam cru
delitatem. ut hr̄ in legenda bti Iohis euāgeliste
Et infernus sequebatur eum. q post cursum
pntis vite statim captus est ad penam gehēne.
Et data est illi ptās sup quatuor ptes terre.
In quibȝ erat imperiū romanū. Interficeret
gladio. Nam in omnibȝ istis ptibȝ multi x̄pani
gladiati fuerūt de mandato eius. & fame. q
multi in carceribȝ fame cruciati mortui sunt.
et bestijs terre quia plures eorum devorandi bes
tijs tradebantur. sicut patet in legendis plurium
martirum. et quia pluribȝ alijs modis aliqui
martirizabantur. s. suspensione submersione
combustione et huiusmoi. Ideo interponitur. et
morte. ut omnis modus affligendi martires
includatur. // Ex predictis vero patet q sic
zacharie. vi. p equos in colore quadruplicit
variatos designata fuerūt quatuor regna
ut dictum fuit ibid. sic in isto loco p equum
album designatur regnū x̄pi put fuit in cetu
aplorum et credentibȝ primis. per alios tres
equos romanū impiū cuius status fuit vari
atus in tribȝ tpribȝ. // Et cum aperuisset
quintum. Hic incipit quinta p̄s in qua descrbr̄
ecclie psecutio a traiano imperatore qui domi
ciano successit usq3 ad diocletianū. Iste enī
traianus tertiam psecutionem exciuit cont
ecclīam. marcus anthonius quarta. seuerus
quintam. Maximinus qui est maximianus sexta.
decius septima. valerianus octauam. aurelianus
nonam. licet aūt multi imperatores intmedij
fuerint inter istos quorum tempibȝ multi x̄pani
fuerūt martirizati isti tn̄ spāliter dr̄ pse
cutores x̄panorum extitisse quia fecerūt & reno
vauerūt edcta contra x̄panos. Alij vero non sic. et
io q aliqui tpribȝ suis fuerūt martirizati
hoc fuit ex edictis precedentiū imperatorum que non
erant revocata. Tempibȝ igitur istorum impa
torum non erant ecclie nec altaria stabilia
s3 in locis occultis et potissime in martirum
criptis in quibȝ sup corpa eorum ibidē sepulta
portabatur et erigebatur altare ligneum

pro celebratione missarum et hoc est quod dicit
Et cum aperuisset quintum sigillum vidi subtus
altare animas interfectorum id est martires inter
fectos. eo quod erant ibi corpora eorum et est similis
modus loquendi sicut exo. i. omnes anime que
egresse sunt de femore iacob id est homines huius
anime eorum non fuissent de femore iacob que
non sunt extraducte sed a deo per creationem infuse
corporibus egressis de iacob per generationem propter verbum
dei. quantum ad doctores qui fuerunt marti
rizati propter predicationem verbi divini. et propter testimonium
quod habebant. quantum ad simplices christianos
qui martirizabantur eo quod nolebant negare
christum sed magis protestabantur se credere in ipsum Et
clamabant voce magna etc. Iste clamor non
est aliud quam manifestatio nequitie tyrannorum
coram deo merito puniende et innocentie mar
tirum premiande sicut dixit dominus ipsi caym gen.
4º. Ecce vox sanguinis fratris tui abel clamat
ad me de terra id est eius innocentia declarat
tuam nequitiam puniendam in mortem eius
vindictam. ideo subditur Usquequo domine sanctus qui es
sanctus et verus non vindicas sanguinem nostrum de
hiis qui habitant in terra id est de tirannis domi
nantibus super terram. et date sunt eis singule stole
albe quod cuilibet data est gloria anime. Et dictum est
illis ut requiescerent. corpora eorum in monu
mentis. Tempus adhuc modicum. scilicet usque ad
iudicium quod dicitur modicum eternitati comparatum
propter quod Joh. i. ca. 2º. dicit. Filioli novissima hora
est. tunc enim resurgent in corporibus gloriosis
et sic habebunt secundam stolam que est gloria corporis.
donec compleantur etc. Nam postea propter nomen
christi multi sunt interfecti et adhuc plures
interficientur in persecutione antichristi. Et
cum aperuisset. hic generaliter describitur status ecclesie sub
diocletiano qui decimam persecutionem movit contra
ecclesiam cum collega suo maximo et ista per
secutio fuit atrocior precedentibus in tantum
quod infra xxx. dies xvii. milia promiscui sexus
leguntur martirio coronati. et hoc est quod
describit Johannes sub apertione sigilli sexti et dividitur
in duas partes. quia primo describitur immanitas
persecutionis. 2º suavitas divine consolationis

ibi. Post hoc vidi. Circa primum dicitur. terremotus
factus est magnus. quia in omnibus partibus imperii romani
ex imperio diocletiani et maximiani moti sunt
iudices et potentes ad interficiendum populum christianum. et
sol factus est niger etc. christus qui est sol iustitie
denigratus est quantum ad famam nominis et
etiam in membris suis quibus imponebatur
quod erant malefici et magi et in hoc a christo edocti
per apostolos aliosque discipulos quos docuerat de talibus
ut dicebant infideles et sic quantum erat in se
nomen christi denigrabant. Et luna tota facta
est sicut sanguis. quia tunc ecclesia tota fuit
sanguine martirum rubricata. Et stelle ceciderunt
de celo id est multi eminentes in ecclesia timore
mortis inclinati fuerunt ad ydolatrandum. unde
et marcellus papa tunc timore mortis ydolis thu
rificavit. et per hoc creditur quod plures alii
sibi fecerunt. Verumptamen beatus marcellus penitentia
ductus postea martirium pro christo sustinuit
et cessavit episcopatus romanus septem annis et sex
mensibus propter immanitatem persecutionis illius
sicut ficus emittit grossos suos cum a magno
vento movetur. Dicuntur autem grossi ficus primi
temporis et immature que de facili cadunt a magno
vento concusse. tunc autem flavit in ecclesia ventus
tempestuose persecutionis. et celum recessit
sicut liber involutus. Celum hic dicitur ecclesia presentis
temporis sicut et mt. 13. simile est regnum celorum thesauro
abscondito in agro etc. secundum quod exponit gregorius
omel. 27. quia christiani tunc se occultabant quantum
poterant exceptis valde paucis qui ex magno
fervore se martirio offerebant. et omnes montes
et insule de locis suis mote sunt. quia super
montes et rupes quasi inaccessibiles et in
insulis mari clausis ubi fugerant christiani
querebantur et exterminabantur et sic dicuntur
ista loca mota propter motionem habitantium sicut
dicitur pisum facere vel pati eo quod populus inhabitans
agit vel patitur. Et reges terre et principes etc.
In omnibus enim partibus orbis iam diffusa erat
fides catholica ut supradictum est. et de omni
statu hominum maiorum minorum et mediocrium aliqui
crediderant qui rabie persecutionis mote per
maximianum et diocletianum se fentes querebant

se abscondere in locis cavernosis sub montibus
ideo subditur. Absconderunt se in speluncis et
aliqui etiam eorum timentes ibi capi et longo
cruciatu ad mortem deduci desiderabant mori
breviter supposita tamen dei voluntate ne vi tor
mentorum inclinarent ad xpistum negandum et
hoc desiderium exprimitur cum subditur. et
dicunt montibus et petris cadite super nos ab
scondite a facie sedentis super thronum. irati
contra nos licet in deo non cadat ira proprie
dicta tamen irasci methaphorice contra aliquos quando
flagellat eos quasi ad modum irati se habet tamen quando
flagellat electos hoc facit magis ex sua be
nignitate ad augmentum meriti ipsorum ac premii.
et ab ira agni. id est hominis xpisti qui videbatur
irasci contra suam ecclesiam modo dicto. Quoniam
venit dies magnus ire ipsorum. id est temporis persecutionis
magne ab eis premisse. et quis poterit stare.
quasi dicat valde pauci. Ceciderat enim marcellus papa
qui caput erat ecclesie ut predictum est propter quod
videbatur difficile quod alii inferiores possent
stare. Aliter autem exponitur ab aliquibus illud.
et dicunt montibus et petris cadite super nos
etc. quod per montes et petras intelliguntur sancti qui
iam erant in patria qui dicuntur montes propter suam
exultationem ad celestia et petre propter confir
mationem in bono quorum suffragia postulabant
fideles in persecutione posita et sic est sensus.
et dicunt montibus et petris id est sanctis. Cadite super
nos. id est condescendite nobis. Et abscondite
nos a facie etc. id est protegite nos orationibus
vestris erga deum et agnum ut cesset a nobis ra
bies huius persecutionis. Sed expositio prima
videtur litteralis.

VII

Post hec vidi. Postquam de
scripta est acerbitas persecu
tionis hic consequenter describitur
suavitas consolationis
que facta est in ecclesia dei tempore constantini
ex helena nati et dividitur in duas partes. quia
primo ponitur hec consolatio quantum ad existentes
in ecclesia militante. secundo quantum ad existentes in
ecclesia triumphante ibi. Post hec vidi turbam
Prima ad hunc in duas quia primo premittitur

persecutio brevis quatuor tyrannorum in diversis
partibus imperii romanum dominantium. secundo eorum re
pressio per constantinum ibi. Et vidi alterum.
Circa primum sciendum quod sicut dicitur in ecclesiastica
historia . 9. libro. Postquam dioclecianus et maximianus
deposuerunt insignia imperii constituti sunt
imperatores scilicet galerius et constantius. Galerius
autem duos cesares instituit scilicet severum in
ytalia. maximinum in oriente. Constantius
autem ex helena genuerat filium nomine constan
tinum qui mortuo patre factus est imperator
et assumpsit in consortium imperii licinium qui
licet primo fuerit pacificus xpistianis tamen
cito postea factus est persecutor. maxentius
vero rome tyrannizabat et sic erant quatuor
persecutores ecclesie in quatuor partibus imperii
scilicet maximinus in oriente severus in ytalia
maxentius rome licinius allexandrie que est
in egipto. Item notandum quod homines maxime
potentes et in dignitate constituti in hoc
libro frequenter nominantur angeli sicut
dictum est super . capitulo 2. de episcopis VII. ecclesiarum qui angeli
nominantur. et si sunt boni sunt angeli dei
et si mali magis sunt angeli sathane saltem
pro illo tempore quo sunt mali sicut dictum est
super 3. capitulo de angelo sardis nomen habes quod
vivas et mortuus es. Hoc igitur modo qua
tuor persecutores ecclesie dicti nominantur hic
angeli cum dicitur. post hec vidi quatuor angelos
stantes. id est dominantes. super quatuor angulos terre.
id est quatuor partes imperii ut dictum est. Tenentes
quatuor ventos terre ne flarent. id est impedi
entes doctores ecclesie ne verbum dei predica
rent. de quo flatu dicitur cantica 4. surge aquilo
et veni auster perfla ortum meum et fluant
aromata illius quia per flatum predicationis fe
cundatur ortus ecclesie militantis. super terram
nec super mare nec in ullam arborem.
xpistianorum enim aliqui habitabant in arida
aliqui in insulis maris et aliqui in silvis
persecutione fugientes et omnes isti designantur
nominibus locorum istorum sicut habitantes civitates
designantur nomine civium. Unde communi modo loquendi
dicitur. parisius facit tale festum. id est populus civitatis

ibi. Et vidi. hic ponitur describere dictorum 4or
tyrannorum repressio circa quam primo ponitur
repressionis actus. 2o subditur sequens fructus
ibi. Et audivi. Circa primum premittitur reprimentis
conditio cum dicitur. Et vidi alterum angelum .i.
imperatorem constantinum. ascendentem ab ortu
solis. nam ex ordinatione solis iustitie ascendit
ad dignitatem imperialem ut careret pace ecclesie.
habentem signum dei vivi .i. signum crucis christi
Scribitur enim ecclesiastice historie li. 9. quod con
stantinus veniens romam contra maxen
tium ibi tyrannizantem et frequenter cogitaret
de dispositione belli et pro victoria exoraret
deum celi quamvis nondum esset baptizatus as
piciens in celum vidit signum crucis rutilans
et cum miraretur de insolita visione vidit
angelos astantes et dicentes sibi: In hoc signo
vince. tunc de victoria futura securus signum
crucis sicut viderat depingi fecit in militari
bus vexillis et sic procedens contra maxe
ntium optinuit plenum triumphum. et clamavit
voce magna quatuor angelis .i. quatuor tyrannis
predictis. Quibus datum est .i. permissum nocere
terre et mari .i. christianis habitantibus in terra
arida et in insulis maris. d. nolite nocere
etc. Nam istos quatuor tyrannos repressit a
nocumento christianorum aliquos debellando sicut
dictum est de maxentio et idem postea ac
cidit de licinio contra christianos crudeliter insur
gente in allexandria et egipto. alios autem
duos suo mandato deterrendo. et hec habentur
ecclesiastice historie. 9. li. quoadusque assignemus
servos dei nostri in frontibus eorum. Constantinus
enim a beato silvestro baptizatus honoravit et ex
altavit ecclesiam et potissime sacerdotes
et alios ecclesie ministros et multa privilegia
christianis dedit. et sic exemplo et verbo multos
ad baptismum induxit et sic per ministerium sacerdotum
eos servos christi consignavit. Sciendum autem
quod hec dictio quoadusque non tenetur hic finite
sic intelligendo quod signatis fidelibus tempore con
stantini perdicti quatuor tyranni perdicti deberent
redire ad persecutionem ecclesie sicut cum dicitur sedeas
hic quoadusque veniam per quod designatur quod me

adveniente non debeas amplius sedere. sed
tenetur indefinite sicut cum dicitur. Iste non pe
nituit quoadusque vixit .i. numquam penituit.
quia post mortem penitere non potuit. Et audivi
numerum signatorum. hic ponitur describere dicte re
pressionis fructus qui est multiplex credentium
christo et dicunt expositores aliqui quod hic primo
ponitur numerus conversorum ad christum de iudaismo
et io subditur. ex omni tribu filiorum israel et postea
cum subditur. post hec vidi turbam magnam
etc. ponitur multitudo conversorum de gentilitate
que fuit multo maior quasi incomparabiliter quam
de iudaismo. Sed salvo meliori iudicio primum
non videtur racionabile dictum quia ante tempora con
stantini iudei iam erant in sua infidelitate
obstinati propter quod non videtur quod tempore constantini tot
fuerint baptizati sicut dicitur hic 144or milia. Item
quia ex qualibet tribu excepta tribu dan loco
cuius nominatur tribus ioseph dicitur 12 milia
signati. et tamen secundum hebreos et latinos decem
tribus fuerunt captivate et inclusi ultra
montes caspios et sic de illis non videntur
tunc aliqui fuisse baptizati. similiter secundum de con
versione gentilium non videtur probabile dictum.
quia textus dissonare videtur in pluribus
ut magis videbitur prosequendo. sic ergo quantum
michi videtur ad presens in hac prima parte describitur
multitudo conversorum ad christum tempore constantini
de quacumque gente vel natione qui per baptismum
sunt nomine israel censendi quod predixit ysaias 44.
effundam spiritum meum super semen tuum et benedictionem
meam super stirpem tuam et germinabunt
etc. iste dicet domini ego sum. et ille invocabit
nomine iacob. et hic scribet in manu sua domino
et in nomine israel assimilabitur quod intelligitur
de gentilibus conversis ad christum sicut ibidem plenius
fuit dictum. hoc etiam dicit apostolus Ro. 2o.
Non est qui in manifesto iudeus est neque que
in manifesto in carne est circumcisio sed qui in
abscondito iudeus est .s. per fidem christi et circum
cisio cordis in spiritu .s. per recisionem viciorum. et
sic patet quod nomine israelis secundum rem et veritatem transit
ad populum in christo regeneratum et per eius nomina 12
tribuum israel ad 12 apostolos novi testamenti qui correndet

12. patriarchis veteris testi. Tribus vero dan hic
omittit eo q de ipa dr antixpus nasciturus
Sciendum etiam q tum dr hic 144. milia
signati ponitur nus determinatus p indeter
minato. Nam multo plures tpribus illis p diuisas
partes orbis fuerunt bapti sicut supra ca. 4.
p 24. seniores intelligit vniuersitas prela
torum ecclie que e multo maior sicut dtm
fuit ibidem huius vero dicti pz lra. Post
hec vidi. hic qnte describit consolatio xpianorum
ad xpentes in ecclia triumphante nam sicut
post psecutionem acerbissimam tpribus diocle
ciani et maxiani facta e consolo magna
in ecclia militante p constantinum pacem ei
tribuentem sic in ecclia triumphante de mr
tiribus illius tpris facta est leticia magna
p xpm aias eorum suscipientem. Igit hec lcio
primo describit 2o. Johes de hoc plenius instru
itur ibi. et dixit. Circa primum dicit. post
hec vidi turbam magnam. martirum quam dinu
merare nemo poterat. tpribus em diocletiani
et maxiani tot fuerunt martirizati q per
homines non potuerunt ad certum numeri. Nam
infra xxx. dies leguntur 17. milia mar
tirizati ut dictum e supra. Vna etiam vice
maximianus interfecit legionem thebeorum
In qua erant vj. milia. 600. et 66. milites
xpiani. Iudices etiam in diuersis partibus de man
dato istorum impatorum tot interfecerunt xpia
nos q non poterant sub certo nuo redigi
nam diocletianus legitur 20. annis impasse.
ex omnibus gentibus et tribubus et pplis etc. ex
hoc vr q non agitur hic de conuersis et genti
litate tantum sicut dicunt aliqui sz de marti
rizatis p diocletianum et maxianum inter quos
fuerunt aliqui de iudaismo conuersi ad xpm et
de oi pplo et gente. stantes ante thronum. per
clarum diuinitatis aspectum. et in conspectu agni.
qr sicut beati refitiuntur interius in aspec
tu diuinitatis ita exterius in aspectu humanitatis
xpi sm q dicit aug9 sup Ioh. amicti stolis
albis p gliam aie. q p stolam albam designat
ut dictum est ca. precedenti. et palme in mani
bus eorum. insignum pferte glorie victorie que

non hr. in vita pnti In qua hoies quatumcumque
sci sunt semp impugna. et sic non loquitur
hic ut vr de baptis xpentibus in via sz de mar
tiribus xpentibus in patria. Et clamabant voce magna.
Nam melius est laus dei continua dicentes.
Salus deo meo etc. i. salus quam habemus in est
nob a deo et agno. et omnes angeli stabant
in circuitu throni. tamquam pati ad exequendum
voluntatem dei. et seniorum et quatuor aia
lium. i. epor et patriarcharum iam in celo reg
nantium. et ceciderunt in conspectu throni etc.
gras agentes deo de triumpho martirum dicentes
amen. Post laudem martirum sup positam.
salus deo nro etc. et subdit eorum laus cum dr
Benedictio. i. laus. Et claritas. i. diuulgatio
nominis. et cetera q sequitur. simplr attribuantur
deo meo in scla sclorum. non est p hoc intelli
gendum q ex creaturis aliquid accrescat
deo in se ipo sz tm in effectibus suis. Et
respondit vnus. hic qnte Iohes de dictis martiribus
instruitur plenius cum dr. Et respondit vnus de
senioribus. sm illos qui dicunt q lca immediate
precedens loquitur de conuersis ex gentilitate tpre
constantini iste senior fuit btus siluester
sz hoc non vr conuenienter dtm quia Iohes
non fuit instructus a bto syluestro p multa
tpra post nasciturus quia floruit tpre con
stantini qui cepit impare Anno dni ccco x.
et ideo vr melius q iste senior fuit btus petrus
qui dr vnus senior. i. primus inter platos
ecclie sicut dictum e supra c. qrto. hij qui
amicti sunt stolis albis qui sunt etc. q. d.
tu debes scire. et dixi illi dne mi tu scis
qui regnas in glia cum eis. nam an re
uelationem Iohi factam p martirium transie
rat ad gliam ut ostensum est e. ca. h. q. d. Iohes
tu qui scis me doce de ipis et dixit michi
hij sunt qui venerunt de tribulatione magna
xpentes de mundo p p martirium tpre diocle
tiani et maximiani impatorum quia tunc
fuit tribulatio maxima ut pdcm e. ex hoc
etiam vr q non loquitur de conuersis ad fidem
tpre constantini quia tunc non fuit ecclie
tribulatio sz maxima consolo. pp qd loquitur

sicut dixi de martiribus tempus predictis. ideo secundo.
et laverunt stolas suas et dealbaverunt eas
in sanguine agni. propter quod eorum sanguis fuit ef-
fusus. et ideo mito dicitur sanguis agni quod est
sanguis membrorum ipsius in quibus dicit se per-
secutionem pati act. 9. Saule. saule quid me
persequeris. martires autem predicti acceperunt
primam stolam .i. anime gloriam ut supradictum est.
per effusionem sui sanguinis. ideo sunt ante thro-
num dei. videntes eum facie ad faciem. et
serviunt ei die ac nocte in templo eius. quia
ibi est laus iugis post ortum. 3. beati qui
habitant in domo tua domine in secula seculorum lau-
dabunt te. et qui sedet in throno .s. deus
habitat super illos. quia non possunt ab eo
evelli. non esurient neque sitient amplius
etc. .i. nullam tribulationem aut inquietu-
dinem patientur amplius. nam in beatitudine
quietatur appetitus. quoniam agnus qui est in medio
throni .s. christus reget eos. immediate. fideles
autem in terra existentes aquarum gratiarum mundo in
eis gloriam anime quousque tamen hoc accipiant
gloriam corporis in futura resurrectione.
et tunc ducunt in fontibus aquarum vite per du-
plicem gloriam .s. corporis et anime. et absterget
deus omnem lacrimam. nam ultra non habebunt
aliquid tristicie materiam sed plenam et perfectam
consolationem. contra hanc expositionem
quam posui ex textu possit argui primo quod dicitur
Post hec vidi turbam magnam etc. ex quo
videtur quod non loquitur de martiribus tempus con-
stantini precedentibus de quo ante fecerat men-
tionem. sed magis de conversis ex gentilitate
tempore ipsius sicut dicunt expositores aliqui
2o. quia infra. 21. Iohannes loquens de civitate
celesti dicit. Et templum non vidi in ea.
hic autem dicitur. et serviunt ei die ac nocte in templo
eius. ex quo videtur quod non loquitur de martiribus existen-
tibus iam in patria sed de fidelibus qui sunt adhuc
in via. Ad primum dicendum quod cum dicit
post hec vidi etc. li post non refertur ad or-
dinem rei sed ad ordinem visionis seu descriptionis
Illa enim que sunt prius facta frequenter sunt
posterius considerata prophetis et descripta sicut ma-

nifeste patet in scriptura veteris ac novi testa-
menti propter quod non valet argumentum. Ad 2m dicendum
quod post illud verbum iohannis subditur immediate
dominus enim deus omnipotens templum illius est et agnus
ex quo patet quod per verbum Iohannis non excluditur
a civitate celesti templum omnino. sed tamen templum
materiale et figurale quale fuit in veteri testamento
respectu novi et in novo respectu celi. cultus
enim dei in novo testamento est quedam figura et
representatio cultus ipsius sive laudis ab angelis
sanctis et beatis in celo et quia cultus celi
non est ad aliud ordinatus ideo nullo modo est figu-
ratinus quia ibi deus colitur et laudatur ut
clare et principale visus sine figura et enig-
mate et sic negatur ibi templum figurale
et dominus omnipotens dicitur templum eius sic plenius oste-
detur quando erimus ibi domino concedente.

VIII

Et cum aperuisset. postquam
supradictum in apertione sex
sigillorum descripta est ecclesie
pugna contra tirannos
ut patet ex predictis. hic consequenter describitur ecclesie pugna
contra hereticos sub apertione septimi sigilli
Ista tamen divisio non est precisa. nam a
tempore apostolorum contra ecclesiam surrexerunt
heretici ut patet ex supradictis in apostolorum epistolis
et post tempus constantini fuerunt et erunt
aliqui tiranni. sed hec distinctio accipitur
secundum id quod principaliter describitur in pre-
cedentibus et subsequentibus heretici vero futuri
sunt inter christianos usque ad finem mundi. sicut
ostendit salvator mt. 13. per parabolam zizanie seminate
in medio tritici qua noluit eradicari usque
ad messem per quam intelligitur tempus iudicii
propter quod pars ista in principali durat usque ad
finem seu terminum libri. et dividitur in duas
partes nam primo describitur status ecclesie iudicium
precedens. 2o. iudicium concomitans. 19. capitulo ibi. Et
vidi thronum magnum. 3o. subsequens ibi. 21.
Et vidi celum. prima dividitur in duas partes
nam primo describitur pugna inter ecclesiam et
hereticos dictos proprie. 2o. inter ipsam et hereticos
dictos extenso nomine capitulo 12. prima adhuc

in duas nam primo agitur de inventoribus heresum
2o de fautoribus eorum ca. 9. prima adhuc in
duas quia primo continuat se predictis 2o prosequitur
de hereticis ibi. et vii. angeli. In precedenti vero
parte duo sunt dicta de statu ecclesie s. persecutio
tirannorum et consolatio sequens per constantinum
primo quod se continuat primo postea 2o ibi. Alius an
gelus. Circa primum ponitur quedam brevis
persecutio post tempus constantini excitata
per iulianum apostatam qui interfecit paulum
et iohem et plures alios et multa mala et
dampna intulit xpianis et de ipso dicitur hic
factum est silentium magnum in celo i. in ecclesia
militante que frequenter in hoc libro celum no
minatur ut predictum est. Iste enim iulianus
precepit ecclesias claudi prohibens divinum officium
sollempniter celebrari et sic factum est silentium
in celo. quod tamen iulianus apostata parum imperavit
s. anno uno et sex mensibus secundum [illegible] ideo
subditur. quasi dimidia hora. nam ipso in bello
persarum interfecto aperte fuerunt ecclesie et recepit
religio xpiana gaudium ut habetur in legenda
sanctorum martirum iohis et pauli. Con
ponitur continuatio ad sequentia cum dicitur.
Et vidi septem angelos etc. de istis vero vii.
angelis et eorum tubicinijs dicitur in sequentibus
sigillatim. Et alius angelus. hic ponitur
continuatio ad secundum precedens quod fuit
ecclesie liberatio per constantinum ad quam se
cuta fuit ecclesiarum edificatio et divinorum
sollempnis celebratio. ad hanc autem celebri
tatem addidit damasus papa qui satis cito
post tempus iuliani apostate prefuit ecclesie ro
mane et ordinavit ut omnes ecclesie psalmos
nocte dieque canerent et ut in fine psalmorum
diceretur. Gloria patri et filio etc. papa quod de ipso dicitur.
et alius angelus s. papa damasus qui fuit aliquis
a vii. predictis. venit et stetit ante altare. quod
prefuit ecclesie romane habens thuribulum au
reum i. cor deo devotum secundum illud ps. 140.
dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu
tuo. et data sunt ei incensa multa que sunt
orationes sanctorum. nam per auctoritatem apostolicam a deo
sibi datam orationes sanctorum augmentate sunt
et multiplicate per orbem ut dicet super altare
aureum quod est ante thronum. ad summum enim pon
tificem pertinet referre devotionem populi in deum
cum sit caput universalis ecclesie. et accepit
angelus thuribulum et implevit illud de
igne altaris nam a deo accepit donum fervide
caritatis. et misit in terram quia ex fervore
caritatis a deo accepte induxit ad fervorem
devotionis habitatores terre ut dictum est.
et facta sunt tonitrua sancte predicationis
et voces divine laudis. et fulgura corusca
tionum miraculorum. nam illo tempore multi pre
lati et alij devoti habuerunt gratiam miracu
lorum in ecclesia dei. et terremotus. Quoniam per
ista mota fuerunt corda terrena ad opera
tionem boni. Consequenter ponitur continuatio
ad sequentia cum dicitur. et vii. angeli de quibus
statim dicetur postea. Et primus angelus.
hic igitur sequitur de heresiarchis et licet multi
fuerint tamen de quatuor tantum facit mentionem
expressam contra quos quatuor generalia
concilia et principalia fuerunt congregata. et
secundum hoc dividitur in quatuor partes que patebunt
prosequendo in hac parte prima fit mentio de arrio
qui superbia inflatus errorem asseruit contra
articulum sancte trinitatis s. quod sicut pater
et filius et spiritus sanctus sunt distincti in
personis ita et in essentijs et sic solus pater esset
verus deus. filius et spiritus sunt creature et
[illegible] possunt dici deus nisi tantum participatione.
Contra hunc errorem congregatum est generale
concilium 319. episcoporum in nicea civitate bithinie
et condempnatum est ibi dogma perversum arrij
non tamen ab errore desiterunt plures eius discipuli
Sed eum renovantes fecerunt etiam plures principes
et imperatores persecutionem contra catholicos
moventes ut in sequentibus apparebit. De hoc
igitur arrio dicitur. Et primus angelus i. arrius
nam homines mali ita notantur in hoc li.
angeli sicut et boni ut dictum est in principio ca. li. pre
cedentis. Tuba cecinit. cum magno boatu et
superbia dictam heresim publicando. et facta est
grando i. grandis tempestas que nomine grandinis
frequenter etiam vulgali locutione designatur.

in ecclia que per hoc fuit intra se diuisa
Vn dr 10 · li° · ecclastice historie ea tempestate
facies ecclie feda et ad medium turpis erat
Non eni sicut prius ab exterius s; a ppriis vasta
batur fugabat alius et alius fugebatur et
vterq; de ecclia ee se dicebat · et ignis mixtus
sanguie · i · ignis emulatois ex qua secuta e
effusio sanguis et potissime tpre valentis im
patoris qui lapsus in hesim arrianam psequebatur catholicos eorum aliquos comburendo · et
alios gladio occidendo · et aliis modis variis
affligendo · et tercia pars terre combusta est ·
dr aut h' tercia ps terre xam · alie due ptes
iudei et pagani qui legem moysi no habuert
nec fidem xpi receperunt · Igr de tercia pte
que dr xanitas loqtur hic Johes que igne
arriane pfidie fuit corrupta in laicis qui
p terram designantur eo q terrenis actibus
sunt iceti et in platis et clericis qui signifi
cantur p arbores eo q p cognitionem scripturarum
sunt sup alios eleuati · p feni viride intellgat
nouelli ad xpianitatem dispositi et hii fuerunt
pplus gotorum qui volens xpiani fieri misit
ad valentem impatore p sacerdotibus xpianis
hndis qui docerent eos de fide catholica et
ecclasticis sacramentis et ipe misit eis pbros
arrianos sicut ipe arrianus erat qui corru
perut eos heresi arriana · ideo dr · Et tercia
pars terre combusta e · zc · et pz ex dictis lra ·
// Et scdus angelus · hic gnr agr de scdo
heresiarcha · s · macedonio qui differebat ab
arrio dicens filium ee eiusdem nature cum
pre s; conueniebat cum eo d · spm scm ee cre
aturam et suu filii io de ipo dr · et scds angelus
· i · macedonius qui dicitur angelus sathane ·
Tuba cecinit · i · flatu supbie motus errore
docuit · et tamq mons magna · i · hesis mag ·
ardens igne · s · pfidie · missus est in mare
· i · in ecclia ybe bapti p mare designata eo
q mare est receptaculu omniu aquarum · et
ecclia vncta est p bapti sacrm · et facta e
tercia pars maris sanguis · i · destructa
est tercia pars aq baptismal · Accipiendo tn
partem valde large · baps aut confert in

noie trinitatis cuius tercia ps e spus scus
qui scdm errorem macedonii dr destrueri
p quem asseritur creatura et similis con
dicionis ut dictum est et mortua est in eo
· i · in errore dicto · Tercia ps creature · quia
multi p bapm regnati et noua creatura
facti corrupti fuerut p errore macedonii et
tercia pars nauiu interiit · q magna ps
platorum et curatorum p quos duci debent alii
ad salutis portum corrupti sunt p errore
dcm · Contra hunc vero macedonium con
gregata fuit scda vniu salis synodus in con
stantinopoli · 150 · eporum in qua dictus error
fuit condempnatus · // Et tercius angelus
hic gnr agr de tercio hesiarcha · s · pelagio
qui tpre archadii et honorii errauit circa
gram spus sancti asserens q sine ea poterat
homo ex puris nalibus mereri vita etnam
dicebat etiam q pueri nascuntur sine culpa
originali · et p gns q a culpa non purgat
aqua bapali · de hoc ergo dicit · Et tercius angelus
· i · pellagius tuba cecinit exponatur vt prius ·
et cecidit de celo · i · de ecclia militante que
frequenter celum nominatur in scriptura noui
testamenti ut supradictu e · de hoc eni celo
cecidit pelagius in errore predictu de quo
subdr · stella magna · fuit eni homo litteratus
et religiosus · s · monachus · ardens tamq fac
cula · Multos enim corrupit roe litterature
et roe apparentie sanctitatis in habitu re
ligioso & conuersatione · Et cecidit in tercia
ptem fluminu zc · p fontes et flumina de
signatur ecclia bapalibus aquis congregata
et sanctificata · et nomen stelle dr absinthium ·
q contra dulcedinem gre spus sancti pre
dicabat · et facta e tercia pars aquarum in
absinthium · q magna ps ecclie corrupta
fuit p eius dogma puersum et multi homines
mortui sunt spualr · de aquis · i · de eius
dogmatibus puersis · Quia amare facte sunt ·
· i · contrarie dulcedini spus sancti spualiter
coniunficati · // Et quartus angelus · hic gnr
agr de 4° · heresiarcha · s · eutice · qui in dno
nro ihu xpo asseruit ee vna natura sicut

et unam psonam. dicens q ex natura dina
et huana in incarnatione facta est una na
p quandam confusione seu commixtionem
sicut ex elis suo mo resultat una mixti na
dina non sit alteri commiscibilis nec aliquo mo
trasmutabilis. Igr de ipo dr. Et qntus angelus
.i. eutices. tuba cecinit exponatur ut s. et p
cussa est pars tertia solis .i. deitatis que dr sol
sap. q. ca. et sol intelligentie non luxit nob
tn hic accipr pars valde large in quantum filius
est una de tribus psonis in dinis qui scdm er
rorem eutic dr pcussus qz scdm ipm no esset
homo neqz deus sicut in mixtum no est aliqd elor
s alia na ex eis resultans. et tertia pars lune
.i. ecce cuius multi simplices infecti et pcussi
fuerut dicto errore. et tertia pars stellarum .i.
epor quor aliqui eutici consenserut et sub
scripserut et sic obscurati tenebris erroris fuit.
et diei non luceret pars tertia et noctis sille. p
diem intellr novu testm et p noctem vetus
Ro. 13. Nox precessit dies aut appinquauit et
est igitur sensus q iste eutices cum suis sequacibus
obscurauerut scripturas veteris et novi testamti
q loquitur de na diuina et huana xo tamq de dis
tinctis et inconfusis eas expo. puersse. Et
vidi. Postq btus Johes locutus est de heresu in
uentoribus. hic gnaliter loquitur de eor fautoribus
et primo pmittit breuem pfatione 2o. psequit
intentione. c. q. Circa primu dicit. et vidi et
audiui vocem unius aquile .i. ipius sancti Johis
qui p aquilam designatur et loquit hic de se
ipo tamqs de alia psona sicut cone legitur in
euangelio suo un ca. vlt. dicit de seipo hic e
discipulus ille qui testimoniu phibet de hijs etc.
volantis p mediu celum. quia vidit ecclie decur
sum ut pdictu est que quidem ecclia in hoc libro
celum noiatur. et dicens voce magna per qd
designatur magnitudo tribulationis future. ve
ve ve habitantibus in terra de ceteris vocibus etc
p quod designatur q sub tubicinio trium ange
lorum sequentiu describitur maior tribulatio q sub
tubicinijs quatuor precedentiu. dicit aut habi
tantibus in terra. quod e coe bonis et malis
nam utrique sunt habitatores terre scdm cursu
vite pntis. Tribulatores enim descripte sub tubi
cinio trium angelorum sequentiu ptim fuerunt
catholicor et ptim hereticor ut videbitur psequendo
. Potest aut pars ista alr exponi ut vox a
quile de qua dr hic fuerit vox cuiusdam scti
patriarche constantinopolitani p aquila designati
ut dictum est s. ca. 4o. que assistente deo vi
dit Johannes que hic ponitur. ceteror expo
non mutatur.

VIIII

Et quintus angelus. hic
btus Johes prosequitur inte
tum de heresu fautoribus
qui dicitur pprie heretici et divid
in tres partes quia primo agit de hereticis dictis
pprie quantum ad vandalos. 2o. quantum ad ytalicos
ibi. et sextus angelus. 3o. quantu ad gothos
11. ca. ibi. et in illa hora. prima in duas
q primo Johes exequitur positum. 2o. declarat
quoddam dictum ibi. et similitudines. Circa
primu sciendum q valens imperator ad cera
gothoru volentium recipere fidem xpi misit
sacerdotes arrianos ut sup dictu e p quos
infecta est gens illa heresi arriana et silr gens
vuandalica que magnam tribulationem fecit
in affrica et postea in ytalia et etiam i gallia
ut hr 21. lo. speculi historialis et in pluribus
cronicis. dicit igitur et quintus angelus .i. va
lens qui cepit imperare anno dni. 367. Et
vidi stellam de celo cecidisse .i. valente qui ex
psuasione uxoris sue de altitudine fidei
catholice cecidit in heresim arriana ut dcm
est qui dr hic angelus et stella sicut s. po. ca.
ijdem hoies stelle dicuntur et angeli. vij. stelle
angeli sunt. vij. ecclesiar. Et data e ei clauis
putei celi abissi .i. ptas reseruandi et exal
tandi heresim arrij condepnata. Nam p ptate
imperialem misit sacerdotes arrianos ad infi
ciendum populos multos vt subdr. Et apperuit
puteum abissi et ascendit fumus etc .i. doc
trina erronea veritatis obscuratiua ideo
subdr. et obscuratus est sol .i. xpus qui scdm
heresim illam negatur ee verus deus ut dcm
e ca. precedenti. et aer .i. ecclia que illuiatur
a xpo sicut aer a sole visibili. Temporibus aut

illis etiam errore arrii fuit obscurata in tm
q maior pars eccle facta fuit arriana
et de fumo putei exierunt locuste. que saltant
de celo ad locum uuandali de hispania trans
ierunt in affricam et inde postea intrauerunt
italiam et galliam eas uastando io subdr
et data e illis ptas .s. nocendi hoibz cautelosis
deceptionibz et armis. hoc enim pmissum est
eis a deo suo iudicio occulto. et ppptu est ill
.i. prohibitum a deo ne lederent fenu. Ad cuius
intellectum sciend q affrica aut ingressum
uuandalorum erat hitata ptim a xpianis et
partim a paganis sicut et multe terre tpribz
illos paganos aut occiderut. non aut xpianos
qui xpiani qm ad minores significant p fenu
terre. quantu ad mediocres. p omne uiride. qm
ad maiores p arbores. nisi tantu homines qui
non hnt signum dei .i. paganos qui no sunt
signo crucis consignati. et datum est illis ne
occiderent eos. Istud refertur ad xpianos
de quibz pdixerat. sub uno enim contextu hec
sacra scptura transit aliqn de aliquibz psonis
ad alias loquendo ac si essent eedem sicut pz.
ps. 77. Cum occideret eos querebant eu. et
tn certu est q alij erant occisi et alij querentes
eum ppria ducti et eodem mo loqui hic de ha
bitatoribz affrice qui ptim erant xpiani et
partim pagani. et sic de una parte trasit
ad aliam sub eodem contextu. sz ut cruciaret
eos. licet enim non occiderent xpianos ut dictu
e. tn afflixerunt eos multiplr et spalr epos
et doctores expellendo et aliquos crudelr affli
gendo eo q pdicabant contra errorem arrij
quia receperant. Unde honorius uuandalorum
rex multos epos in exiliu misit et similr
trasemundus qui post eum regnauit. et guil
lermus qui tribz epis orthodoxis linguas fecit
extrahi et radicitus amputari qui tn postea
dono dei loquebantur et pdicabant sm q dic
gregorius dialogorum li. 3. mensibz quinqz. per hoc
designatur q regnu uuandalorum durauit
tpribz quinqz regum. et tunc fuit expiatu per
belisariu patriciu a iustiniano imperatore
in affricam missum et cruciatus eorum scorpij.

Nam aliqui istoru regu pmo simulauerunt beni
uolentiam xpianis et eos postea grauit afflix
erunt in tm q multi eorum magis uellet mori
q uidere talem conculcationem eccle et ministrorum
eius sic dr. po machab. 3. melius e nob mori
in bello q uidere mala gentis nre et scoru
io subdr. et in diebz ill querent hoies morte etc.
Et similitudines. hic gnre declarat qddam
dictum. uuandalos enim dixerat locustas ideo
conditiones aliquas uuandalorum exprimit sub noie
locustarum. d. et similitudines locustarum siles equis
paratis in plium. per hoc designat q uuandali
fuerunt hoies bellicosi. et sup capita earum tamqm
corone siles auro. p aurum in scptura signifi
catur fulgor sapie uuandali uero inter cete
ros barbaros plus hre uidebantur de fulgore
naturalis industrie que si ordinetur ad bonum
sortitur nomen sapie q dicit scia sapida. Si
aut ad malum sortitur nome cautele. sic
aut erat in eis. et io non dr q hrent coro
nas aureas sz siles auro. Nam p quandam
similitudinem boni ad mala transferimus q. me
sic dr sapiens latro uel bonus qui pcedit
in furtis suis cautelose. et facies earu sic
facies hoium. quia ro qua distinguit homo
a ceteris aialibz plus uigebat in eis q in ceteris
barbaris gentibz ut dictum est. Et habebant
capillos sicut capillos mulieru quia nutri
ebant capillaturam sicut fit adhuc in aliqbz
gentibz et dentes earum sicut leonu erant in
quo designatur ferocitas eorum. et habebant
loricas ferreas. Nam armati erant ad gentes
alias impugnand. et uox alarum earum sicut uox
curruu etc. quia cu magno strepitu pcessit
eorum exercitus p ytaliam et galliam ut pdictu
est et habebant caudas siles scorpionu. pz sna
ex dictis supra usqz ibi. et habebant sup se rege
angelum abissi. ad cuius intellcm sciend q sm
dyonisium in demonibz naturalia remanserut
integra et p gnis remanserut in eis ordines
distincti put sequitur distonem nate. Tenet aut
cone a doctoribz q aliqui ceciderunt de singulis
ordinibz. et sic noia singlorum ordinu remanet
in demonibz. Primus aut ordo inferioris

gerarchie nominatur ordo principatuum qui presunt diversis regnis. et sic sunt angeli sancti promoventes diversa regna sibi commissa ad bonum sic per oppositum sunt angeli mali ea impellentes ad malum. Igitur de angelo malo presidente regno Wandolorum dicitur hic. Et habebant super se regem angelum abyssi impellente eos ad vastationem bonorum ut supra dictum. Cui nomen hebraice abbadon id est disperdens vel exterminans et ponitur hoc nomen in tribus linguis principalibus quia plures homines de linguis istis exterminaverunt vel quia Johannes scribebat universali ecclesie que fundata est in omnibus linguis per partes principales hic significatis. Ve unum abiit id est una quinta persecutio scilicet Wandalorum. Et ecce veniunt adhuc duo ve id est due graves tribulationes alie. // Et sextus angelus. Hic quinta agitur de fautoribus heresim ... ad ytalicos et principes constantinopolitanos. Ad cuius intellectum sciendum quod anastasius imperator heresi eutichiana corruptus cepit imperare anno domini 483. Imperavit annis 27 et tunc regnabat in ytalia theodoricus rex arrianus. et tunc temporis electi sunt duo pape in contentione scilicet simachus et laurentius pro quibus facta est contentio magna in populo christiano et in clero procedens usque ad homicidia multa. Finaliter tamen ecclesia laurentium repulit et simachum approbavit. paschasius autem diaconus cardinalis licet alias esset sanctus et devotus tamen in hoc erravit quod laurentium papatum potius sustinuit propter quod post mortem suam inventus fuit in pena purgatorii a germano episcopo capuano ut refert gregorius dialogorum libro 4°. Ex hoc autem mota est tribulatio magna in ecclesia per quatuor homines predictos scilicet laurentium simachum pro papatu et anastasium et theodoricum pro zelo heresum suarum. nam videntes clerum catholicum contendentem usque ad homicidia reputaverunt eum peiorem quam antea et suam doctrinam catholicam propter quod incitati fuerunt ad eius persecutionem et isti quatuor predicti nominantur hic angeli quia nomen angeli in hoc libro indifferenter attribuitur bonis et malis ut patet ex supradictis. // Huius igitur primi sic predicte quod primo ponitur ecclesie tribulatio. 2° eius consolatio. 10. Prima adhuc in duas scilicet in partem principalem et incidentalem que incipit ibi. Et ceteri hominum. Circa primum dicitur. et sextus angelus tuba cecinit scilicet laurentius qui conatu in populo et verbo supplici ad papatum hanelavit. et audivi vocem unam ex cornibus altaris etc. scilicet vocem ~~suam lau-~~ ~~rentio~~ paschasii cardinalis de collegio ecclesie romane existentis qui in electione dedit vocem suam laurentio et eius partem sustinuit contra ecclesie veritatem. dicentem sexto angelo id est laurentio. solve quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno eufrate id est in romano imperio. quod vocatur flumen magnum propter multitudinem populorum in eo existentium secundum quod dicitur infra 17. Aque multe populi multi. nominatur etiam eufrates quia sic effrates est quartus fluvius paradisi genesis 2°. Sic inter quatuor regna principalia regnum romanum dicitur quartum. danielis 2°. In hoc autem imperio quatuor angeli scilicet laurentius simachus anastasius et theodoricus tenebantur quasi ligati ante electionem laurentii inquantum cessabant ab ecclesie turbatione qui per eius electionem ad turbationem ecclesie excitati sunt modo predicto ut supra dictum. et soluti sunt etc. qui parati erant in horam et diem etc. id est continue ecclesiam perturbare. Sciendum tamen quod paschasius sanctus pro laurentio non intendebat hanc perturbationem sed quia secuta fuit licet preter eius intentionem ad electionem laurentii cui vocem suam dedit. Ideo dicitur hic dixisse laurentio. Solve 4or angelos etc. quia per eius ambitionem ipse et alii tres processerunt ad ecclesie turbationem ut occiderent terciam partem hominum. hec tercia pars dicitur populus catholicus ut dictum est supra 4° capitulo. qui in magna parte fuit occisus. partim per malos adherentes laurentio et similiter per adherentes simacho. et partim per anastasium imperatorem hereticum qui multos episcopos in exilium misit et multos catholicos afflixit. et partim per theodoricum regem arrianum qui totam ytaliam quantum ad orthodoxos gladio perdere voluit et Johannem papam et simachum et boetium viros preclarissimos et consules martirizavit ut habetur in legenda sancti Johannis pape et martiris. et numerus equestris exercitus id est adherentium predictis)

quatuor et sequtum eos ad turbam xpianorum
vigies milies dena milia. hic ponitur numerus
determinatus pro numero indeterminato sicut
supra. 4. ca°. et designatur quod ibi erat magna
multitudo. et ita vidi equos. i. subditos predictis
quatuor et obedientes eis in malo. et spaliter
anastasio et theodorico. Et qui sedebant super
eos. s. predicti quatuor angeli eos ducentes. ha
bebant loricas sicut in bonis hominibus iustitia
dicitur eorum lorica ephes. 6°. Induti loricam iusticie
Sic per oppositum iniusticia dicitur hic lorica malorum.
Igneas per appetitum ferventem nocendi. et iacinc
tinas. i. celestis coloris in quo designatur ap
parens zelus fidei. Nam heretici asserentes se
habere fidei veritatem ex hoc excitant contra vere
catholicos persecutorem et sulphureas per feditatem
viciorum existentem in eis et procedentem exterius in
operibus malis. Et capita equorum. i. principes ma
lorum eis obedientium. Erant tamquam capita
leonum in quo notatur crudelitas eorum. et de
ore eorum procedit ignis. s. emulacionis quantum
ad laurencium et symachum. Et fumus va
nitatis quantum ad alia anastasium. Et sul
phure. fetoris quantum ad theodericum arrianum
Ab hiis tribus plagis occisa est tercia pars ho
minum. i. magna pars xpianorum modo predicto. po
testas enim equorum in ore eorum est. i. in 4or.
et principalibus predictis sicut et os est prima pars
capitis et in caudis eorum. i. in ministris sequen
tibus eos ad malum. Nam caude eorum similes
serpentibus per astuciam serpentinam que
erat in eis ad catholicos persequendum habentes
capita. nam in exercitibus sunt tribuni centu
riones et huiusmodi qui sunt capitanei certorum
subditorum sibi. et in hiis nocent. Incitabant
enim suos subditos ad persequendum vere xpianos.
Et ceteri homines. hec est pars incidentalis
nam Johannes in hoc libro describit statum ecclesie
Tempore vero theoderici regis de quo immediate
ante dictum contigit quedam occisio magna
in paganis qui non sunt de ecclesia et sic de
scribitur hic incidentaliter. tunc enim saxones
contra turingios pugnaverunt et plures
eorum fuerunt occisi hinc et inde ut de xpianis
in predicta anastasii et theoderici persecutione
et hoc est quod dicitur. Et ceteri homines. s. saxo
nii et thuringiorum qui non confitebantur
xpistum Qui non sunt occisi in hiis plagis
. i. pro fide xpisti. supple sunt occisi morte
corporali et eterna. et est ibi modus loquendi
qui apud hebreos dicitur decurtatus sicut 2
Re. 5. proposuerat david in die illa primum
sed est supplendum quod esset princeps. et qui per
cussisset iebuseum etc. et non dicitur ibi quale
sit illud primum. sed est supplendum quod esset prin
ceps milicie sicut suppletur. i. par. 11. et sic
subintelligendum est hoc quod isti non solum
erant mortui corporali morte sed etiam iehenne
et subditur causa eiusdem. Neque penitenciam egerunt
de operibus manuum suarum. i. de peccatis commissis
et notantur ibi tria genera peccatorum. s. mul
ydolatria et multiplex homicidium et luxuria
et furtum et patet littera.

X.

Et vidi. Postquam descripta
est ecclesie multiplex tri
bulatio. hic consequenter describitur
eius initialis consolatio
Et primo ponitur actus consolatorius. 2°.
fructus devocionis ca°. 11. Prima in duas quia
primo ponitur dicta consolatio per imperatorem iu
stinum. 2° eius consumatio per iustinianum
nepotem suum ibi. Et vocem quam audivi.
Circa primum sciendum quod iustinus senior post
anastasium hereticum imperavit annis. 10. et
cepit imperare anno domini. 518. qui amore
religionis xpiane fervens voluit in partibus
orientis ecclesias arrianorum eis auferre et
per episcopos catholicos consecrari. sed non perfecit
impeditus precibus Johannis pape ne occasione huius
omnes xpiani de ytalia occiderentur per the
odericum regem arrianum qui tamen postea
interfecit sanctum Johannem ut predictum est. Igitur
de iustino dicitur hic. Et vidi alterum angelum
fortem. per imperialem potestatem descendentem
de celo. s. militantis ecclesie per regeneracionem
baptismalem. Amictum nube. baptismali gracie. et yris
in capite eius quia innovavit pacem ecclesie
sicut et yris signum federis est gen. 9. Et

facies eius sicut sol propter fidei sue splendorem. Et pedes eius tamquam columpna ignis. Per pedes intelliguntur affectiones quia sicut corpus movetur pedibus sic animus affectibus. Habuit autem iste iustinus affectiones accensas igne caritatis ad promotionem christianitatis. Et habebat in manu sua libellum apertum quia scripsit et misit epistolas per imperium suum in favorem christianorum. Et posuit pedem suum dextrum supra mare et sinistrum super terram quia scripsit habitantibus in terra et insulis maris. Vel aliter per mare quod est locus aquarum intelligitur populus christianus per aquam baptismi regeneratus. Per terram vero pagani in terrenis desideriis fixi. De utrisque vero multi erant in imperio iustini sed fuit magis favorabilis christianis propter quod dicitur quod posuit pedem suum dextrum super mare etc. Et clamavit voce magna. Dans imperiali auctoritate mandatum quemadmodum cum leo rugit ad terrorem arrianorum. Unde dicitur proverbiorum 20. Sicut rugitus leonis ita et terror regis et sicut clamor iste fuit terribilis arrianis ita fuit consolabilis catholicis. Ideo subditur. Et cum clamasset locuta sunt septem tonitrua voces suas, id est universitas ecclesiarum septenario numero designata eo quod universitas septenario designatur ut dicit gregorius omelia 25. exclamavit in voces laudum divinarum verumptamen quod iustinus non perfecit contra arrianos quod mente debuit ratione predicta. Ideo Johannes eas scribe tum subditur. Signa que locuta sunt etc. Et angelus. Hic consequenter describitur ecclesie consolatio promissa per angelum iustiniani. Circa quod sciendum quod imperatores et reges habent duos angelos custodes unum ratione singularis persone sicut et ceteri homines Matthei 18. Videte ne contempnatis unum ex hiis pusillis. Dico enim vobis quod angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est. Et isti angeli sunt de ordine inferiori. Alterum autem ratione dignitatis seu officii. Singulis enim regnis presunt angeli qui dicuntur principatus et sunt de superiori ordine inferioris gerarchie. Et isti sunt custodes specialiter regum in quantum in eis universale consistit regnum propter quod nominantur principes in scriptura Danielis 10. Nemo est adiutor meus in omnibus hiis nisi michael princeps vester. Et ibidem cum egrederer apparuit princeps grecorum veniens. Et ideo isti angeli aliquando accipiuntur pro regibus seu regnis quibus presunt et sic est in proposito ut magis videbitur in processu. Dicit igitur. Et angelus quem vidi stantem super mare et super terram, id est angelus iustini ratione imperii, levavit manum suam ad celum et iuravit ad maiorem rei future affirmationem quod tempus amplius non erit. Non est per hoc intelligenda cessatio temporis simpliciter quia post tubicinium septimi angeli in hoc libro describitur magnus decursus temporis usque ad finem mundi. Sed cessatio temporis competentis ad victoriam heresis arriane ut videbitur capitulo sequenti quod fuit impletum iustini iunioris tempore qui fuit tercius imperator ab isto iustino imperatore seniore. Ex quo patet quod illud quod dicitur hic de angelo stante supra mare et terram et levavit manum suam et iuravit etc. Non potest intelligi de iustino seniore quia non habuit notitiam de fiendis post mortem suam. Sed angelus suus cognovit per divinam revelationem quod voluntas iustini senioris de destructione arriane heresis que tamen fuit impedita ratione predicta tempore iustini minoris foret complenda et sicut prognovit sic iuravit. Cum ceperit tuba canere. Nam in principio imperii iustini minoris fuit hoc completum ut videbitur postea. Consumabitur omne misterium, id est secretum a deo promissum sicut evangelizavit per servos suos prophetas. Qui predixerunt dominum ihesum christum cum suis fidelibus regnaturum. Et in diebus septimi angeli prevaluerunt christiani contra hereticos infideles. Et tunc audivit Johannes voces in celo dicentes. Factum est regnum huius mundi domini mei et christi eius ut habetur capitulo sequenti.

Et vocem quam audivi. Hic consequenter ponitur consolationis ecclesie confirmatio per imperatorem iustinianum qui in principio sui regni fuit vere catholicus et cepit imperare anno domini 528. Fuit autem homo literatus et leges romanas

abreuiauit et in uno uolumine compilauit
quod dictum est codex iustiniani in quo multas
leges christianis fauorabiles posuit de quo
loquitur hic Johannes. Et uocem quam audiui
de celo. Ista fuit uox angeli per quem Christus loq
batur Johanni ut habetur in principio huius libri.
Vade accipe librum apertum id est codicem iustiniani
qui dicitur hic accipiendus a Johanne quia fauorabilis
erat ecclesie ut dictum est. de manu angeli stantis
supra mare et super terram. hic fuit an
gelus iustiniani rex imperij ut uidebitur. Et
dixit michi accipe et deuora illum tamquam
rem in ore delectabilem. et faciet amaritudine
uentrem tuum. quia iustinianus in fine uite
sue fuit heresi deprauatus et sic eius memoria
in libro contenta facta fuit fidelibus amara
que est in principio uite sue erat dulcis et hoc
patet quod angelus iste qui tradidit librum non
fuit iustinianus qui lapsum suum in heresim non
preuidit. sed angelus eius qui etiam addidit loquens
Johanni oportet te iterum prophetare populis etc. quod postea
de multis gentibus et populis Johannes prophetice scripsit
in hoc libro.

XI

Et datus est michi calamus.
Post actum ecclesiastice co
solacionis ponitur hic for
tue deuotionis. et secundo re
uertitur Johannes ad describendum pondus cuiusdam
ecclesiastice tribulationis ibi. et ciuitatem sanctam.
Circa primum sciendum quod felix papa qui temporibus
illis prefuit ecclesie romane instituit festiui
tatem dedicationis ecclesie per annos singulos
celebrari. In dedicatione episcopus circuit ecclesiam
dedicandam et sic scilicet per modum mensurantis
muros eius exterius. et in pauimento ecclesie
ab angelo in angelum transuersaliter scribit
alphabetum grecum et sic quodammodo men
suratur spatium interius et secundum hoc dicit Johannes
in persona ecclesie loquens prophetice. Et datus est
michi calamus similis uirge. Illam dedicans templum
in manu sua portat aspersorium. Surge et
metire templum. Verbum est felicis pape ad
quemlibet episcopum pro dedicatore ecclesie. Atrium autem
exterius eice foras etc. Ipse enim instituit quod non
celebraretur missa nisi in loco consecrato.
quia datum est gentibus que offerunt sacrificia
sua non solum in locis non consecratis sed
etiam in prophanis. Et ciuitatem. hic quarto
reuertitur beatus Johannes ad describendum tribu
lationem quandam ecclesie excitatam per anthe
mium patriarcham constantinopolitanum qui
propter heresim eutichianam qua erat corruptus
per agapitum papam fuit depositus. et loco eius
mennas seruus dei monachus institutus.
Sed theodora imperatrix infecta eadem heresi
petiit a siluerio papa anthemium restitui
sicut patet in legenda sancti siluerij. et
quia renuit hoc facere theodora indignata
et iustinianus eius maritus heresi eutichiana
per anthemium deprauatus mouerunt persecutiones
contra ministros ecclesie. Ita quod siluerius fuit
depositus et in exilium relegatus per belisarium
patricium et mennas seruus dei in carcere
afflictus et hoc est quod dicit Johannes. Et ci
uitatem sanctam id est ecclesiam que dicitur ciuitas
sancta nam est unitas ciuium spiritu sancto
congregata. Calcabunt. athenius iustinianus
theodora et belisarius ecclesie ministros graviter op
primendo mensibus xlii. tantum enim temporis uel cir
citer dicitur illa persecutio durasse scilicet per tres annos
et dimidium. et dabo duobus testibus meis. Constantia
et sapientiam simplicem et isti fuerunt siluerius et
mennas dei serui qui constanter steterunt
contra fautores heresis eutichiane ueritatem predicando
Ideo subditur. Et prophetabunt diebus mille ducentis
sexaginta qui faciunt idem tempus quod prius
scilicet tres annos et dimidium uel circiter. A
micti saccis id est uilibus uestimentis nam siluerius
papa spoliatus fuit ueste papali et indutus ueste
monachali. hij sunt due oliue. propter plenitu
dinem pietatis. Et duo candelabra. propter ardorem
caritatis. In conspectu domini terre stantes per
constanciam ueritatis. Et si quis eos uoluit
nocere sicut factum fuit per predictos persecutores
ecclesie. Ignis exiet de ore eorum. Verba ex fer
uore fidei procedentia. Et deuorabit inimicos
eorum eos feriendo sententia excommunicationis ideo subditur.
Et si quis uoluerit eos ledere. gladio mali

sic oportet eum occidi gladio spuali. hij hnt
ptatem claudendi celum per claues eccle. Ne
pluat dieby pphie ipo*r*. Nam bnficia eccle
non pficiunt excecitatis iuste. Et ptatem hnt
sup aquas. i. hereticor doctrinas de quibus
dr pu. g. Aque furtiue dulciores sunt. Co
uertendi eas in sanguinem. ondendo eo*r*
fltatem. Et pcutere terram. i. hereticos in
terrenis fixos. vn augs si terram diligis
terra es. omi plaga. s. spuali sua*m* excecil
tationis aggrauando. Et cum finierunt
testimonium suum. veritatem constanter de
fendendo. bestia q ascendet de abisso. i. beli
sarius pricius eo mo loquedi quo crudelis
homo dr leo uel canis rabidus. ffaciet ad
uersus illos bellum. mo pdicto. Et occidet
illos morte ciuili p relegcoez exilij. et corpa
eorum iacebunt. i. reputabuntur vilia sic
cadauer iacens in terra. In plateis ciuitatis
magne. i. in infideliu congregatoe q tuc
erat valde magna. Que vocatur spualiter
sodoma pp vicio*r* vilitatem. Et egiptus. pp
erro*r* tenebrositate. vbi et dns eo*r*. s. xpus
Crucifixus est. Ex hoc eni q pdicabat co
tra vicia scribar et phiseor conceperunt
inuidiam et odiu contra eum. ex quo come
obscurata est illa cognitio quia hebant de xo
p scripturas pphiarum sicut plenius declaraui
sup illud m*t*. 21. agricole aut dixerut hic
e heres et cetera. et sic obscurati pcesserut ad eius
occisionem. Et uidebunt de triby et pplis etc.
Nam mors eo*r* ciuilis et deiectio multis
pplis et diuso*r* linguar fuit nota p tres dies
et dimidiu. hic accipr dies p anno scdm illud
ezechiel. 4. diem pro anno dedi tibi tantum
eni durauit deiectio eo*r* ut pdictu est. Et
corpa eo*r* non sinent poni in monumetis
. i. pncipes eutiçiani non pmittent eis exhiberi
aliquod bnficium huanitatis. Et inhabitan
tes terram. i. eutiçiani qui tuc dicebantur
in terra. gaudebunt sup illis. de eo*r* deiectoe.
et munera mittent inuice. in signu letitie.
qm hij duo pphe cruciauerunt eos excecita
coiby et aggrauatoiby. et post tres dies et
dimidium. i. post tres annos et dimidium.
sps vite a deo intrauit in eos etc. quia resti
tuti fuerut ad statum pstinu et sic viuificati
fuert a morte ciuili. Siluerius eni Anno dni
quingentesimo tricesimo sexto sedit iteru in
sede papali. Et timor magnus cecidit super
eos. s. sup eutiçianos. Et audierut voce de celo
magnam. i. de militate eccla et restitueret
ad gradu pristini honis. veruptn bts siluerius
in exilium remissus ibidem mortuus fuit
et sic p palmam martirij ad celum ascendit
et idem tenendu de suo dei menna. et sic aliter
pot exponi qd dr. et audierunt vocem mag
nam. s. dei vocantis eos ad gliam. et viderut
illos inimici eo*r*. p miracula suam glori
ficatione testificata. scribr eni in legenda
beati silueri q ipo mortuo in loco exilij oc
cureit multitudo male hntiu et salui facti
sunt. Passus aut iste core exponitur
de enoch et helia qui dne futuri testes xpi
ad pdicandum contra pfidiam antixpi triby
annis et dimidio. Amicti saccis. i. in hitu
abiecto qui dne due oliue p exuberantiam
pietatis. Et duo candelabra p ardore caritatis
Et stantes in conspectu dei p constantiam
contra antixpi malitiam. dr etiam hic. q ignis
exiet de ore eo*r*. i. verbum feruide pdicatois
quo malitia antixpi et suo*r* detegetur et
verbum deuote oroms quo meritorie antixps
et magna pars sui excitus fulminabitur
sicut dcm fuit plenius. 2. thess. 2. ca. ffacient
etiam tunc miracula vera contra signa an
tixpi mendatia quiby antixpus cum suis
affligetur. io subdr. hij hnt ptatem etc. fina
liter tn antixpus qui dr hic. bestia pp sua
crudelitatem. Ascendens de abisso. pp demons
sibi pnuati potestate. occidet eos et iacebunt
corpa eo*r* insepulta. Ad terrorem xpianoru.
In medio ciuitatis magne. i. congregatois
antixpo adherentis que erit valde magna.
Et dr sodoma et egiptus. i. vilis et tenebrosa.
Et videbunt de pplis et tribuby quia de cuctis
gentiby multi adherebut antixpo p tres dies
. s. naturales. Et ptem quarte diei. et inha

bitantes terram gaudebunt .i. adherentes antixo.
celestia transferentur in testimonium ueritatis
sue predicationis et hec expositio magis concordat
hec quam precedens. utraque tamen potest dici litteralis. // Ad
cuius euidentiam sciendum quod illud quod est alterius
figura necessario est in se res aliqua. quia quod nichil
est non potest aliquid figurare uel significare. propter
quod triplex potest accipi uno modo ut res in se tantum
alio modo ut figura alterius tantum. 3o. modo
ut res in se et figura alterius. et hic triplex mo-
dus inuenitur frequenter in sacra scriptura uerbi
gratia quod de salomone dicitur .3. Re. 11. Depravatum est cor
eius per mulieres etc. dicitur de eo secundum se tantum et nullo
modo ut fuit figura christi. et sic sensus litteralis est
tantum de salomone. et illud quod de eo dicitur ps. 71o. ante
solem permanet nomen eius non potest intelligi
de salomone secundum se tantum ut fuit figura christi. propter quod
sensus litteralis est tantum de christo sicut ibidem fuit ple-
nius declaratum. Illud autem quod dominus dixit de eo
2. R. 7o. Ego ero illi in patrem et ipse erit mi-
chi in filium intelligitur de salomone secundum se. et secundum quod fuit
figura christi quia fuit filius dei per adoptionis gratiam
saltem in principio regni sui ut patet 3. R. et fuit
figura christi qui est dei filius per naturam que filiatio
perfectior est quam alia et sic est ibi duplex sensus litteralis.
unus de salomone ratione filiationis adoptiue. Alius
ratione filiationis naturalis per illam figurate. et hoc 2o.
modo inducit apostolus dictam auctoritatem Heb. 1o. ad pro-
bandum diuinitatem christi. que probatio non fit
per scripturam efficaciter nisi accipiatur in sensu
litterali sicut dicit augustinus contra donatistas. sic autem
est in proposito duplex sensus litteralis et unus est im-
pletus in silucrio papa et menna dei seruo qui fuerunt
figure enoch et helie et alius implebitur in enoch
et elia cui magis concordat littera ut uisum est
et perfectius in in eis implebitur. propter quod de ipsis est sensus
principaliter intentus. // Et in illa hora destructa per-
secutione ecclesie uandalorum et principibus constantino-
politanis et ytalicis. hic consequenter ponitur eiusdem per-
secutio a gothis qui fuerunt arriani ut dictum est
6. c. 8. Et diuiditur in tres partes nam in prima
ponitur gothorum persecutio. 2o eorum destructio ibi.
Et septimus angelus. 3o. deuotionis augmentatio
ibi. Et apertum est templum. Circa primum sciendum

quod eo tempore quo iustinianus et theodora et anthemius
persequebantur ministros ecclesie. uigilius papa fune
in collo eius misso fuit tractus per ciuitatem con-
stantinopolitanam. et clerus qui cum eo adductus
fuerat dampnatus ad metalla scindenda per
diuersa loca. propter quod dei iudicio totila rex gothorum
collecto magno exercitu inuasit imperium et multas
prouincias peruagatus ytaliam uastauit. et sanctum
herculianum episcopum perusinum cum populo ciuitatis interfecit
et multos alios christianos per diuersas prouincias et
hoc quod dicitur. et in illa hora .i. tempore iustiniani heresi
arriana depravati cito post mortem silucrii
et menne seruorum dei de quibus inmediate ante
fecerat mentionem. Factus est terre motus
magnus .i. commotio magna habitantium in terra
per totilam regem ut dictum est. Et decima
pars ciuitatis cecidit .i. magna pars populi christianorum
ita ut ad decimam partem uel circiter posset
estimari. et occisi sunt in terre motu nomina
hominum .i. hominum nominatorum .vij. milia .i. in
magno numero quia ponitur hic numerus determinatus pro
indeterminato sicut .6. 4. ca. Et reliqui in
timorem missi sunt. s. populus romanus qui
multum timuit quando totila ciuitatem cepit uerumptamen
quia populum non occidit nec ciuitatem incendit
eo subdente. et dederunt gloriam deo celi. de sua eua-
sione. Ve secundum abijt .i. tribulatio predicta. Et ecce
tertium ve ueniet cito. s. gothorum destructio propter
quod istud ve non fuit super catholicos ideo dictum
fuit supra. 8. ca. ve ve ve habitantibus in terra quod
est tam catholicis et arrianis. Et septimus an-
gelus. hic consequenter describitur gothorum destructio.
Iustinus enim iunior successit in imperio ipsi iusti-
niano. et cepit imperare anno domini quingentesimo
sexagesimo sexto. hic autem constituit narsem
patricium eunuchum uirum in armis strenuum
mittens eum ad reprimendum gentem gothorum
qui collecto exercitu magno gothos expugnauit
et regem eorum occidit et sic ytalia ab eis libe-
rata christo absque timore seruiuit et hoc est quod
dicitur. Et septimus angelus .i. imperator iustinus
tuba cecinit quia auctoritate imperiali narsem in
ytaliam misit. et facte sunt uoces magne
in celo .i. in ecclesia militante quia gothis occisis

ecclia prorupit in voces divine laudis · dicentes
factum est regnum huius mundi dni nri et xpi
eius · tunc enim ytalia in qua est roma que
caput est regni xpi in terra libere xpo ser
uivit a gothis et ceteris arrianis liberata.
et 24 · seniores etc · i · universitas epor et
ecclia suarum ut dictum est sup · 4° · ca°.
Gras egerunt deo de liberatione ecclie ad
quod rumor huius facti devenit · et irate sunt
gentes · i · gothi de regis eorum interfectione et
sua debellatione · Et advenit ira tua · i · punitio
tua sup gothos · Cum enim deus punit ad modum
irati se habet ut frequenter dictum est . Et
tempus mortuorum · i · tempus punitionis go
thorum pro catholicis interfectis ab eis et red
dere mercedem servis tuis prophetis · quia inter
illos interfectos a gothis fuerunt aliqui pre
dicatores magni qui dicuntur hic prophete annu
ciantes penas et premia futura et aliqui valde
sancti et aliqui in seculo magni et alii medio
cres et pusi et exterminandi eos · s · gothos et
alios arrianos qui corruperunt terram meam
corporale armis et spirituale false doctrine verbo.
Et apertum est · hic tertio ponitur devotionis
augmentatio nam illis temporibus contigit magna
mortalitas in constantinopoli ad quam reprimen
dam institutum fuit purificationem beate ma
rie virginis secunda die februarii sollempniter
celebrari in qua bta virgo obtulit filium suum
in templo qui dicitur archa testi nam in eo
est plenitudo scientie et veritatis per tabulas designata
et potestatis per virgam et pietatis per manna
que tria fuerunt in archa et tunc cessavit mor
talitas et hoc est quod dicit · Et apertum est templum
dei in celo · i · in ecclia militante in qua tem
plum materiale fuit apertum ad dictum festum sol
lempniter celebrandum · et visa est archa testi
· i · xpus de cuius oblatione in templo et manifes
tatione per sanctum symeonem et annam prophetissam ·
fit memoria in purificationis festo quod festum
a constantinopoli ad alias ecclias per orbem est
derivatum ideo subdit · et facta sunt fulgura
· i · accensa luminaria ad modum fulgurum lucentia
que a fidelibus portantur in festivitate dicta

Et voces divine laudis · et tonitrua sancte
predicationis · et terremotus · quia multi terreni
ad devotionem fuerunt moti · Et grando magna
quia potestas demonis dicta pestilentia procurantis
fuit repressa.

XII

Et signum magnum · describit
impugnationem ecclie ab hereticis
dictis prius · hic autem describit
eiusdem impugnatio ab
hereticis largo dictis · per quem modum pagani
et saraceni scismatici discipuli antixpi et
infideles alii heretici dici possunt · et secundum hoc partes
principales huius libri in septibus apparebunt
Igitur primo agitur de impugnatione a paganis
et primo sub cosdroe persarum regem · secundo sub
eius successore · 13 · c° · prima adhuc in duas ·
quia primo describit ecclie dispositio · 2° cosdroe persecutio
ibi · Et visum est aliud signum · Circa primum
sciendum quod circa imperante qui cepit imperare domino
dni sexcentesimo quinto per se sub cosdroe rege
persarum fuissima bella gerentes multas romanorum pro
vincias et ipsam iherosolima invaserunt et de
struentes ecclias sanctaque loca prophanantes mul
ornamenta sacra que abstulerunt vexillum do
minice crucis exportaverunt ut habetur in legenda
exaltationis sancte crucis · Igitur ecclia sic afflicta
cruciabatur per ect filium masculum qui liberaret
eam ab afflictione cosdroe et suorum et hoc est
quod dicit · Et signum magnum apparuit in celo · mili
tantis ecclie · mulier · i · ecclia generale et iherosolitana
spirituale que coniuncta est xpo sicut mulier viro .
amicta sole · i · xpo qui est sol iustitie gal 3° · quicumque
baptizati estis xpm induistis · ipse enim est sponsus
et paramentum ecclie et luna sub pedibus eius · i ·
omnia mutabilia et defectiva per lunam signifi
cata quorum dispositio pertinere debet ad ultima
ecclie membra · i · cor · 6 · secularia iudicia
si habetis contemptibiles qui sunt in ecclia illos
constituite ad iudicandum · et in capite eius
corona stellarum duodecim · i · predicatio xii ·
apostolorum que resplenduit in primitiva ecclia que
dicitur caput eius eo modo loquendi quo principium
alicuius rei quandoque dicitur caput eius · et in utero
habens et clamat parturiens · ita in angustia

posita clamabat ad deum ut cito daret sibi filium qui liberaret eam ab oppressione infidelium. Et visum est. Hic consequenter describitur codroe persecutio et secundo ecclesie liberatio ibi et peperit. Circa primum dicit. Et visum est aliud signum in celo .i. codroe rex persarum qui dicitur in celo militantis ecclesie fore visus tamquam gravis persecutor ipsius de quo subditur. Et ecce draco propter astutias eius et dolositatem. Magnus propter potentie magnitudinem rufus .i. rubeus propter multi sanguinis effusionem quod autem rufus accipiatur aliquando pro rubeo patet .i. reg. 16. Ubi dicitur de david quod erat rufus et pulcher aspectu .i. rubicundus secundum expositores. Dicitur etiam codroe rufus propter incendium ecclesiarum et locorum sanctorum habens capita septem .i. sex reges sibi subditos et ipse erat septimus unde postea subditur. et in capitibus suis vii. diademata. que sunt signa regia. et cornua decem .i. decem acies in suo exercitu unde in i machab. acies ordinata ad bellandum vocatur cornu ubi dicitur bachides autem erat in dextro cornu etc. Aliter exponitur ab aliquibus ut per septem capita intelligatur universitas principum sibi subditorum et per decem cornua universitas suorum bellatorum nam per septenarium universitas aliquando intelligitur eo quod totum tempus vii. diebus replicando comprehendit et similiter per denarium eo quod sequentes numeri sunt replicationes denarii et eius principium ut dicitur 3. phisic. et cauda eius .i. exercitus sequens eum trahebat terciam partem stellarum .i. fidelium qui dicuntur stelle in scriptura deut. i. ca. estis hodie sicut stelle celi plurimi exercitus enim codroe de egypto et libia et terra sancta et aliis locis multos valde christianos interfecit et alios captivos duxit in tantum ut estimaretur quasi ad terciam partem christianorum in terris illis excedentum consimili modo loquitur daniel. 8. de antiocho epyphane quod deiecit de stellis et conculcavit eas .i. filiis israel colentibus deum quos interfecit in iudea et in ierusalem. Et draco stetit ante mulierem etc. quod codroe omnibus modis insidiabatur ad inficiendum quemcumque principem christianum insurgentem ad ecclesiam defendendum. Et peperit filium. Hic consequenter describitur ecclesie liberatio et dividitur in duas partes quia primo facit propositum secundo declaratur quoddam dictum ibi. et date sunt. prima adhuc in tres quia primo ponitur imperatoris eraclii creatio secundo codroe debellatio ibi. Et factum est prelium. 3o sibi subditorum oppressio ibi. ve terre et mari. Circa primum dicit et peperit filium. scilicet eraclium catholicum qui post focam imperavit annis xxx. et cepit imperare anno domini sexcentesimo. 13. masculum. hoc addit ad denotandum quod erat vir strenuus et armis exercitatus ut dicitur in legenda exaltationis sancte crucis qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea quia rexit imperium romanum rebellantes domavit per gladium et raptus est filius eius ad deum et ad thronum eius .i. in protectione dei positus qui protexit eraclium contra machinationes et dolos codroe quibus querebat occidere eum. Et mulier fugit in solitudinem. Nam ecclesia que erat in asia timore codroe transito mari quod dicitur brachium sancti georgii fugit in greciam que dicitur hic solitudo non quod esset inhabitata sed dicitur solitudo istius fugitivis eo modo loquendi quo fugitivi ad aliam terram dicuntur ibi esse quasi in exilio seu deserto. Ubi pascunt illam. scilicet habitantes ibi diebus mille ducentis sexaginta qui faciunt tres annos et dimidium et infra eodem ca. dicitur de hac muliere. Ubi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis .i. per tres annos et dimidium. Tempus enim simpliciter singulariter in scriptura significat unum annum. plurale vero absolute absque numero significat duos annos sicut dicitur fuit plenius dan. 12. Ista tempora sicut iuxta fuerunt vii. annos et tantum duravit bellum inter persas et eraclium. Et factum est. Hic consequenter describitur codroe debellatio. et secundo ex hoc graciarum actio. Et audivi vocem. Circa primum dicit. et factum est prelium inter persas et eraclium. magnum. scilicet intensive quod multi bellatores erant ex utraque parte et extensive quod duravit longo tempore ut dictum est. michael et angeli eius quod exponunt aliqui de michaele

archangelo qui est princeps ecclesie sicut tempore veteris testamenti fuit princeps synagoge dan. 10. ca. propter quod cum angelis suis astabat ad protectionem et directionem eraclii et exercitus eius qui pugnabant pro ecclesia. sed quia per draconem et angelos eius intelligitur cosdroe et suus exercitus secundum omnes expositores conveniens est similiter per michaelem et eius angelos intelligantur eraclius et bellatores eius. michael enim interpretatur quis ut deus. eraclius enim in hoc bello erat dei vicarius. ex supradictis etiam patet quod in hoc libro boni et mali homines frequenter nominantur angeli. Et non prevaluerunt. scilicet cosdroe et viri eius sed pluries debellati fuerunt. Neque locus inventus est eorum amplius in celo .i. in ecclesia. Nam eraclius persequens cosdroe fugavit eum de ethiopia libia et terra sancta in quibus ante figebat ecclesia et compulit eum redire turpiter in terram suam ideo subditur. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus etate vel ratione propter quod postea satis cito tradidit regnum filio suo. erat enim eo tempore regnum persarum erat antiquum eo tempore ipsemet cosdroe erat antiquus etate propter quod postea satis cito tradidit regnum filio suo ut postea dicetur. Qui vocatur dyabolus et sathanas propter nimiam eius nequitiam sicut de homine nequam dicitur communiter quod est unus dyabolus vel sathanas. Qui seducit universum orbem. nam ab illis quos subiciebat sibi faciebat se sicut deum adorari propter quod sicut dicitur in legenda exaltationis sancte crucis fecerat turrem argenteam in qua interlucentibus gemmis thronum construxerat aureum ibi solis quadrigam et lune et stellarum ymaginem collocaverat atque per occultas fistulas aque meatus adduxerat ut quasi deus pluviam desuper infundere videretur per hoc autem quod dicitur hic. universum orbem. non est intelligendum quod ipse sibi totum orbem subiecerit. sed est locutio ymbolica ad designandum quod magnam partem orbis sibi subiecit. et dicto modo seduxit sicut communiter dicitur tota civitas cucurrit ad tale spectaculum licet maior pars remaneat. Et proiectus est in terram etc. quia cum exercitu suo compulsus fuit in terram suam refugere. Et audivi. Hic consequenter ponitur gratiarum actio a filiis ecclesie pro cosdroe deiectione cum dicitur. Et audivi vocem magnam. ad gratiarum actionem de celo .i. ecclesia militante. Nunc facta est salus et virtus quia fideles potuerunt christo libere servire liberati a cosdroe oppressione. Quia proiectus est accusator fratrum nostrorum .i. christianorum quos faciebat accusabiles coram deo ad malum eos impellendo cogens eos ad latrie cultum sibi impendendum ut deum etc. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni. Istud non refertur ad eosdem christianos in numero sed ad illos qui non acquiescebant ei magis eligentes mori et sic erant victores per palmam martirii ideo subditur. Et non dilexerunt animas suas .i. vitam suam corporalem similiter habetur ps. 77. Cum occideret eos querebant eum. Non enim de eisdem numero potest intelligi quod essent occisi et quod requirerent eum penitentes cum penitentia non sit post mortem. sed de aliis eiusdem populi. propterea letatur celi de martirum glorificatione et de cosdroe deiectione. Ve terre. Hic consequenter describitur subditorum cosdroe oppressio quia compulsus redire ad terram suam fuit valde iratus et cepit gravare subditos suos per exactiones et extorsiones multiplices ad multiplicandum sibi bellatores ut regnum suum posset defendere ab eraclio imperatore. et hoc est quod dicitur. ve terre et mari quia non solum dominabitur in creida sed etiam in pluribus insulis maris. et quia de mercimoniis per mare portatis augmentavit exactiones et pedagia. Quia descendit diabolus .i. cosdroe fugatus qui nominatur dyabolus sicut in parte precedenti visum est. sciens quia modicum tempus habet. erat enim iam senex et sic non habebat tempus vite in quo se posset de eraclio vindicare propter quod tradidit regnum filio. Et postquam vidit draco etc. licet enim antea persecutus fuisset ecclesiam maxime extra terram suam tamen tunc cepit persecutionem eius augmentare in terra sua in qua habitabant multi christiani eius tributarii quos cepit non solum in rebus sed etiam in personis graviter persequi sicut senacherib.

fugiens de iudea p persecutionem sui exercitus tempore regis ezechie cepit graviter affligere iudeos habitantes in terra sua ut an. dicit hic thob. i. // Et date sunt. hic declaratur quoddam superius dictum s. qualiter mulier amicta sole fugit in solitudinem. nam hoc fuit per auxilium eraclii ideo dicit. Et date sunt mulieri due ale aquile magne. Aquila vero signum est imperii romani. ideo per ipsam intelligitur eraclius ale vero eius sunt acies sui exercitus unde et ala in una significatione est acies militaris et dicuntur hic due per metaphoram secundum quandam naturam avis non volat unica ala sed duabus. Dicitur autem exercitus eraclii iunxisse ecclesiam sub rege persidis commorantem quia eraclius misit milites ex parte grecie ad recipiendum christianos fugientes de perside. vel quia regnum persidis sit fortiter munitum debuit in extremitatibus suis quod cosdroe bellatores erant ibi taliter occupati quod christiani de perside faciliter poterunt in greciam transire vel utroque modo. ubi alitur per tempus et tempora i. per tres annos et dimidium ut dictum est supra. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam i. gentem multam secundum quod dicitur infra 17. Aque multe populi multi ad interficiendum christianos fugientes. Et adiuvit terra mulierem s. habitatores grecie vel milites eraclii modo predicto. et absorbuit flumen quia tunc gens a cosdroe missa fuit debellata. et iratus est draco in mulierem i. contra catholicam plebem. et abiit facere prelium cum reliquis de semine eius i. cum illis christianis qui non potuerant fugere cum aliis vel cum eraclio et eius exercitu ne intraret regnum persidis ideo subdit. Et stetit super harenam maris per mare quod est congregatio aquarum intelligitur cosdroe regnum quod erat valde populosum. Aque enim multe populi multi. per harena que est in littore maris intelligitur extremitas regni persidis in qua stetit exercitus cosdroe ne eraclius cum suo exercitu posset transire.

XIII

Et vidi de mari. describitur persecutio ecclesie sub cosdroe. hic idem describitur sub eius filio sibi succedente. et dividitur in tres partes. quia primo describitur successio regis et pressura populi ibi. et vidi. 3o terminus belli persarum et eraclii ibi. si quis habet aurem. Circa primum dicit Johannes. et vidi de mari i. de regno persidis vel predicta. bestiam i. filium cosdroe bestialiter viventem. ascendentem ad regnum persidis potestatem habentem capita vii. et cornua x. exponatur sicut precedenti capitulo de patre suo. et super cornua eius x. diademata. quia capitaneis suarum acierum impendit honorem qui regnum ut fortius detentaret. Et super capita eius nomina blasphemie. quia dicti capitanei prorumpebant in blasphemiam christi sicut principes eorum ut habetur parte sequenti. et bestia quam vidi similis erat pardo. propter varietatem vitiorum in quibus obstinatus erat secundum illud Jer. si potest ethiops mutare pellem suam et pardus varietates colorum sui. et vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. et pedes eius sicut pedes ursi habentes plantas magnas ad calcandum sic iste habebat ad calcandum ecclesiam. et os eius sicut os leonis propter crudelitatem. Et dedit illi draco virtutem suam. quia cosdroe pater eius tradidit illi regnum suum sedens in turre sua argentea ut dicitur in legenda exaltationis sancte crucis. et potestatem magnam i. exercitum forte ad pugnandum contra eraclium. // Et vidi. hic quarto describitur pressura populi. circa quod sciendum quod expositores aliqui dicunt hic quod exercitus eraclii et filii cosdroe occurrerunt sibi invicem damnubium et ex consensu utriusque partis eraclius et cosdroe filius pugnaverunt ad singulare certamen tali pacto quod victus subiceretur victori cum toto populo suo. Eraclius autem victor extitit. et sic filius cosdroe cum toto suo populo ei se submisit. et secundum hoc dicit Johannes. Et vidi unum de capitibus eius i. primum et principale caput. unum enim in scriptura aliquando ponitur pro primo gen. i. et factum est vespere et mane dies unus i. primus. et istud caput est unum de septem capitibus bestie sicut dictum est capitulo precedenti de patre eius cosdroe. quasi occisum in mortem i. devictum et subiectum eraclio et quia per hoc non fuit

mortuus simpliciter id est non dicitur occisum absolute
sed quasi occisum. Et plaga mortis eius
curata est quia postea rebellavit eraclio
et sic curatus fuit ab eius subiectione. sed
illud quod sequitur. Et adoraverunt bestiam
dicentes quis similis bestie. et quis poterit pug-
nare cum ea q. d. nullus non concordat cum
dicta expositione. quod enim devictus ab eraclio rebel-
laret non est argumentum quod esset invincibilis
sed magis ad oppositum sicut ipse iam fuerat
devictus ab eraclio et pater eius pluries debel-
latus. Item quia isti expositores dicunt quod hec re-
bellio fuit post recessum eraclii de perside in-
terfecto cosdroe et reportato vexillo crucis
domini. hic autem dicitur. Et ammirata est universa
terra post bestiam. propter eius curationem. Et
adoraverunt draconem per quem intelligitur cosdroe.
Non enim adoraverunt eum post mortem suam
sed ante ut dictum est supra. ¶ propter quod aliter
exponitur hec littera de vulneratione letali
filii cosdroe in uno conflictu contra era-
clium a quo vulneratus contra spem humanam
fuit satis cito curatus. propter quod gentes sibi
subdite crediderunt in eo esse aliquid numinis cuius
virtute fuit sic sanatus sicut et patrem suum
adoraverunt ut deum. et secundum hoc dicitur. Et
vidi unum de capitibus id est filium cosdroe vo-
cem dicta quasi occisum in mortem id est le-
taliter vulneratum. Et curata est plaga mor-
tis eius insperabiliter. et admirata est universa
terra post bestiam propter talem curationem. et ado-
raverunt dracconem id est cosdroe quia dedit
potestatem bestie tradendum regnum filio suo.
et adoraverunt bestiam id est filium cosdroe cre-
dentes in eo aliquid numinis esse. dicentes quis similis
bestie etc. q. d. nullus quia si in prelio
vulneretur curabitur sicut prius. Et datum
est ei os loquens magna. per iactanciam. Et
blasphemias contra christum et ecclesiam. Et
data est illi potestas facere menses .42. qui
faciunt tres annos et dimidium. dictum est enim
supra quod bellum eraclii contra persas duravit
septem annis et sic medietas illius temporis
ascribitur cosdroe et alia medietas filio eius

Et datum est illi bellum facere cum sanctis etc.
quia sanctum anastasium cum .lxx. monachis
et multos alios interfecit. Et data est eius
potestas in omnem tribum etc. quia multe gentes
et diversarum linguarum erat sub potestate sua
et hic est yperbolica locutio accipiendo omnem
populum et gentem pro multo populo et gente
sicut frequenter fit in scriptura et in communi modo
loquendi sicut dicitur tota civitas est in tali
festo. ad denotandum quod sunt ibi multi de
civitate et similiter. et adoraverunt eum omnes
etc. quorum non sunt scripta nomina in libro vite.
id est predestinationis divine qui dicitur liber vite
agni. ratione deitatis et etiam ratione humanitatis
meritum omnes predestinati salvantur in fide
mediatoris. Qui occisus est ab origine mundi
quod dupliciter potest intelligi. uno modo dispositive.
quia sicut ab eterno disposuit mundum facere
quequidem dispositio potest dici quedam mundi origo
ingressum ad exemplar mundi preconcepti et naturaliter
a deo productus est mundus temporaliter in
effectu. boecius libro de consolatione Tu cuncta
superno ducis ab exemplo. Mundum mente
gerens similique ymagine formans. Alio modo
figurative. et sic ab initio mundi christus in
abel fuit occisus. Nam occisio abel inno-
centis fuit figura occisionis huius agni. unde
dicit augustinus quod fuit in abel occisus et in ysaac
exhoratus. ¶ Qui habet hic ultimo de-
scribitur finis belli persarum et eraclii cum dicitur
Qui habet aurem id est intellectum. Audiat simpliciter
finem belli eraclii et persarum quia persi qui
multos christianos duxerant captivos ab era-
clio et eius exercitu fuerunt captivati. Et
qui gladio occiderit etc. quia cosdroe qui
multos occiderat ab eraclio fuit occisus.
hic est paciencia et fides sanctorum. quia zacharias
patriarcha iherosolitanus qui cum aliis plu-
ribus sanctis ductus fuerat in persidem cap-
tivus habuit meritum paciencie et per eraclium
cum eis fuit in iherusalem reductus. ¶ Et
vidi aliam bestiam. descripta ecclesie persecucione
sub cosdroe et eius filio. hic consequenter idem describitur
sub machometo et eius populo. et dividitur in

tres partes. nam haec persecutio primo incipitur 2°. alia incipit 14. ca°. ibi et vidi et ecce nubem. 3°. prima resumitur. 16. c°. ibi. et sextus. prima adhuc in tres quia primo ponitur conditio secte sarracenorum. 2°. persecutio christianorum in principio 14. ca. 3°. punitio persecutorum ibi. et alius angelus. prima adhuc in duas. quia primo ponitur dicte secte conditio. 2°. cuiusdam sue secrete velatio ibi. hic sapientia est. Circa primum sciendum quod licet de inchoatione secte machometi varie dicatur a diversis tamen communius tenetur quod incepit circa finem temporis eracly de quo dictum est in parte precedenti. Hic autem machometus de paupertate ad divitias elevatus cogitabat fieri rex hysmaelitarum de quo populo erat qui proprie dicti agareni. hysmael filius fuit agar ancille gen. 16. dicti tamen usurpative sarraceni a sara libera. ad optinendum vero propositum usus fuit consilio et auxilio cuiusdam monachi heretici nomine sergii condendo legem falsam et carnalem et quibusdam auctoribus veteris ac novi testamenti coloratam ut sic non solum a gentilibus ad carnalia pronis sed etiam a simplicibus christianis et iudeis quorum aliqui habitabant cum hismaelitis facilius reciperetur. finxit etiam legem illam a deo sibi revelatam tamquam prophete dei summo. Igitur de ipso dicitur Et vidi aliam bestiam .i. machometum vitam voluptuosam que bestialis dicitur primo ethicorum. ducentem. Nam fuit luxuriosus et libidinis ardore succensus super omnes homines orientalis regionis iactans se solum habere .xl. hominum communem virtutem generativam et coeundi potestatem habere ut scribitur hystorie orientalis ecclesie li. primo. ca°. 6. qui alio nominatur liber episcopi acconensis quia fuit actor huius libri. Ascendentem de terra quia per incursiones et rapinas ascendit de paupertate ad divitias ut dicitur ibidem. Et habebat cornua duo similia agni .i. christi. cuius duo cornua dicuntur hic prophetia inquantum fuit viator prout declaratum fuit supra 7. super illud propheta magnus surrexit in nobis etc. et latio legis nove. Machometus vero finxit se esse prophetam et legis divine latorem ut dictum est

propter quod dicitur hic habere cornua similia cornibus agni. quia non fuerunt talia secundum veritatem sed secundum humanam fictionem. Et loquebatur sicut draco .s. astute mendaciter et dolose. et potestatem omnem prioris bestie faciebat. quod exponunt aliqui de potestate filii cosdroe qui supra nominatus est bestia. nam machometus et eius sequaces potestatem regum persarum destituerunt ad sarracenos et sic dicitur hic fecisse omnem potestatem prioris bestie. Sed huic expositioni videtur contradicere quod sequitur et fecit terram et habitantes in ea adorare bestiam primam. Nam auferendo potestatem a persis non fecit adorare regem eorum sed magis contrarium. propter quod videtur salvo iudicio meliori quod haec prior bestia sit ipse machometus qui dicitur bestia ratione vite bestialis ut dictum est. et prima. quia primus rex fuit sarracenorum bestialiter viventium. Modus autem primi regis in aliquo regno est regnum suum firmare et dilatare quantum potest quod fecit ipse machometus ideo dicitur. et potestatem prioris bestie omnem faciebat. quia quidquid solet facere primus rex ad firmandam et dilatandam suam potestatem diligentius agebat. In conspectu eius .i. prout sibi ad finem intentum expediens videbatur. Et fecit terram et inhabitantes in ea bestiam primam adorare .i. se ipsum qui dicitur bestia prima ut dictum est. Non tamen fecit se adorare tamquam deum sicut fecerat cosdroe sed sicut prophetam dei summi. Cuius curata est plaga mortis. Machometus enim in quodam bello fuit graviter vulneratus sed postea curatus ut dicitur primo libro historie orientalis ecclesie c°. quinto et fecit signa magna falsa tamen. ut etiam ignem faceret de celo descendere in terram. hic accipitur ignis metaphorice sicut et alia que dicuntur hic. Machometus enim postquam iam erat magnus effectus cepit cadere epilatica passione propter quod ne ex hoc vilificaretur dixit se hoc pati ex apparitione gabrielis angeli ut potest homo purus non potens sustinere refulgentiam ipsius sicut daniel. 10. ca°. dixit angelo sibi apparenti. domine mi in visione tua dissolute sunt compages mee et nichil in me remansit

uicium. angeli uero ignis uocant ps. 103. qui facis angelos tuos spiritus et ministros tuos ignem urentem. Et quod istud erat solum ideo subdit In conspectu hominum .i. opinione falsa sibi credentium. dixerunt etiam sui discipuli quod luna a se uocatam fecit descendere que cum illius quieuit cum igne. et sic secundum opinionem hominum fecit ignem descendere. et seduxit habitantes in terra. per se et discipulos suos propter signa que falsa dicta sunt de eo. In conspectu bestie .i. sui ipsius Sciebat enim quod erant signa mendacia. uel aliter In conspectu bestie .i. populi bestialis et de facili seductibilis qualis erat populus hysmaelitarum habitans in desertis. dicens habitantibus in terra sibi subiecta. Ut faciant ymaginem bestie que habet plagam etc. hoc additur ad significandum quod bestia hic accipitur pro ipso machometo et non pro populo per ipsum decepto. Dicitur autem eius ymago lex ab eo data in qua representatur eius condicio et uita quia precepit firmiter custodire et hoc est quod dicit. Ut faciant ymaginem etc. .i. opere adimpleant eius legem. et datum est illi .i. permissum a deo ut daret spiritum ymagini .s. uigorem sue legi. lex enim dicitur uiua quamdiu uiget et mortua cum abrogatur. et ut loquatur ymago bestie. id est sententiam suam ostendat sicut dicitur lex talis loquitur in tali casu nam omnia fere accipiuntur hic methaphorice. et faciet ut quicumque non adorauit etc. Nam precepit sub pena mortis legem suam haberi in magna reuerentia. et faciet omnes pusillos et magnos etc. .i. omnes homines cuiuscumque condicionis. habere caracterem .i. circumcisionem ut dicunt aliqui Nam sarraceni sunt circumcisi sicut et iudei. sed littera sequens dissonare uidetur cum dicit. In dextera manu aut in frontibus suis quia circumcisio non fit in partibus istis. et ideo per caracterem uidetur hic intelligi determinatus modus uiuendi secundum legem machometi quo sarraceni ab aliis gentibus distinguuntur. ideo dicit. In dextera manu. quantum ad operationem. Aut in frontibus suis. per apertam confessionem. et ne quis possit emere aut uendere .i. cum sarracenis in suis legalibus contrahere. nisi qui habet caracterem bestie .i. modum uiuendi dictum. Aut nomen. sicut sunt sarraceni ficti. Nam sicut inter xpianos sunt aliqui ficti propter quod permittuntur conuersare xpianis ueris sic est inter sarracenos. Aut numerum nominis eius sicut sunt heretici sarracenorum alterius tamen legis qui conuersant cum eis in humanis eo quod sunt de numero fallaciis dictorum sarracenorum. Hic sapientia est. Hic ponitur uelatio cuiusdam secte sine .s. numeri annorum respicientium machometum. Ideo dicit. hic est sapientia .i. res occulta ad intelligendum quam capere est proprie sapientum. qui habet intellectum. diuinare et penetratiuum occultorum. computet numerum bestie .i. machometi qui bestia dicitur ut patet ex predictis. Numerus enim hominis est et numerus eius est sexaginta .s. anni. Sed ad quid referatur determinate iste numerus patet quod non refertur ad numerum annorum uite ipsius quia non tantum uixit. sed sexaginta tribus annis ut habetur in historiali speculo propter quod aliqui dixerunt quod refertur ad duracionem legis ipsius que tantum debet durare et hoc non uidetur uerum nam lex illa fuit data circa finem temporis eraclii ut predictum est qui cepit imperare anno domini sexcentesimo tertiodecimo et imperauit triginta annis. a fine autem huius temporis usque ad presentem annum qui est annus domini millesimus trecentesimus uicesimus nonus fluxit maius tempus ut patet consideranti et tamen adhuc durat lex machometi. propter quod aliqui dicunt quod post mortem machometi lex eius fuit correcta per sapientes sarracenos et ab illa correctione debet incipere numerus annorum duracionis illius legis sed hoc non uidetur probabiliter dictum quia tunc non diceretur lex machometi sed sapientum. tamen illi sapientes dicuntur fuisse discipuli machometi et sic illa correctio non fuit post eius duracionem a machometo per tempus nobile magnum. et sic ab illa correctione iam fluxerunt sexcenti sexaginta sex anni uel de ualde propinquo sunt complendi. et tamen lex machometi non uidetur ita propinqua cessacioni. Nam a paucis annis inualuit. tartari enim qui sunt in maximo numero legem illam receperunt pro maiori parte illius

ppli sicut audiui assertiue a quodam epo ordinis mi
qui p plures annos inter tartaros habitauit.
// pp quod saluo meliori iudicio vr q iste nus
annorum sit incipiendus ab incarnatione dni et
terminandus in morte machometi de quo
pphitice loquitur hic Johes. q sic pot declarari
nam ab anno incarnationis dni usqz ad fine
impij eraclij fluxerunt anni sexcenti quadra
ginta treces ut patet ex pdictis. et machometus
vixit sexaginta tribus annis vt dicitur e et isti
nu sil iuncti faciunt septingentos sex annos
a quibus oportet subtrahe annos quibus macho
metus vixit cum eraclio alr anni bis compu
tarentur ut patet intuenti. Isti vero anni esti
mantur probabiliter fuisse quadraginta. qz
machometus pmo fuit paup et postea inualuit
per mercationes et postea p rapinas et frau
des antequam attemptaret se regem facere dare
et legem dare qua dedit circa mortem eraclij
et sic de vita machometi videntur pbabiliter
fluxisse quadraginta anni ante tempus mortis
eraclij quibus demptis de septingentis sex rema
nent pcise sexcenti sexaginta sex anni ab in
carnatione dni usqz ad mortem machometi
et scdm hoc potest hec lra expom. Nus enim
hois. s. xo. qui fuit homo pfectus scijs et virtu
tibus ab instanti incarnationis. Et nus eius est
s. machometi sexcenti lxvi. qz tantus nus
annorum fuit ab anno quo dns factus e homo
usqz ad terminu vite machometi ut pdictu est
. Sciendum aut q liber apocalipsis fuit scptus
in greco in quo habr hoc nome. Antemos
vbi dr hic sexcenti lxvi. cuius significatu ppu
est contrarius qd pprie conuenit machometo qui
fuit contrarius xpo. negans eius ditatem ut pdcm
est. et psequens xpianos ut dicetur in pte se
quenti. significatum aut dicte dictionis ac
comodatu est sexcenti lxvi. ad cuius intellectu
sciendum q sicut in latino alique lre acco
modate sunt ad significand nros. sicut lra
c. ponitur p centu. et. l. p quinquaginta et sic
de aliquibus alijs ita silr in greco lre alique po
nuntur p nris et ille quibus scribr hoc nomen
antemos in greco significant hoc nro sexce
tos lxvi. pp qd in aliquibus biblijs ponitur sic
Nus eni hominis e nus eius e dic lux. q dictio
significat apud latinos nrm pdictu p lras
quibus scribr qz lra d. ponit p quingent. I. pro
vno. c. p centu. l. p quinquaginta. v. p quinqz
x. p decem et hec simul iuncta faciunt sexcetos
sexaginta sex qui nus competit machometo
mo dicto. et quia ista ponuntur velate et ob
scure vt pz io pmitti. hic est sap etc.

XIIII

Et vidi. hic consequt describe
premiu psecutionis macho
meti sustinentiu. et diuidr
in duas ptes. s. in pte prin
cipalem et incidentalem q incipit ibi. Et vidi
alteru angelum. Circa pmu sciendu q sicut
dicitur in cronica hugonis floriacensis circa
finem impij eraclij. agarem qui et saracenj
dnr. machometo duce ceperut egiptum et ethi
opiam grauiter inuadere et silr homareus
machometi discipulus damascum et regionem
phenicis et ihrlm totamqz syriam occupauit
et anthiochiam comprehendit. et in hijs tris
erant multi religiosi xpiani incenobijs mag
nis ducentorum trecentorum et amplius monachorum
in castitate viuentium quorum maior ps vel
multi erant virgines et in illa psecutione
p gladiu sarracenorum trnsierut ad regna celorum
et hoc est quod dicit hic Johes. Et vidi et ecce
agnus. i. xpus qui dr agnus dei. Jo. 1o. Stabat
supra montem syon. i. in ecclia triumphante
que dr mons syon hebre. 12o. ca. q describr
hic stans. eo q adiuuit dictos martires in
tollerantia martirij sicut act. 7o. dr de ste
phano in agone posito q vidit ihm stantem
qz stare pprium est adiuuantis in plio. sedere
vero pprium est iudicantis. pp qd incti. voltio
describr. vt sedens a dextris dei. Et cu illo
centum quadraginta quatuor milia. In certo
em nro uel circiter estimantur pdicti occisi
probabiliter. habentes nomen eius et nomen patris
eius et p gnus spus sancti qui est nexus amborum.
scriptum in frontibus suis. p apertam et libam
confessione. Et audiui vocem de celo tamqz voce

aquarum multarum, id est multitudinis sanctorum, secundum quod dicitur infra 17°: aque multe populi multi. Multitudo enim centum quadraginta quatuor milium magnifice laudat deum de sua victoria et gloria adepta. Et tamquam vocem tonitrui magni. In quo designatur magnitudo laudis huius non solum ex laudantium multitudine sed etiam ex modo laudis et qualitate. Et vocem quam audivi sicut cytharedorum etc. Nam hec laus est coram deo et angelis gratiosa. Et cantabant quasi canticum novum quia dicti laudantes sunt de numero sanctorum novi testamenti. Ante sedem, scilicet dei, et ante quatuor animalia et seniores, id est in presentia sanctorum patriarcharum et prophetarum in celis existentium sicut dictum est supra 4° capitulo. Et nemo poterat dicere canticum. Ex voto enim continentie habuerunt aliquod speciale in merito et sibi hunc in premio sicut et de quolibet sancto confessore canit ecclesia: Non est inventus similis illi ratione specialis meriti. Qui empti sunt de terra sanguine Christi. Hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati vel simpliciter integritate carnis tenende vel saltem post nectum castitate servando. Virgines enim sunt. Virginitas enim in scriptura aliquando accipitur stricte pro integritate carnis, aliquando magis large pro continentia maiore voto consecrata. Hii sequuntur agnum quocumque ierit, quia sequuntur Christum non solum per viam mandatorum sed etiam consiliorum. Hii empti sunt ex omnibus primitie deo, id est gratiosi, sicut primi fructus sunt magis delectabiles. Et in ore ipsorum non est inventum mendacium. Nam veritatem fidei confessi sunt animo constanti. Sine macula sunt ante thronum dei. Nam si aliquam maculam contraxerant purgata fuit virtute sui martirii. Et vidi alterum angelum. Hec est pars incidentalis in qua describitur quedam infidelium conversio memorabilis que contingit circa illa tempora. Sanctus enim bonifacius missus fuit a pontifice romano ad predicandum fidem catholicam gentibus turingie, austrie, frisie, in qua legione multos valde convertit ad Christum. Et hoc est quod dicitur: Et vidi alterum angelum, id est sanctum bonifacium. Nam angelus interpretatur nuntius, ipse vero fuit nuntius dei

divini ut dictum est. Volantem per medium celi. Nam velociter et prompte exercitus fuit officium sibi iniunctum, scilicet mentem, in corde et ore. Evangelium eternum, id est evangelium Christi quod dicitur eternum nam ei aliud non succedet. Ut evangelizaret sedentibus super terram etc., id est populis predictis in quibus diversificantur lingue saltem in aliquo, et quia non solum paratus erat predicare dictis populis sed omnibus gentibus eum audire volentibus ideo subditur: Et super omnem gentem etc. Dicens magna voce. In quo notatur efficacia predicationis sue. Timete dominum timore filiali et date illi honorem sicut filii patri. Quia venit hora iudicii eius generaliter in fine mundi et singulariter in morte cuiuslibet. Nam in quali statu quis moritur in tali in iudicio presentabitur. Et adorate eum etc. qui est creator omnium et non ydola vana.

Et alius. Hic consequenter describitur punitio persequentium christianos et dividitur in duas partes quia primo describitur punitio ~~persequentium christianos~~ eorum. Secundo huius ordinis bonorum premiatio ibi: Et audivi vocem. Circa primum sciendum quod constans nepos eraclii cepit imperare anno domini sexcentesimo quadragesimo tertio et persuasus a paulo constantinopolitano episcopo incidit in heresim monathelitarum duplicem voluntatem in Christo negantium et multos ecclesie ministros non assentientes heresi dicte graviter afflixit et in exilium relegavit. Propter quod sanctus martinus papa convocato concilio dictam heresim cum suis fautoribus condempnavit propter quod in constantinopolim ductus fuit ut assentiret dicte heresi, quod renuens in exilium fuit missus et ibidem mortuus. Et de hoc exponunt aliqui locum istum cum dicitur: Et alius angelus, id est papa martinus secutus est, scilicet dictam heresim condempnando. Cecidit babilon, id est imperium grecorum quod fuit magnum, nam imperatore in heresim cadente ut dictum est multi alii similiter ceciderunt et quia hoc erat confusibile ideo vocatur imperium illud babilon, id est confusio. Dicitur autem hic bis cecidit propter duplicem casum, scilicet patriarche et imperatoris. Item sciendum quod sicut dicitur in cronica sigiberti leo qui post theodosium sumpsit imperium cepit imperare

anno domini septingentesimo xviij°. et imperauit annis xxiiij. et anno imperii eius xiij. papa gregorius tercius prefuit ecclesie. et leonem hereticum depravatum redarguit et de consilio romanorum et vectigalia denegauit et ne pecunia sui numismatis reciperetur ordinauit ut et quod eius effigies de ecclesia tolleretur et ne nomen eius in missarum sollempniis recitaretur et secundum hoc exponitur ab eis quod subditur. Et tercius angelus .i. papa gregorius. dicens voce magna in quo notatur ordinationis sue auctoritas. Si quis adorauerit bestiam .i. leonem bestialiter viuentem referendo ei honorem imperialem. Et ymaginem eius. quia fecit de ecclesia remoueri ut dictum est. et accepit caracterem in fronte sua. Confitendo eum manifeste imperatorem. Aut in manu sua recipiendo numisma eius caractere figuratum. hic bibet de vino ire dei etc. penam excommunicationis et aggrauationis incurrendo. licet autem hec expositio probabilis videatur quod tamen ante imperatorem constantem fuerunt imperatores alii tamen vel magis heresi depravati ut patet ex supradictis. videtur minus conuenienter expositum quod dicitur .8. pro eius casu. Cecidit cecidit babilon .i. imperium grecorum nimis predicto. Maxime cum eius filius constantinus ecclesias diruptas reparauit et contra heresim monothelitarum insurrexit unde et vniuersale synodum constantinopolim congregauit ducentorum octoginta nouem episcoporum. qui duas naturas esse in domino nostro ihesu christo comprobauerunt et crediderunt. Similiter quod subditur de gregorio papa et leone imperatore quod accipiens leonis numisma bibet de vino ire dei etc. excommunicatione incurrendo videtur minus conuenienter dictum quod subditur. Et cruciabitur igne et sulphure per quod intelligi videtur pena gehenne que est eterna ut subditur. Et fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet. et sic non videtur loqui de pena excommunicationis. seu ecclesie incendii quam contigisse dicunt constantino filio leonis qui ministrorum ecclesie fuit maximus persecutor. propter quod saluo meliori iudicio melius videtur littera ab illo loco. Et alius angelus etc.

de machometo et eius sequacibus exponenda de quorum persecutione contra christianos ante fecerat mentionem et eorum pena non dixerat et ideo Johannes describit hic generaliter eorum punitionem et primo quantum ad penam temporalem. 2° quantum ad eternam ibi Et tercius angelus. Circa primum dicit. Et alius angelus .s. sanctus Johannes loquens. secutus est. hoc non refertur ad partem immediate precedentem sed ad precedentem in qua locutus fuerat de cetu quadraginta quatuor milibus interfectis pro christo a sarracenis dicens eorum punitionem temporalem. Cecidit cecidit babilon .i. gens sarracenica nam lex eius est confusionibus plena quia ibi laxatur vita voluptuosa que vita pecudum dicitur per philosophum ethicorum. Et etiam propter confusum procedendi modum nam inordinate traditur et idem frequenter et inutiliter repetitur nec ratione vel scriptura autentica fulcitur ut patet illam intuenti. Illa magna. Quam gens illa in breui fuit multum multiplicata et dilatata dicitur autem cecidisse quia circa tempora illa conflixit cum romanis in quo conflictu trecenta milia sarracenorum cum multis aliis sunt perempti ut habetur in cronica sigiberti. Que a vino fornicationis sue potauit omnes gentes. yperbole est ad designandum magnam multitudinem gentium errore machometi infectam. Concedit enim carnis delectabilia ad que multitudo hominum est prona. Et tercius hic generaliter describitur pena eorum eterna cum dicitur Et tercius angelus .s. ad litteram vel aliquis predicator sanctus contra machometi sectam si quis adorauerit bestiam .i. machometum ut dictum est capitulo precedenti ubi dictum est de eius ymagine et caracteris acceptione. hic bibet de vino ire dei .i. punietur a deo grauiter. Quod mixtum est mero. Dicitur autem punitio dei vinum merum quando quis punitur temporaliter tantum ad eius correctionem mixtum vero quando post punitionem temporalem sequitur eterna sic est in proposito. quia sarraceni puniti fuerunt morte temporali ut predictum est et cum hoc eterna ideo subditur. Et cruciabitur igne et sulphure .i. pena gehenne. Et fumus

tormentorum corporum etc. Nam illa pena est eterna
capite post. Nec habent requiem die ac nocte
nam est continua. Cetera patent ex dictis
ca° precedenti. et quod secundum quod dicit augustinus una causa
quare permittuntur mali in hoc mundo est exerci-
tium bonorum in virtute patientie. Ideo subditur
hic patientia sanctorum est quia patientia christianorum et multo-
tiens et multipliciter exercitata est per sarracenos.
// Et audivi. pars ista ab aliquibus expon-
itur de morte qua quis moritur mundo per
religionis ingressum. Nam illis temporibus quidam
vir potens devotione ductus reedificavit ce-
nobium sancti benedicti apud castrum cassi-
num quod per longobardos per multos annos ante
fuerat destructum et ibi deo serviens suo ex-
emplo multos induxit ad serviendum christo. Tunc
etiam temporis multi nobiles in diversis partibus
relicta pompa seculari habitum religionis
assumentes fuerunt mundo mortui de quibus
secundum illos dicitur hic. Beati mortui etc. et etiam
quod subditur. Iam dicit spiritus ut requiescant
a laboribus suis. Nam a labore vite active tran-
sierunt ad requiem contemplative. sed quia sic
morientes mundo non moriuntur in domino proprie
sed magis recipiunt vivere in ipso nec a labo-
ribus bonis quiescunt sed magis eos amore christi
assumunt scilicet vigilias orationes ieiunia et con-
silia. ideo melius videtur dicendum quod hic post punitionem
malorum eternam describitur retributio bonorum
eterna sicut dictum est supra. ut sic opposita iuxta
se posita magis elucescant. Ideo dicit hic Iohannes
scribe. tamquam rem notabilissimam. beati mor-
tui qui in domino moriuntur. id est in confessione domini nostri
ihesu christi per palmam martirii quales sunt
centum quadraginta quatuor milia de quibus
dictum est ca° precedenti. Amodo iam dicit spiritus
scilicet sanctus qui cum patre et filio est unus deus. Ex-
primitur tamen hic specialiter. nam opera sunt me-
ritoria per caritatem per quam spiritus sanctus habitat
in nobis. et sic retributio mercedis quodam
speciali modo attribuitur ei. Ut requiescant
a laboribus suis. Nam in beatitudine appetitus
totaliter quietatur. Opera enim illorum meri-
toria vite eterne. sequuntur illos in beatitudine

quam recipiunt per ipsis. // Et vidi. Inchoata
persecutione sarracenorum hic interponit alia
ratio scilicet longobardorum et hoc propter successionem
temporum cuius ordinem Iohannes prosequitur in hoc
libro et dividitur in duas partes. nam primo ponitur
a longobardis ecclesie liberatio. 2° plurium
aliorum eam persequentium percussio ibi. Et post
hec vidi. Circa primum sciendum quod anno domini
septingentesimo liii. haystulphus longobardorum
rex in ytalia multum afflixit ecclesiam. propter quod
stephanus papa transivit in franciam querens
auxilium contra dictum regem quod impe-
travit et hoc describitur in hac parte que dividitur
in duas. quia primo describitur hoc auxilium tempore
pipini. 2° tempore karoli magni filii sui ibi.
Et alius angelus. Circa primum dicitur. Et vidi
et ecce nubem candidam per quam intelligitur regnum
francie candidatum pre ceteris moribus et fide.
Et super nubem sedentem scilicet pipinum regem. similem
filio hominis. id est conformem christo in fide et iustitia
licet hec assimilatio fuit valde longinqua. habentem
in capite coronam auream nam reges francie
ad literam aurea corona coronantur. Et in manu
sua. id est in potestate sua. falcem acutam. id est exer-
citum valde bellicosum per quem pipinus mul-
tas et magnas victorias habuit. Et alius
angelus. id est papa stephanus. Exivit de templo
id est ecclesie. Clamans voce magna. id est deprecans
ex magno affectu. ad sedentem super nubem.
id est pipinum regem. Mitte falcem tuam et mete.
dirigendo exercitus tui potestatem contra haystul-
phum tyrannizantem. Quoniam venit hora ut
metatur. id est ut eius tyrannia per tuam potentiam
tollatur. Quoniam aruit messis terre. id est ipse et
eius exercitus obdurati sunt in sua iniquitate.
Et misit qui sedebat super nubem in terram
Nam pipinus cum valida manu intravit yta-
liam. et messuit terram. Nam quia haystulphum
viriliter pugnavit et reddere compulit beato
stephano quecumque sui iuris erant. // Et
alius angelus. hic consequenter describitur auxilium ecclesie
contra longobardos tempore karoli magni. et
dividitur in duas partes. quia primo ponitur auxilium
karoli. 2° dilatatio cultus divini. ibi. tu.

Circa primum sciendum quod anno domini septinge-
tesimo septuagesimoquarto karolus rex francie
ad preces adriani pape intrauit ytaliam
cum exercitu forti contra desiderium longo-
bardorum regem ecclesiam multipliciter affligentem
quem impugnans tandem cepit et secum in
franciam duxit in quo longobardorum regnum
defecit et hoc est quod dicitur hic. Et alius angelus
scilicet karolus magnus. exiuit de templo nomomi-
ensi in quo coronatus fuit ut habetur in cronica
sigiberti. Quod est in celo. militantis ecclesie que
frequenter celum nominatur in scriptura. habens
et ipse falcem acutam. id est exercitum fortem immo
exercitu patris sui fortiorem. Et alius angelus
id est papa adrianus. Exiuit de altari. ad quod
accesserunt pro misse celebratione ut deus
vellet ecclesiam protegere. Qui habet potestatem
super ignem. id est inferendi excommunicationis et aggraua-
tionis penam quelibet enim pena nomine ignis
aliquando designatur. Aliqui libri habent. et aqua.
sed non est de textu nec habetur in libris cor-
rectis. Et clamauit voce magna id est ex af-
fectu magno. deprecans karolum ut faceret
sibi auxilium. Mitte falcem tuam acutam
id est exercitus tui potentiam. et vindemia botros id est lon-
gobardos auferendo eorum potentiam. quoniam mature
sunt vue eius id est longobardi sunt destructione
digni. et misit angelus id est karolus. falcem
suam id est exercitus potentiam. aliqui libri habent acutam
in terram sed non est de textu. Et vindem-
iauit vineam terre auferendo potentiam longobar-
dorum de terra ytalie. Et misit in lacum ire
dei magnum. nam regem deduxit captiuum.
Et calcatus est lacus extra ciuitatem quia
regem cum vxore duxit in exilium extra
terram suam ut dictum est. et exiuit sang-
uis. de corporibus occisorum. Nam in regis cap-
tione multi longobardi fuerunt occisi usque
ad frenos equorum. Nam ex sanguine occi-
sorum frena militum karoli fuerunt rubricata
sicut in talibus bellis solet fieri. per stadia
mille sexcenta. Nam fama huius victorie
karoli fuit longe lateque diffusa. scilicet per quatuor
orbis partes per numerum dictum designatas eo quod est
numerus quadratus. est enim numerus quadratus
qui consurgit ex ductu numeri in seipsum sicut
quaternarius qui consurgit ex ductu binarii
in seipsum Nam bis duo sunt quatuor. Et sic
nouenarius qui consurgit ex ductu ternarii
nam ter tria sunt nouem. et sic est in
proposito nam mille sexcenta est numerus con-
surgens ex ductu quadragenarii in seipsum.
quadragesies enim quadraginta faciunt mille
sexcenta ut patet consideranti. et sic per numerum
predictum designantur quatuor partes orbis

XV

Et vidi aliud signum. De-
scripta longobardorum destruc-
tione. hic consequenter describitur
persecutio plurium persecutorum
ecclesie. Et diuiditur in duas partes. quia primo
proponitur hec persecutio. secundo subditur persecutionis
executio ibi. Et post hec vidi. Prima in
duas quia primo describitur propositio dicta secundo subditur
ex hoc laus diuina ibi. Et vidi. Circa primum
dicitur. Et vidi aliud signum. Nam erat rei
future significatiuum. magnum et mirabile.
nam persecutiones inimicorum ecclesie per hoc sig-
nificate facte fuerunt diuina virtute. Ange-
los vii. de quibus postea singulariter dice-
tur. scilicet septem. habentem vii. plagas. id est virtutem
a deo inferendi eas. nouissimas non
simpliciter sed respectu temporis preteriti sicut gen.
49. dicitur. Congregamini ut annunciem que ven-
tura sunt vobis in nouissimis diebus. Et
tamen illa sunt iam completa a magno tempore
Quoniam in illis consummata est ira dei. id est per illas
posita est vindicta dei de reprobis in effectu
Ira enim est appetitus vindicte ideo tunc con-
summatur cum in effectu ponitur. Et
vidi. hic consequenter describitur laus diuina que licet
secuta fuerit persecutiones reproborum tamen hic
premittitur executioni earum post propositionem earum
immediate frequenter enim prius facta post-
ponuntur in scriptura et quia sancti in celo
preuidentes persecutiones istas letati sunt
antequam euenirent in effectu. dicit igitur Johannes. Et
vidi tamquam mare vitreum. id est ecclesiam militantem.

que sic noiatur roe bapi ut dtm e sup ca. 4°. Mixtum igne spus sci qui datur in bapo et eos qui vicerunt bestiam .i. gente sarracenicam hic p bestiam designatam eo q machometus cuius sectam tenet sic noiatur s. ca°. 13°. et p ymaginem eius .i. files sarracenos. Et nimm nois eius .i. adherentes eis vel p nim nois eius. intelligantur infideles quicumque xpo contrariantes. et ecce. Nam nomen nui eius suppositum est antemos quod de principali significato significat contrarium s. xpo ut dtm est s. ca°. 13°. in fine. Septe enim plage seu percussiones sequentes sunt sarracenorum et eis silium et xpo et ecclie contrariantium ut patebit inferius prosequendo stantes .p vite sanctitatem. habentes cytharas dei etc. p hoc intelligitur gratiarum actiones in universa ecclia de victoriis sequentibus contra reprobos et infideles et q ecclie orones partim accipiuntur de veteri testo et partim de novo. Ideo dr. Cantantes canticum moysi servi dei et canticum agni dicentes. Magna et mirabilia sunt opa tua. Nam dictas victorias attribuerunt potentie divine. Iuste et vere sunt vie tue obstinatos puniendo et penitentes suscipiendo. Ideo subdr. Quia solus pius es. peccatores revocando io subditur quoniam omnes gentes venient .s. ad fidem xpi. an finem mundi. Multi etiam infideles videntes victorias xpianorum mirabiles que infra describuntur vexatione intellectum eis dante crediderunt in xpm ut dicetur ca°. sequenti specialiter de saxonibus et hunnis. Et post hec. Hic consequenter describitur septem plagarum executio. et dividitur in duas partes. quia primo ponit percussionum dispositio. 2° ipa percussio ca°. 16. Circa primum dr. Et post hec vidi. Et ecce apertum est templum .i. divinum secretum p impletionem in effectu. Et exierunt vii. angeli .i. dei nuntii qui postea nominabuntur prosequendo habentes septem plagas .i. habentes potestatem infligendi septem vindictas. Vestiti lapide mundo .i. xpo qui dr lapis abscisus de monte sine manibus

dan. 2°. et mundus quia peccatum non fecit nec inventus dolus in ore eius .i. pe. 2°. q dr induimini hoies sci Ro. 13. Induimini dnm ihm xpm p imitationem suorum operum et hoc patet q p istos septem angelos de quibus sigillatim postea dicetur hoies catholici et sci intelliguntur. Et precincti circa pectora zonis aureis p hoc designatur castitas mentis que precipue in novo testo sicut p renes accinctos castitas corporis pertinet ad vetus testm. Mt. 5°. Audistis quia dictum est antiquis non mechaberis. Ego autem dico vobis quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est in corde suo. et unus de quatuor animalibus .i. de quatuor evangelistis ut dicunt aliqui dicentes q fuit lucas qui magis loquitur de punitione reproborum. sed secundum ea que dicta sunt s. ca°. 4°. iste magis vr fuisse marcus ubi dictum fuit q p quatuor aialia intelliguntur quatuor ecclie patriarchales sive quatuor patriarche eis presidentes. Marcus vero fuit patriarcha allexandrinus. Dedit septem angelis septem phialas etc. .i. potestatem puniendi reprobos ex ordinatione divina. Et impletum est templum dei fumo etc. p quod designatur divina condescensio sicut 3. Re. 8. dr. q nebula implevit domum dni ad designandum dei presentiam acceptando enim devotionem salomonis et ppli sic in proposito deus puniendo reprobos condescendit electis. Et nemo poterat introire in templum etc. quod exponunt aliqui de ecclia iherosolimitana quia fideles non introierunt donec septem plage sequentes consumate fuerunt. quod fuit impletum tpre godefridi ducis lothoringie capta ihrlm p xpianos. sed hoc dtm non vr verum. Nam ante completionem vii. plagarum habitata fuit ihrlm a xpianis ut videbitur ca°. sequenti. pp quod aliter est dicendum .s. q Iohes dicendo. Et nemo poterat etc. alludit ei quod dr. 3°. Re. 8. Nebula implevit templum dni et subdr ibi. et non poterant sacerdotes stare etc. q retraxerunt se pp reverentiam presentie divine. ut diffusius dtm

fuit ibidem propter hoc ergo quod dicitur. Et nemo poterat
etc. designatur quod ministri ecclesie reverentius solito
se habeant ad deum ut impleantur plage sup
ministros ecclesie ut sic liberius possint ecclesias in
gredi ad celebrandum officium divinum sublato
impedimento infidelium.

XVI

Et audivi. Descripta disposicione ad
vii. plagas inferendas. hic consequenter
describitur executio earum et pro
ponitur in generali cum dicitur
Et audivi vocem magnam. In quo denotatur
magnitudo auctoritatis divine. de templo. scilicet glorie
dei. dicentem vii. angelis ite etc. ad exequendum
divina mandata de reproborum punitione. // Et
abiit. hic consequenter ponitur executio in speciali et potest
dividi in vii. partes secundum numerum vii. plagarum
que patebunt prosequendo. Circa primum sciendum
quod constantinus qui cepit imperare anno domini
septingentesimo xlvii. fuit pessimus. Nam
sicut dicit sigibertus ymagines christi et sanctorum
ab ecclesiis removit eos qui dei genitricem in
vocabant et qui vigilias in ecclesiis agebant
et qui religiose vivebant et qui a venereis
et ab immundis abstinebant primo omnes privavit
et multipliciter cruciavit. Monachos etiam et mo
niales contrahere matrimonia coegit. quod multi
vitantes ab eo martirizati sunt. postea vero
imperante hyrene uxore leonis cum filio suo
constantino quorum imperium cepit anno domini
septingentesimo octogesimo. 2°. adrianus
papa ad instantiam patriarche constantinopoli
tani congregavit synodum in nicea in qua
condempnavit heresim execrantium ymagines
christi et sanctorum. quia sicut libri laycorum movent
eos ad devotionem. unde et beatus lucas ymagines
christi et beate virginis primo dicitur depinxisse. Con
dempnavit etiam heresim feliciani qui ponit
in christo duplicem dei filiationem. scilicet veram in natura
divina et adoptivam in humana. Ad quod sequitur
in christo esse duplicem personam unam in natura
divina. aliam in humana sicut dixit nesto
rius et ad hoc sequitur quod beata virgo non sit
mater dei sed tantum hominis. Iste vero hereses
habent similitudinem cum perfidia macchometi nam

sarraceni ymagines execrantur dicunt etiam
ihesum filium marie virginis esse hominem purum
Igitur de dampnatione duplicis heresis dicte dicitur. Et
abiit primus angelus. id est papa adrianus sanctus et bonus.
Et effudit phialam suam in terram. predicando
excommunicationis sententiam in terrenos homines dictas
hereses tenentes. Et factum est vulnus sevum
et pessimum. Nam excommunicatio que est spiritualis
plaga peior est quam temporalis pena in obstinatis.
In homines qui habebant caracterem bestie. id est
similitudine macchometi modo predicto. Et eos qui
adoraverunt ymaginem eius. Reverendo principes
macchometo conformes. // Et secundus.
hic ponitur plaga secunda circa quod sciendum
quod aliqui cives romani contra leonem papam
qui prefuit ecclesie anno v. hyrene et constantini
eius filii coniuraverunt et lingua bis precisa
dentes et oculos eruentes et eum in suo sanguine
volutatum quasi mortuum reliquerunt. De hoc
igitur exponunt aliqui litteram istam dicentes
quod ille civis romanus qui alios induxit ad dictam
enormitatem dicitur hic angelus secundus. Qui ef
fudit phialam suam in mare. id est in ecclesiam
que baptismi mare nominatam. Ille namque civis
effudit malitiam suam et iram in papam
qui erat caput ecclesie. Et factus est sanguis
tamquam mortui quia papa fuit cruentatus
suo sanguine et quasi mortuus relictus sed istud
non videtur rationabiliter dictum quia sicut patet
ex predictis per vii. angelos intelliguntur viri. vii. ca
tholici et sancti. Iste vero civis romanus fuit
pessimus. Item quod subditur. Et omnis anima vivens
mortua est in mari. Non bene consonat
predictis nam alii de ecclesia non fuerunt occisi
cum leone papa quia persecutio illa fuit personalis
Ideo aliter potest exponi et melius ut videtur de
karolo magno rege francie qui tempore illo
saxones debellavit qui per mare hic designantur
propter multitudinem illius populi ex modo loquendi quo dicitur
infra. 17°. capitulo. Aque multe populi multi. Mare
namque est congregatio aquarum multarum
Item quia saxones per mare navigantes
plures terras christianorum afflixerunt. Dicit
igitur Iohannes. Et secundus angelus. id est karolus rex deo

et eccl'ie devotus. Effudit phialam suam
in mare exercendo divinam vindicta in saxo
ones. Et sanguis factus e tamq mortui.
q2 multi valde de saxonibz fuerint occisi. s3
quia de remanetibz aliqui videntes victoria
karoli factam virtute dei baptm receperunt
io non dr. et factus est sanguis mortui sim'.
S3 tamq mortui. Ceteri vero obstinati fu
erunt occisi nam de illis una die karolus 4or
milia et quingentos fecit decollari ideo subdr
et omis aia vivens mortua est in mari qr
qui capti fuerunt vivi in infidelitate saxo
nu obstinati occisi fuerut ut dictum est.
Et tercius. hec est tercia pars que sibi ex
ponitur de karolo magno imperatore tn facto
io noiatur hic bis angelg .s. scdus et tercig
eo modo quo dr po R'. io. de saulo facto rege
q mutatg fuit in virum alteru. karolg enim
iste xxxiij. annis regnavit sup francos et
post imperator factus xiiij annis ut dr in cro
nica sigiberti et anno tercio sui imperij avares
qui et huni dnr et multas terras xpia
norum affligentes depopulaverant totalr
debellavit et eos qui remanserut fidei ca
tholice subiecit io dicitr. Et tercig .s. karolg
imperator creatus. Effudit phialam suam
.i. dei vindictam sup flumia et sup fontes a
quarum .i. sup avares sive hunos qui sic
noiantur eo q habitabant primitus iuxta
paludes meotidas ubi sunt multe ebulli
ones aquaru p modum fonciu et q cu an
paludes ille putarentur imeabiles huni eas
transierut et gothos qui ultra paludes illas
habitabant in scithia debellaverut ex qua
victoria elevati alias terras usqz in gallia
sub athyla rege ferro et igne vastaverunt.
Et factus est sanguis. quia karoli exercitus
multos interfecit de hunis. Et audivi an
gelum etc. ad intelligenciam huig scd q an
geli boni qui sunt de ordine principatuu pre
sunt diversis regnis et gentibz et io procurat
bonu gentiu sibi commissaru pp quod videntur
invicem resistere qn certantur ad invicem
gentes sibi comisse anqz sciant determinatoem

divine voluntatis de futura istius gentis vel
illius subiectione. et hoc mo dan. io dixit
gabriel danieli. princeps regni psaru restitit
michi xxi. diebz sicut ibidem fuit expositum
diffusius. S3 qn sciunt divinam voluntate
p revelatione vel effectus positionez concordr
approbant divinam sententiam nam voluntates
eoru semp sunt concordes divine voluntati
et scdm hoc dr hic. Et audivi angelum aquaru
.i. hunoru p fontes et flumia significatoru ut
predictum est. dicentem iustus es etc. approbando di
vinam snam de tonsa gente sibi decreta. Qr
sanguinez scoru tuoru et pphaiu fuderunt. huni
namqz ancq debellarentur p karolum multos
xpianos interfecerant inter quos erant
aliqui prediti scitate et dono pphie. Et sang
nunc dedisti eis bibere eos puniendo simili
pena. Unde vulgariter dr de sic punito. Iste
bibit cum tali ciapho cum quali alios potavit
et audivi alterum .s. angelu suoru. dicentem
etiam dne etc. Nam ambo angeli divinam
snam approbaverut concordit. // Et qrtus
angelg. hic ponitur 3a. plaga qua exponit
aliqui de quodam noie crescentius qui sicut
patricius romanus debuit ecclam protegere
s3 eam ego impugnavit gregoriu papam
sanctu deiciendo. et loco eius qndam noie
iohem nullius aut parvi meriti hominem
instituendo. et scdm hoc dr hic. q qrtg ange
.i. crescencius. Effudit phialam suam .i.
indignatione et iram in solem .i. in gregoriu
ppam xpi vicariu et sic locu sol iustitie te
nentem. s3 hoc dictum non vr verum. quia
sicut dtm e sup p hos vij. angelos intelligut
vij. homies iusti et sancti. Crescentius aut
iste fuit pessimg pp qd melig exponitur de
leone pp scto qui redditis sibi ditus visu et
loquela misit nuntios ad karolum magnu
petendo eius auxilium et scdm hoc dr. Et
quartus angelg .i. leo pp bong et scus ut patet
ex predictis. Effudit phialam suam in solem
denuntiando amnisu amaritudine karolo
imperatori eo q iniuste et in dei contemptu
fuerat excecatus. et lingua pivatg et de

sede petri deiectus. Dicitur autem karolus imperator
sol quia sicut sol precellit planetas alios. sic
karolus fide et magnanimitate refulgens
precellebat cunctos reges terrenos. Et datum
est illi estu affligere romanos etc. quia data
sibi a deo virtute romam adiit cunctas expa
minavit et deo rebelles et ecclesie graviter af
flixit et punivit et leonem papam in sede sua
iterum collocavit. ut habetur in cronica sy
giberti. et estuaverunt homines scilicet mali. estu
magno doloris et iracundie eo quod non poterat
karolo resistere. et blasphemaverunt nomen
dei. hoc dicitur quantum ad obstinatos qui tunc
in peccatis suis fuerunt mortui. Et quintus
angelus. hic ponitur quinta plaga in qua recitatur
Johannes ad persecutionem sarracenorum et punitionem
eorum ut dictum est supra. tamen aliqui exponunt partem istam
de othone imperatore qui ut dicunt aliqui
gregorium papam eiectum per crescentium in papa
tum reposuit Johannem intrusum expellendo et
secundum hoc dicitur hic. Et quintus angelus id est otho dictus.
Effudit phialam suam super sedem bestie id est
Johannis pape intrusi viventis vita bestiali. sed quia
in superioribus nomine bestie intelligitur machometus
ut patet ex predictis. ideo pars ista melius exponitur
de sarracenis circa quod sciendum quod sicut dicit he
lynadus patriarcha Jherosolimitanus de civitate
expulsus a karolo imperatore petiit subsidium
denuncians ei terre sancte dissidium qui collecto
exercitu maiori quam ante unquam habuisset adiit
terram sanctam et infidelibus partim occisis
partim fugatis patriarcham in sede sua collo
cavit et terram sanctam christianis restituit
et in bono statu reformavit. et secundum hoc dicitur hic
Et quintus angelus id est patriarcha Jherosolimitanus
effudit phialam suam id est karolum imperatorem
qui fuit ministrum dei ad puniendum gentem ma
chometi. ideo subditur. super sedem bestie. Dicit
autem hic patriarcha iherosolitanus hanc phi
alam effudisse quia karolum incitavit ad
puniendum contemptum dei et ecclesie. Et
factum est regnum scilicet machometi. tenebrosum
quia sarraceni partim fuerunt occisi et partim
de terra sancta confusibiliter expulsi. Et co

manducaverunt linguas suas pre dolore.
Modus enim est hominis multum irati et afflicti
mordere labia sua et frendere dentibus quasi manducans
linguam suam. Et blasphemaverunt deum
celi ex nimia impaciencia vel deum celi id est christum
qui vere deus est celi et terre. Sarraceni
tamen dicunt eum esse hominem purum et sic blasphema
verunt eum. Et non egerunt penitentiam. In sua perfidia
obdurati. Et sextus. hic ponitur sexta pla
ga. et exponunt aliqui partem istam de gregorio
papa qui primo vocatus fuit yldebrandus et prefuit
ecclesie anno imperatoris henrici quarto. Cui
cepit imperare anno domini MLVII. Inter quem
et gregorium papam mota fuit dissensio eo quod
gregorius papa excommunicavit omnes electos in ecclesia qui
investituram per anulum et baculum acciperet
de manu laici cuiuscumque. Cum tamen imperato
res ac reges usi fuissent prius de manu laici
cuiuscumque. Cum tamen imperatores ac reges usi fuerunt
hac potestate et sic exponunt istam literam. Et
sextus angelus id est papa gregorius. Effudit
phialam suam id est indignationem. In flumen
illud magnum eufraten id est in romanum impe
rium quod dicitur magnum flumen propter populi
subiecti sibi magnitudinem et multitudinem
unde dicitur infra 17. aque multe populi multi. no
minatur etiam eufrates eo quod est quartum
regnum quod dicitur ferreum danielis 2. Sicut eufra
tes est quartus fluvius paradisi. Et siccavit
aquam eius. Auferendo potestatem investiendi
in ecclesia electos modicto. Ut prepararetur via
regibus ab ortu solis id est ut electi qui dicuntur reges
eo quod regunt ecclesiam regere possint ingredi libere
ecclesias suas. Dicuntur etiam reges solares quia
sunt vicarii christi solis iusticie in dyocesibus suis
sicut papa in universali ecclesia. Ista litera tamen potest
exponi et magis proprie literam ut videtur de karolo
magno qui invitatus a beato Jacobo purga
vit viam ad eius sepulcrum prius ignotum
eo quod tota hyspania erat a sarracenis occu
pata et vasconia et navarra quos cum
multis laboribus et bellis karolus partim
occidit partim fugavit et partim fidei christiane
subiecit. expositione illius intellectu precedente

et hoc est quod dr. Et sextus angelus .i. btus iacobus effudit phialam suam .i. karoli magni potenciam que inuitauit ad puniendu gentem sarracenicam que dr flumen magnu ppter ppli illius multitudinem. et siccauit aqua eius. auferendo sarracenorum potentiam. ut prepararetur via regibus .i. pegrinis sancti Jacobi inter quos frequenter fuerunt et sunt multi reges principes et potentes. Unde et ipse karolus locum illum deuote adijt possunt etia alij pegrini reges dici eo quod viuunt secundum regimen ronis recte et legis diuine. Ab ortu solis. Sepulchru enim beati Jacobi est in occidente terre habitabilis et ideo via veniendi ad ipm est ab ortu solis simplr quantum ad illos qui veniunt ab oriente uel secundum quid quantum ad venientes a meridie et ab aquilone nam respectu occidentis declinant ad ortum solis. Et vidi. hic ponitur septima plaga cuius primo ponitur motiua ro. 2o eius executio ibi Et septimus angelus. Circa primu sciendum quod a tempore cosdroe regis persarum populus catholicus in terra pmissionis habitans et circa fuit in afflictione et seruitute dura usque ad eius liberationem per principes occidentales xpianorum tempore godefridi de billon ducis lothoringie. Nam alie liberationes dicti ppli per eraclium et karolum magnu de quibus supradictum est fuerunt quasi momentanee quia cito transierunt. nam recedente eraclio de Jerlm post cosdroe interfectionem et sancte crucis reportationem Arabes homaro duce terram sanctam et plures alias sibi subiugauerunt et similiter post recessum karoli magni de terra sancta. Sarraceni dominantes in egipto iudeam sibi subiugauerunt et postea turci eam de manu caliphe egipti auferentes et eam tenuerunt usquequo debellati fuerint per principes predictos in partibus anthiochenis tunc enim debellata turcorum virtute egiptij abstulerunt Jhrlm et iudeam de manibus turcorum ut dicit epus tyrensis lio. viio. ca. xiiio. Sed infra annu uel circiter xpiani de manibus egiptiorum eam abstulerunt vi armorum. Nondum etiam quod sicut inter

xpianos sunt predicatores eos excitantes ad impugnandum sarracenos. sic inter sarracenos sunt aliqui lrati excitantes alios contra xpianos quod Johes prudens dicit. Et vidi de ore draconis .i. summi principis in regno persidis qui vocatur dracho. supra. 12. c. et de ore bestie .i. caliphe sive summi principis in egipto. Et de ore pseudo prophete .i. pdicatorum sarracenos contra xpicolas excitantium. Et ponitur hic singlre pro plurali .s. prophete pro prophetarum sicut frequenter fit in scriptura. Tres spus inmundos. Verba enim prophetarum dictoru et etiam principum dicuntur spus inmundi propterea quia inducunt ad inmunditiam pcti in modu ranarum nam suo garritu alios inquietant. Sunt enim spus spus demoniorum. quia demones ad hoc eos excitant. facientes signa. nam inter infideles permittuntur demones aliquando facere signa iusto dei iudicio licet nobis occulto. et procedunt ad reges totius terre. In qua habitant infideles supradicti. et dicuntur hic reges admirati satrape et potentes alij sub summis principibus instituti. Congregare illos in plium. Dicunt hic expositores aliqui quod omnes sarraceni tam de egipto quam de alijs partibus transmarinis circa annu dni millesimu sexagesimu septimum congregati fuerunt ad deuastandu pplm xpianu no solu in iudea sed etiam in grecia sed hoc non videtur verum quia secundum quod dicit epus acthonensis et etiam epus tyrensis in libris quos scripserunt de historijs transmarinis post morte machometi sarraceni in duas sectas diuisi. nam vna pars sedem suam posuit in egipto. Alia vero pars in persidis regno et non solu fuerunt diuisi loco sed etiam in aliquibus punctis sue legis. ita quod isti vocant alios subuersores et scismaticos et econuerso. propter quod continue inter ipsos fuit contencio et guerra usque ad tempus saladini qui cepit regnare anno dni mclxxixo. post liberationem terre sancte per principes supradictos per magnu tempus. hic enim saladinus induxit sarracenos habitantes in egipto ad tenendu cerimonias aliorum in perside existentium et sic reduxit eos ad concordia

nec ante nec post eorum divisione leguntur in
aliqua historia notabili in unum exercitu con
venisse contra populum christianum propter quod illud quod
hic dicitur. Congregare illos in prelium. Non est
intelligendum simul quantum ad omnes sed successi
sive sicut dictum est. ß. Ad diem magnum
omnipotentis dei qui per congregatores istas
infidelium punivit diversis temporibus peccata christianorum
amorum ut describunt epi memorati unde
subditur. Et ecce venit sicut fur. Tales enim
punitiones immittit dominus repente super peccatores
in suis impietatibus dormientes propter quod subditur.
beatus qui vigilat attendendo divina iudicia
Et custodit vestimenta sua. scilicet virtutum ne
nudus ambulet. Nam huius spoliatur per
mortale peccatum. Et videant turpitudinem
eius. scilicet deus et angeli. Et congregavit eos
successive modo predicto. Et in locum qui vocatur
hebraice hermagedon. et secundum Jeronimum in
terpretatur consurrectio nam inter ea pro
missionis christus passus fuit et resurrexit
. Et septimus. Hic ginie describitur septie
plage prosecutio et primo in generali. secundo magis
in speciali ca. 17. Circa primum sciendum quod ali
qui expositores dicunt quod iste septimus angelus
fuit allexius imperator constantinopolitanus
qui scripsit literas urbano pape pro relevatione
terre sancte. Sed hoc non videtur verum. nam
ille allexius contra latinos fuit fallax
et dolosus et multipliciter machinatus fuit
destruere exercitum principum occidentalium
ad dictam relevationem devote procedentium
secundum quod describit dictus episcopus tyrensis et alii qui
peregrinationem illam diligentius descripserunt propter
quod dicendum quod angelus iste fuit petrus
heremita de dyocesi ambianensi natus qui
devotione motus cum multis periculis et labo
ribus ivit ultra mare ad visitandum loca sancta
Et cum intrasset iherusalem dato tributo pro in
gressu turcis ibidem dominantibus per dies aliquot
mansit cum patriarcha et aliis catholicis in
urbe manentibus et sic non solum ex eorum
relatu sed etiam ex visu cognovit miserias
in quibus erat populus christianus non solum in urbe

sed etiam in aliis locis iudee. quibus patriarcho
dixit eis quod possent habere remedium si suppli
cando scriberent summo pontifici qui fideles
ad hoc poterat exortari et etiam se obtulit
ad eorum literas deportandum cui gratias agentes
negotium commiserunt. Ille autem sic cito potuit
venit ad papam urbanum literas ei presentans
et plura alia que viderat enarrans. Qui con
dolens terre sancte Anno domini M°. nonagesimo
quinto venit in galliam et celebravit con
cilium apud claromontem ubi multa bona
statuit et in fine miseriam exponens terre
sancte ad succurrendum fideles efficaciter
animavit et per prelatos ecclesie negotium crucis
predicari mandavit. petrus etiam predictus
ad principes et prelatos discurrens negotium fidei
promovit. Ita quod anno domini M°. nonagesimo sexto
multi valde tam de principibus quam de aliis de fran
cia hispania anglia alemania italia et
aliis partibus occidentalibus crucis suis humeris af
fixerunt unio animo christianis in servitute detentis
succurrere intendentes quod previdens Johannes dicit
et septimus angelus. id est petrus heremita. Effu
dit phialam suam in aerem. quia verbis effica
cibus pape et principibus terre sancte miseria
exposuit. verba enim ex aere respirato formantur
et per aerem diffunduntur ut habetur 2° de anima. Et
exivit vox magna de templo. id est de ecclesia.
a throno. id est ab auctoritate summi pontificis. dicens. factum
est. id est exaudita est vox populi christiani in iherusalem
habitantis. et facta sunt fulgura et voces
et tonitrua. per tonitrua et voces intelliguntur
crucis predicationes. per fulgura et signa et
visiones mirabiles quibus moti fuerunt plures
ad crucis negotium assumendum. Et terremotus
factus est magnus. multis valde terras proprias
relinquentibus pro predicta expeditione. qualis
numquam fuit etc. quia sicut dicitur in cronica gulli
numquam tot gentes in unum convenire fuerant.
oppinione hominum vincebat numerus quamvis
estimaretur sexagesies centum milia. Et
facta est civitas magna. id est exercitus ille qui
dicitur civitas quasi civium unitas. nam animo
uno Jerosolimam pergebant. In tres partes.

Nam pro hospitia et victualia recipienda vnus exercitus primo secutus est petrum heremitam. Aliquantum postea secutus est principes godefrido duci se iungentes. Alius autem exercitus iuit per nauigium cum beamundo duce apulie. Et ciuitates gentium .i. sarracenorum. Ceciderunt. quia anthiocia bithinie et anthiochia que sunt in regno persidis usque in iherusalem et vltra usque ad riuum egipti ciuitates ab infidelibus detente fuerunt per dictum exercitum subiugate vt describit episcopus tyrensis. et babilon magna .i. secta sarracenica que dicitur babilon .i. confusio quia legibus et mandatis confusibilibus est plena. venit in memoriam ante deum. ad ipsam puniendam ideo subditur. Dare illi calicem etc. et omnis insula fugit. quia sarraceni habitantes in insulis propter transitum xpianorum per mare nauigantium fugerunt timore ipsorum. et montes non sunt inuenti. quia multa fortalicia in montibus sita per xpianos fuerunt expugnata. Et grando magna sicut talentum etc. .i. bellum importabile sarracenis non tam virtute humana quam diuina. Multociens enim fuerunt a xpianis debellati. Et blasphemauerunt homines .i. sarraceni deum .i. xpm qui est verus deus. propter plagam grandinis eius inflictam a xpianis. quoniam magna facta est vehementer quia non poterant eam sustinere sicut describit diffusius tyrensis episcopus ut memoratum.

XVII

Et venit vnus. Hic generaliter describitur plaga septima magis in speciali et hoc secundum opinionem illorum qui dicunt quod tota littera ab hoc loco usque ad illum. Et cum consummati fuerint mille anni etc. circa medium xxi. capituli. sit iam impleta de preterito secundum quam primo exponam totam litteram istam. postea dicam quid michi super hoc videatur. et dividitur in duas partes quia primo describitur in speciali hec plaga. 2o xpiane religionis promocio noua capitulo 20. Circa primum quoniam ista plaga sarracenorum est ut patet ex predictis. Ideo primo describitur sarracenorum vilitas. 2o xpianorum ipsos persequentium probitas. 18. capitulo. Prima describitur sub quadam methaphora que primo ponitur et 2o exponitur ibi. et dixit michi. Circa primum dicitur. Et venit vnus de septem angelis etc. Per istum ut dicunt tenentes opinionem dictam designatur allexius. Sed hoc fuit ibidem reprobatum. Nec potest conuenienter dici quod per hunc angelum intelligatur petrus heremita quem dixi supra fuisse septimum angelum quia hic angelus dicitur hunc Johannem euangelistam docuisse. Unde subditur. Et locutus est mecum dicens. veni et ondam tibi etc. Petrus autem heremita per nongentos annos et amplius fuit postquam Johannes scripsit hunc librum. Ideo melius dicitur quod beatus Jacobus qui supra dicitur vnus de vii. angelis habentibus phialas fuit angelus iste qui antequam Johannes viderit hanc visionem per palmam martirii transierat ad gloriam actuum 12. et sic poterat eum docere de futuris ex diuina ordinatione. Dampnationem meretricis magne .i. secte sarracenice vt postea magis dicetur. Que sedet super aquas multas .i. dominatur populis multis ut exponitur infra. Cum qua fornicati sunt reges terre. quia multi reges receperunt legem machometi. Et inebriati sunt reges terre. quia multi reges receperunt qui habitant terram. Nam populi sub dictis existentes similiter receperunt legem sarracenicam immundiciis plena. Et abstulit me in desertum ad videndum statum sarracenitum a deo propter sua peccata derelictum. In spiritu. Nam hec visio non fuit corporalis sed ymaginaria et intellectualis. Et vidi mulierem sedentem super bestiam. per hoc intelliguntur sarraceni in duas partes diuisi ut dictum est. turci per mulierem propter eorum maliciam et astuciam serpentinam egipcii vero per bestiam quia sunt intellectu minus vigentes et per consequens magis bestiales. Dicitur autem mulier sedere super bestiam. Nam turci ab egipciis abstulerant iudeam et syriam. coccineam .i. sanguine xpianorum rubricatam. plenam nominibus blasphemie. quia sarraceni dicunt xpm esse hominem purum et sic blasphemauit eum et similiter beatam virginem negantes eam esse dei matrem. habentem capita septem

et cornua decem· De quibus quod suf[ficiet]
infra dicetur· Et mulier erat circumdata pur
pura etc. Quia turci fuerunt opulentissi
mi istis et in aliis rebus preciosis· habens poculu
aureum etc. quia multas gentes induxerunt
et traxerunt ad immunditiam sue legis· Et
in fronte eius nomen scriptum misterium
babilon per hoc quod dicit misterium ostenditur
quod non loquitur de civitate babilonica
Sed magis de secta saracenica quantum
ad turcos ayre fornicationum et abhomina
tionum terre· Nam orientales populos
pro maiori parte sacius traxerunt ad errore
sive secte· Et vidi mulierem ebriam de san
guine sanctorum etc. quia supra numerum
et mensuram effuderunt xpianorum sanguinem
Ebria enim dicitur· quasi extra bria· i· mensura
Turci enim crudeliores fuerunt xpianis
egiptiis sarracenis secundum quod dicit tyrensis episcopus
libro primo· Et miratus sum etc. de pacientia dei
erga sectam nequissimam macthometi
· Et dixit michi· hic incipit exponere
parabole certa quam angelus primo promi
ntentum dicens Johanni· Quare miraris
quasi dicat· totum cedet ad dei gloriam et electorum
quibus meritum accrescit et persecutione
malorum· Ego tibi dicam sacrum· i· signifi
cationem occultam· mulieris et bestie etc.
· i· turquie et egipti ut dictum est· // Bes
tia· hic prosequitur intentum exponendo
parabolam· et primo circa regnum egipti de
signatum per bestiam dicens· Bestiam quam vidisti
fuit et non est· Nam egiptii primo occupa
verunt dominium iherusalem et iudee et postea per
diderunt turcis terram illam occupantibus
ut dictum est supra· Vel dicitur· quod bestia fuit·
prius dominans in iudea· et non est· Inde per
turcos eiecta· Et ascensura est de egipto·
abisso· i· de egipto que tenebra interpretatur
et hoc fuit quando debilitate virtute turcorum
per xpianos egiptii recuperaverunt iudeam
et iherusalem ut dictum est supra· Et in in
teritum ibit· Nam egiptii per xpianos
fuerunt ibi occisi et residui inde eiecti et

referunt episcopi acthonensis et tyrensis descri
bentes historiam terre sancte· Et mira
buntur inhabitantes terram quorum etc.
· i· sarraceni qui non sunt predestinati sed pre
sciti· Mirabantur enim sarracenorum quod rex
tam potens et magnus a populo xpiano de
partibus extraneis et tam longinquis venienti
fuerat devictus· et hic est sensus· i· in
tellectus· Qui habet sapientiam· i· circa occulta
scripturarum intelligentiam· Septem ca
pita· septem montes sunt· i· provincie· super
quos mulier sedet· quia regnum turquie
invaluerat super egiptum· et reges septem sunt
· i· principes illarum provinciarum· Quinque ceciderunt
a dominio egipti dominio turquie subiugati· Unus
· scilicet dominus in iudea et syria et iste est rex turquie
qui dicitur hic sextum caput bestie· Et alius· i·
rex egipti qui dicitur hic caput septimum· Nondum
venit· ad recuperandum de manu turcorum iudeam
et cum venerit· debilitatis turcis· oportet illum bre
ve tempus manere· quia iherusalem a turcis
ablatam non tenuit rex egipti nisi per annum
ut dicunt historiografi predicti· Et bestia que erat
et non est· i· rex egipti ut expositum est· Et
ipsa octava est cum septem capitibus predictis
Et de septem est· i· de septem capitibus· est enim
caput septimum ut dictum est· et sic computa
bis eo quod iherusalem bis optinuit sicut et predicti
karolus magnus angelus quintus rex regni fra
corum et sextus propter acceptum imperium· Et in
interitum vadit· quia pluries fuit debellatus
per xpianos ut dicunt episcopi supra memorati
Et· 10· cornua que vidisti decem reges sunt
· i· principes sub rege egipti· Qui regnum· i· potestatem
Nundum acceperunt ab eo· Sed potantur tamquam
reges quia non fuerunt reges simpliciter sed rec
tores acierum exercitus regis egipti· Una hora
accipient· i· in illo tempore quo fuit ordinatum
de illo exercitu· Post bestiam· i· sub rege egipti
qui bestia nominatur ut dictum est· et li post
non dicit hic ordinem temporis sed subiectionis
hii unum consilium habent· pugnandi contra xpianos
pro rege egipti ideo subditur· Et virtutem et potestatem
suam bestie tradent eam per rege egipti expo

hii cum agno pugnabant in membris suis scilicet godefrido de billon et aliis principibus et bellatoribus xpistianis. Et agnus vincet illos. Nam egiptii fuerunt per xpistianos pluries debellati. Quoniam dominus dominorum est et rex regum. et sic quod nullus potest ei resistere. Et qui cum illo sunt per fidem caritate formatam usque ad mortem stabiles. Vocati electi ad gloriam et fideles in presenti peregrinatione. Et dixit michi. Hic exponitur parabola quantum ad regnum turquie spiritualiter. Aque quas vidisti ubi meretrix sedet. id est turquie regnum ut dictum est supra. populi sunt etc. quia regnum turquie subiecit sibi syriam et iudeam et orientales populos pro magna parte. Et decem cornua que vidisti in bestia id est decem principes exercitus regis egipti ut dictum est supra. Hii odient fornicariam id est regnum turquie. Inter egiptios enim et turcos erat odium primo propter dissentionem eorum in superstitionibus suis de lege. 2°. quia turci abstulerunt ab egiptiis syriam et iudeam. Et desolatam facient illam primo per xpistianos quibus in obsidione anthiochie positis caliphia egiptius misit salutationes et munera eo quod adversarios eius impugnabant et sic xpistianorum exercitum confortavit contra turcos ut scribitur in historia iherosolimitana. Secundo per seipsos quia debellatis turcis in partibus anthiochenis egiptii expulerunt eos de iherusalem et de iudea ut dictum est supra. Et manducabunt carnes eius. Methaphorica est locutio sicut dicitur de usurario quod comedit illum cuius bona subripit per usuram et ipsum quem contremabat. nam aliquos turcos in fortaliciis existentes sic cum eis combusserunt. Deus enim dedit in corda eorum etc. licet enim deus non sit actor mali culpe. est tamen actor mali pene. et sic turcos per egiptios punivit. Ut dent regnum suum bestie id est ut recuperent regnum iudee regi egipti quod possiderant per multos annos ante turcos. Donec consumentur verba dei. de recuperatione terre sancte per exercitum xpistianum quod factum fuit quasi per annum postquam egiptii expulerant inde turcos ut dictum est supra. Et mulier quam vidisti est civitas magna id est turcorum multitudo valde numerosa que habet regnum super reges terre. Nam plures reges sibi subiecerat in partibus orientis ut predictum est.

XVIII

Et post hec vidi. Descripta sarracenorum vilitate sub methaphora meretricis et bestie. hic consequenter describitur probitas xpistianorum sub angelica similitudine et primo quantum ad viros ecclesiasticos. 2° quantum ad principes laicos ibi. et sustulit unus angelus. Prima in duas secundum duas notabiles personas ibi. Et audivi aliam vocem. Circa primum dicit. Et post hec vidi alium angelum id est ademarum podiensem episcopum angelice mundicie virum qui in exercitu principum occidentalium et aliorum xpistianorum suscepit legationis officium ad directionem exercitus xpistiani. Descendentem de celo id est procedentem a sublimitate sedis apostolice. habentem potestatem magnam in spiritualibus maxime tanquam legatus missus a latere. et terra id est exercitus xpistianus. Illuminata est a gloria eius id est ex eius vita et doctrina. Et exclamavit in forte voce. predicans verbo et opere. Cecidit cecidit babilon magna id est gens sarracenica et dicit bis cecidit quia primo per xpistianos fuerunt debellati turci. postea vero egiptii ut habetur in historia frequenter superius nominata. Hunc autem sarracenorum casum denuntiabat dictus episcopus xpistianis si tamen viriliter agerent de dei adiutorio confidentes. Et facta est habitatio demoniorum quantum ad occisos qui perierunt in anima et corpore. et quantum ad fugitivos qui visa dei vindicta permanserunt tamen obstinati in infidelitate. et sic a demonibus magis fuerunt possessi quam ante. qui demones per volucres et spiritus immundos designantur et huius punitionis causam subdit. quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes id est multe et est yperbolica locutio ad designandum magnam multitudinem gentium infectarum perfidia machometi incurrentium per hoc iram dei. Et reges terre cum illa fornicati sunt. Multi enim reges dictam perfidiam receperunt. Similiter etiam multi qui propter temporale

A

lucrum frequentauerunt terram sarracenorum
propter hoc depauperati sunt unde et ego audiui a fratre
fide digno quod viderat naues impleri de pueris christi-
anis quos mercatores emerant a parentibus
eorum pauperibus ut venderent eos soldano pro magi-
sterio qui eos faciebat informari in lege ma-
chometi quia de christiana nichil adhuc sciebat
ut adulti facti contra christianos pugnarent
ut subditur. Et mercatores terre etc. et patet
ex dictis littera. // Et audiui. hic consequenter agitur de
2°. nobili viro ecclesiastico cuius primo ponitur sta-
monitio. 2°. gentis sarracenice percussio ibi. Red-
dite illi. 3°. percussi lamentatio ibi. Et flebunt
Circa primum sciendum quod in exercitu christiano fuit
inter alios quidam sacerdos deuotus cui reuelatum
fuit a domino quod multi de exercitu peccauerant cum
mulieribus sarracenis propter quod plures deo permit-
tente in manu sarracenorum ceciderant et
plures caderent de futuro nisi penitentiam age-
rent. quia fecit exercitus ad exhortationem dicti
sacerdotis et hoc est quod dicit Iohannes. Et
audiui aliam vocem de celo. quia celitus facta
est dicta reuelatio. Exite de illa. id est de immundi-
cia sarracenica. Quoniam peruenerunt peccata eius
usque ad celum. id est coram deo ad puniendum
Et recordatus est dominus etc. in deum non cadit
obliuio nec per consequens recordatio proprie. sed dicitur
recordari peccatorum methaphorice quando ea punit
Nam tunc ad modum recordantis se habet.
// Reddite hic consequenter describitur sarracenorum percus-
sio quod sicut christiani tam et plus eos afflixerunt
quam fuerant ab eis afflicti. Ideo dicitur. Reddite
illi etc. et patet littera et subditur huius percussionis ca-
usam dicens. scilicet gens sarracenica superbiendo de sua
potencia. sedeo ut regina. super alios populos
et potissime super christianos. Et vidua non su-
nam gloriabatur in regibus cum ea formi-
cantibus predicto modo. Et luctum non videbo
quia nimis confidebat in sua potentia tem-
porali. Ideo in una die. id est uno tempore. venient
plage eius. et que sint ille subditur. mors. quantum
ad occisos. et luctus quantum ad fugitiuos. et
fames. quantum ad obsessos. et igni comburetur.
Nam multi incendio perierunt per ignem positum

q̄z i corde suo dicit.

in ciuitatibus et villis. Et qui iudicauit
illam. id est condempnauit ad hanc penam. scilicet deus
cuius non potest iudicium impediri. // Et flebunt
hic consequenter ponitur dicte gentis percussi lamen-
tatio et primo regum. 2°. mercatorum ibi. Et
negotiatores. 3°. nauitarum ibi omnis guber-
nator. Circa primum sciendum quod sicut dictum
est multi reges in partibus orientis receperant
legem machometi ad quos non peruenit
machometus exercitus christianorum qui festinabat
versus iherusalem. et ideo dicti reges dolebant de
sarracenorum interfectione quos non aude-
bant nec poterant adiuuare et hoc est quod
dicitur. Et flebunt etc. et patet littera usque ibi
Cum viderint fumum incendii eius. id est cogno-
uerint certa relatione. visus enim propter sui
certitudinem frequenter ponitur pro aliis
sensibus exo. 19. populus videbat voces et etiam
pro cognitione intellectus unde communiter dicitur. vides tu
hoc. id est intelligis. longe stantes propter timorem
etc. plures enim de regibus orientis timebant
dare subsidium illis qui erant in partibus
anthiochenis quas inuaserat exercitus christianorum
ne penam similem paterentur. Ciuitas illa
magna babilon. id est gens sarracenica nomine
babilonis significata ut dictum est supra
Ciuitas illa fortis propter multitudinem bellatorum
et diuitiarum. Quoniam una hora. id est breui tempore venit
iudicium tuum. id est punitio tua. // Et nego-
ciatores. hic consequenter ponitur lamentatio mer-
catorum qui in terra sarracenorum exercebant
mercationes multas et magnas vendendo
que aliunde apportabant et emendo que inde
alibi deferebant et sic dupliciter lucrabantur
propter quod dolebant de uastatione terre quia non po-
terant ibi talia exercere et patet littera paucis
exceptis que discurrentur. et byssi. id est lini
candidissimi. Et cocci. id est tincture rubee
Et omne lignum thyinum. quod est valde album
et speciosum crescens in ophir. et inde fecit
salomon cytharas et liras cantoribus. 3. Reg.
10. ca°. et amomum. species est aromatica redo-
lens ut cynamomum. et inde traxit nomen.
et mancipiorum. id est seruorum. Et animarum hominum

.i. redimendo nobiles a sarracenis captos
nam inde habebant mercatores emolumentu
magnu. et accipiuntur hic aie pro hoibus
denotando totum a pte digniori sicut exo. primo.
omes aie que egresse sunt de femore iacob etc.
Et poma desiderij anime .i. fructus desidera
biles. Et omnia pinguia .i. omes diuicie sicut
homo diues dicitur pinguis metha. Que
amicta erat bysso etc .i. plena talibus preciosis.
Et omnis gubernator. hic gnr describit la-
mentacio nautarum. Nam in terra a sarrace-
nis occupata erant multi portus magni et
boni in quibus applicabant naute apportantes
ex terris alienis bona venalia et inde repor-
tantes alia. et sic lucra duplicia reportabant
propter quod de uastacione terre et portuu dolebant
et patet lra usque ibi. Exulta sup eam. ubi
p oppositum describit exultacio xpianorum
quia p hoc facta est vindicta de xpianis per
sarracenos afflictis captis et occisis. Exulta
sup eam celum .i. ecclia militans. Et sci apli
.i. epi qui sunt successores aplorum. et prophe .i. doc-
tores ecclie. Qm iudicauit deus iudicium
vrm .i. punitionem pro mal uobis illatis. plures
enim epi doctores et fideles alij p sarracenos
fuint multipliciter afflicti et occisi. Et sustu-
lit. hic gnr describit xpianorum prosperitas qntu
ad principes laicos et primo tpre godofridi pri-
mi regis. 2o tpre baldouini sibi succedentis.
19. ca. Prima ad huc in duas quia primo
describitur xpianorum victoria. 2o consurges
ex hoc leticia in principio. c. 19. Et vidi ostiu
aptum. Circa primu sciendum quod capta ierlz
p xpianos et sarracenis ibidem occisis pro
maiori parte et aliis eiectis principes ex-
citus xpiani instituerunt godefridum ducem
lothoringie regem ad custodiendum terra recu-
pratam et acquisitam. Et tunc soldanus egipti
cum magno exercitu venit ad debellandum
regem qui sibi occurrens cum paruo exercitu
respectiue et ter. octo milibus paganorum com-
pulit eos fugere et in porta ascalonis suffo-
cati sunt usque ad duo milia et multi inter
spineta et in mari fugientes perierunt

quorum numerus ignoratur. et hoc est qd dr.
Et sustulit unus angelus fortis .i. godefridus
rex primus. lapidem quasi molare .i. exercitu
fortem et constantem. Et misit in mare
.i. in exercitu sarracenorum qui dicitur hic mare.
tum quia p mare venerat tum quia ibi multitudo
maxima ppli erat que p mare designatur in
quo sunt aque multe scdm qd dr. ca.o precedenti.
aque multe ppli multi. Dicens hoc impetu mit-
tetur babilon .i. sarracenorum exercitus qui fuit
ibi valde confusus. et vox citharedorum etc. Nam
in tristiciam uersa fuit eorum leticia. Et ois
artifex et cetera nam isti qui venerat ad fa-
ciendum machinas p xpianorum destructione
fugerunt cum magna confusione et silr alij
qui venerant pro ciborum preparatione io subditur
Et vox mole etc. et vox sponsi et sponse q.
non erat erit inter eos in gaudij sed luctus
et subditur causa cum dr. Quia mercatores
tui haurientes bona aliarum gentium. Erant
principes terre .i. sup gentes alias eleuati p
supbiam. Et subditur alia causa. quia in uene
ficiijs tuis etc. multi enim ppli videntes
sarracenorum prosperitatem temporale receperunt
eorum legem erroneam et iterum subdit tercia
causa. Et in ea sanguis prophetarum etc. Nam
multi doctores et fideles xpiani a sarracenis
fuerant interfecti.

XVIIII

Post hec audiui. descripta
xpianorum victoria. hic
gnr describit uniuersal
ecclie leticia. Et diuidr
in duas ptes. quia po describit hec exultacio.
2o. beati Johis gratiarum actio ibi. et
dixit michi. Circa primu dr. post hec
audiui quasi vocem magnam .i. graciarum actorum.
In celo. militantis ecclie de tanta sarrace-
norum deiectione et xpianorum subleuacione
et etiam in celo triumphantis ecclie in qua
sancti gaudent et gras agunt deo de benefi-
cijs in terra fidelium collatis. dicentium
alleluya. due sunt dictiones in hebraico
Nam allelu idem e qd laudate. ya. dnm laus
et gloria etc. Nam dicta victoria est deo

11. ro. c.

attribuenda. quia vera et iusta iudicia eius
sunt. Cuius dicto ideo subdit premia tum dicitur
Quoniam iudicavit de meretrice magna. i. gente
sarracenica quantum ad turcos specialiter ut dictum
est. s. c. 17. eam puniendo. Que corrupit
terram etc. quia multos populos interfecit
perfidia machometi. Et corde ponitur 2a
ro cum dicitur. Et vindicavit sanguinem servorum
suorum. a turcis et egiptiis occisorum. Et iterum
dixerunt alleluya. primo pro debellatione
turcorum et secundo pro debellatione egiptiorum
vel aliter. s. primo pro devictis. 2o pro recuperatione
sancte civitatis. Et fumus eius. s. gentis sar
racenice. ascendit in secula seculorum. Nam
occisi descenderunt ad ignem gehenne. Et
ceciderunt seniores. 24. i. universe cathe
drales ecclesie. Et quatuor animalia. i. quatuor
ecclesie patriarchales cum prelatis suis ut dictum
est supra capitulo 4. et adoraverunt deum de
tanto bono xpianis collato et vox de throno
. i. de sede apostolica. exivit exortando omnes xpia
nos ad laudandum deum de tanto beneficio
relatione cita cognito. Et audivi quasi vocem
tube. i. ierosolimitani patriarche. et sicut vocem
aquarum multarum. i. populorum multorum cum
eo gratulantium sicut dictum est. s. 17. capitulo
Aque multi populi multi. Et sicut vocem ton
truorum magnorum etc. i. predicatorum inducentium
alios ad laudandum deum. Quoniam regnavit
dominus. s. ihesus xpistus qui dicitur tunc in terra sancta
regnasse quando sarracenis devictis xpiani sibi
servierunt ibidem libere. gaudeamus. mente
interiori. exultatio enim est quasi extra sal
tare quod fit quando gaudium cordis manifestat
exterius sensibilibus signis. Quia venerunt
nuptie agni. Tunc enim ostendit signum
dilectionis ecclesie collecte in partibus ierosolimitanis
sicut sponsus reconciliatus sponse. et uxor
eius preparavit se ad serviendum sibi devote.
et datum est sibi a deo ut cooperiat se bissinum
splendente. per interiorem sanctitatem et
exteriorem honestatem. quod patet ex hoc quod
subditur. bissinum enim etc. et patet littera. Et
dixit michi. hic consequenter subdit quomodo iohannes gratiarum

actio. et primo causa premittitur cum dicitur. Et dixit
michi. s. angelus revelans misteria divina
Iohanni. Scribe. ad futuram memoriam. beati qui
ad cenam nuptiarum agni. i. ad perceptionem eucha
ristie sacramenti. vocati sunt per fidem caritate for
matam. hec verba dei. Cuius nuncius erat an
gelus loquens Iohanni. vera sunt. Nam a deo
nullum falsum procedere potest. Et cecidi ad pe
des eius. s. angeli loquentis ad faciendum
sibi reverentiam quam tamen angelus renuit. quia
post incarnationem filii dei per quam humanitas assumpta
a supposito verbi. angeli reformidant sic ve
nerari a natura humana quam vident super
se elevatam in filio dei qui est eiusdem nature
nobiscum per re. deum adora. adoratione latrie.
testimonium enim ihesu est spiritus prophetie. i. omnes
prophete testimonium perhibent ihesu xpisto sicut
quod dicitur actuum. 10. Et vidi celum apertum. hic
consequenter describitur xpianorum victoria tempore
baldoini regis secundi qui successit godefrido
fratri suo anno domini m. centesimo. cuius primo
describitur conditio nobilis. 2o quedam eius
victoria nobilis ibi et vidi unum angelum.
Circa primum dicitur. Et vidi celum apertum quia
Iohanni revelatum fuit celitus quod erat in
dei presentia clausum et ecce equus albus. i.
regnum iherosolimitanum decore sanctitatis
dealbatum ut predictum est et qui sedebat
super eum. s. baldoinus rex institutus vocabatur
fidelis et verax. Nam ad litteram fidelis fuit
in factis et verax in verbis. Et cum iustitia
iudicat populum sibi subditum. et pugnat. Nam rex
institutus statim cepit dilatare nobiliter regnum
suum per expugnationem sarracenorum. Oculi
autem eius sicut flamma ignis. Nam aspectus
eius erat terribilis sarracenis. Et in capite
eius diademata multa. Nam in terra phi
listinorum et tyri et sydonis plures optinuit
civitates in quibus antiquitus reges erant.
habens nomen scriptum quod nemo novit nisi ipse.
bona enim opera sua quantum poterat celabat a
laude humana. et vestitus erat veste aspersa
sanguine. s. sarracenorum ab eo occisorum. et vocatur
nomen eius verbum dei. Nam ad predicatorem

verbi dei terram natiuam dimisit et ultra mare iuit. et exercitus qui sunt in celo .i. templarii et hospitalarii quorum ordines tunc fuerunt instituti ad militandum contra aduersarios Christi. sequebantur eum in preliis in equis albis .i. in corporibus castitate dealbatis. Nam de professione eorum est votum castitatis. Vestiti byssinum per interiorem et exteriorem munditiam ut dictum est supra. Et de ore ipsius procedit gladius acutus. Nam verbis efficacibus hortabatur et excitabat bellatores suos contra gentes infideles. Et ipse reget eos in virga ferrea earum peruersitates [?] superbiam frangendo. et ipse calcat torcular vini etc. quia fuit executor diuine iustitie in saracenorum sanguinis effusione. Et habet in vestimento et in femore suo scriptum rex regum et dominus dominantium. Ex predictis enim patet quod habuit conditiones regis valde excellentes propter quod dicitur rex regum pro tempore suo eo modo quo rosa dicitur flos florum. Et vidi. postquam descripta est baldouini regis conditio nobilis. hic generaliter describitur quedam ipsius victoria valde notabilis ad cuius intellectum sciendum quod anno .ii. regni baldouini principes egypti dixerunt suo calipha quod tempus erat aptum ad recuperandum terram christianis occupatam. tunc quia plures christiani principes ad terras natiuitatis sue redierant. Tum quia remanentes bellis frequentibus afflicti et depauperati erant ut dicit episcopus tyrensis .xi. libro capitulo .3. Addunt expositores aliqui quod ad hoc etiam erant excitati per quosdam falsos prophetas saracenorum qui asseruerunt in breui petram sancti sepulchri frustratim conterendam et crucem sanctam in profundum maris submergendam et christianitatem de terris illis penitus delendam quibus assentiens dictus calipha parauit exercitum valde magnum per terram et mare ad optinendum quod erat ei suggestum quo audito christianorum paruum exercitus fuerunt territi. sed patriarcha jerosolimitanus eos confortans promittebat eis sicut de domino confideret tantam victoriam affuturam quod aues celi de carnibus saracenorum essent saturate

preferens quasi pro vexillo dominice crucis signum. Sic igitur iuit cum quingentis equitum et duobus milibus peditum contra hostes quorum numerus erat quindecim milium absque illis qui in classe venerant animosius procedentes prostrauerunt ex hostibus maximam multitudinem et residui conuersi sunt ad fugam. De classe etiam illa magna pars a nostris fuit retenta. Dicit igitur Johannes. Et vidi unum angelum .i. patriarcham Jerosolimitanum stantem in sole per eminentiam vite et doctrine. secundum illud eccli. 50. sicut sol refulgens sic ille refulsit in templo dei. Et clamauit voce magna. in exhortatione predicta. Dicens quibus etc. quia per congressum ad eius exhortationem factum aues satiate sunt ad comedendum. et vidi bestiam .i. egypti soldanum. et reges terre sibi subiectos. et exercitus eorum congregatos. In mari et in terra. ad faciendum prelium cum illo etc. .i. cum rege baldouino et exercitu suo. Et apprehensa est bestia etc. .i. rex egypti et propheta falsus. qui in astucia sua fuerunt apprehensi comprehensi. Nam contrarium eius quod cogitauerat euenit. Qui fecit signa. scilicet. Quibus seduxit eos qui acceperunt caracterem bestie .i. arma et vexilla secte machometice. Et qui adorauerunt ymaginem eius .i. calipha egipti representantem personam machometi. Viui missi sunt hic duo scilicet calipha et propheta qui non fuerunt in dicto prelio. et accipitur hic singulare pro plurali scilicet propheta pro prophetis. sicut exponitur .8. Venit musca grauissima .i. musce. In stagnum ignis ardentis. quia manentes in infidelitate descenderunt ad ignem gehenne. Et ceteri occisi sunt etc. scilicet qui iuerunt ad pugnandum contra regem baldouinum. et patet littera.

XX

Et vidi angelum. descriptio in generali et speciali septima plaga. hic generaliter describitur ecclesie promotio. quarto christianorum iterata persecutio ibi. Et vidi sedes. Sciendum tamen quod premissa partem et secundam in parte exponunt aliqui de calixto papa et henrico imperatore huius

nominis quito qui cogente eum papa sub inter
minatione anathematis renuntiauit consuetu
dini qua vsi fuerant imperatores .s. inuestiendi
epos et abbates per baculum et anulum per tre
centos annos et amplius .s. a tempore karoli
magni cui potestas ei concessa fuerat ab an
driano pp in concilio rome celebrato et sic ex
ponit hanc lram. Et vidi angelum .i. ppam
calixtum. habentem clauem abyssi .i. ptate excom
cand et segregatur quis a consortio infide
lium. Et cathenam magnam in manu sua
.i. multitudinem cardinalium et prelatorum in hoc
facto sibi assistencium. et apprehendit draconem
.i. romanum imperatorem. et ligauit eum per
censuram ecclesiasticam ne amplius predicto modo
vsurparet sibi ecclesiastica iurisdictionem. per annos
mille .i. per tempus xpo quod currit usque ad an
tixpm et po hic nus determinatus pro indeter
minato. sicut per 24. seniores designatur
vniuersitas epor supra c. 4. Et signauit
super illum ut non seduceat etc. .i. sub pena
excomicationis restrinxit eum ne amplius se in
tromittat de iurisdictione ecclesiastica vt subditur
Et vidi sedes .i. summi pontificis et imperatoris
distinctas iurisdictiones. Et sederunt super
eas etc. vnus exercens ecclesiasticam iurisdictionem
et alius temporalem. sed hanc expoi non con
sonat sequens lra que sequitur in eodem
versu et animas decollatorum etc. quod expo
suit de persecutione saladini in qua multi
xpiani sunt occisi. Item de hoc sathana al
ligato per mille annos dr hic. post hec oportz
illum solui modico tempore. quod exponit de anti
xpi tempore in quo laxabitur potestas de
monis ad decipiendum gentes. et io cum dicitur
hic per sathanam. intelligi romanum imperatorem
videtur esse contradictio et per quns nimis ex
torta expositio. — pp quod exponunt lram
istam tamquam impletam de preterito saluo iu
dicio meliori. vr hec lra melius exponi de pp
Innocentio qui approbauit ordines fratrum minorum
et predicatorum per quorum doctrinam et predicationem
ecclia est quodammodo renouata et ptas demo
nis est restricta vnde multe demonum illu

siones que an fiebant cessauerunt. et hoc
est quod dicit Iohes. Et vidi angelum .i. inno
centium ppam tertium. descendentem de celo
.i. de capite pontificali condescendente sancto
francisco et dominico. habentem clauem abyssi.
.i. ptatem approbandi dictos ordines ad re
primendam ptatem dyaboli et cathenam magnam.
.i. fratrum vtriusque ordinis multiplicatorum. Et
apprehendit draconem quia per eorum vitam et
doctrinam ptas demonis est repressa et rep
metur vsque ad antixpi tempora vt subditur. Et
ligauit per annos mille. quia tunc ptas eius
laxabitur vt subditur. Et post hec oportet
illum solui modico tempore. Nam antixpi perse
cutio breuis erit respectu persecutionum prece
dentium .s. iudeorum tyrannorum hereticorum
et sarracenorum. Et vidi sedes. hic po
xpianorum renouata persecutio. quam aliqui
exponunt de persecutione saladini vt dictum
est. sed michi videtur melius exponi de tar
taris qui anno dni m cc xl. de terra sua
exeuntes multos populos tam xpianos quam pa
ganos occiderunt. et sic dr. Et vidi sedes.
.i. populum regnorum metropoles ciuitates. Et
sederunt super eas scilicet tartari eas subiciendo
sibi. Et iudicium datum est illis .i. ptas
interficiendi homines secundum demerita illius
temporis. Et animas decollatorum etc. hoc dr
quantum ad xpianos ab eis occisos. nomine
ihu xpi confidentes et machometum qui
supra bestia dr et legem eius et mores
et cultum totaliter denegantes. Et vixerunt.
vita glorie in animabus. Ceteri vero mortu
orum. quantum ad paganos et infideles oc
cisos a tartaris. Non vixerunt .s. vita glo
rie. sed mortui fuerunt in animabus morte ge
henne. donec consumerentur mille anni.
.i. tempus xpi. Nam resurgent cum aliis in
fine mundi ut puniantur sic in anima
et corpore. hec e resurrectio prima. hoc dr
ad illud quod predr de xpianis. et vixerunt.
s. vita glorie in animabus suis que glorie vita
dr hic resurrectio prima. 2a vero erit cum
resurgent in corporibus glorificatis. et quia isti

iam sunt securi de sua beatitudine quam
hnt in aia et postea habebunt cum hoc in
corpore. Ideo subdit in hiis scda mors .i. pena
gehenne. non habet ptatem sed erunt sacer
dotes dei et c. .i. colentes eum caritate p
fecta. Et regnabunt cum illo mille annis.
hoc est usque ad resurrectionem gnalem. et sic
pz q loquitur de glia quam hnt sci ante
iudicium. ¶ Patet igitur qualr hec lra
a principio .17. cai usque ad locum istu pot
exponi ut iam completa. Veruptn hec expo
in pncipio videtur in pluribus et extorta. po
[illegible] dictum est q p bestiam hntem
capita .7. intellr rex egipti et p mulierem
[illegible] rex turquie quod dissonat
[illegible] maxime quia rex egipti et
[illegible] erant admuicem inimici ut
in [illegible] ca dctm est et etia sup. Itm ca. 18.
vbi agitur de punitione secte sarracenice
sub nomine babilonis plura dicuntur ex quibus
vr intelligi totalis eius destructio ut cu dr
Cecidit cecidit babilon magna et facta e
habitatio demoniorum et c. Item ex eo q postea
subdit. In vna die venient plage eius mors
et luctus et fames et igni comburetur. Ite
ex eo q postea subdit in eodem ca. hoc impe
tu mittetur babilon et ultra iam non in
uenietur et c. Ex quibus videtur intelligi
eius destructio totaliter scdm expositorem dictam
cum tamen sarracenus remanserint in regno
egipti et turquie que tunc non fuerunt
p xpianos acquisita nec etiam postea sed
solum vna pars sirie et iudea et cum hoc
ista loca pdiderunt xpiani p maiori pte
tpre saladini qui p octoginta annos postq
fuerant a xpianis occupata et postea illa
que remanserant xpianis .s. achon et tripolis
et quedam alia fuerunt a sarracenis ptim
destructa et ptim possessa. Item q postea
19. ca. exponitur de baldouino rege et in
capite eius dyademata multa. p aliquas
ciuitates regnas quas acquisiuit vr impp
dictum quia regnum eius nullo sic crevit
quin remanserit satis pvum. Ite q ibi
subdit hns nomen scriptum quod nemo no
uit nisi ipse. quia nomen dicti regis et eius
condces fuerit aliis note. Talis etiam oc
cultatio nois vr conuenire tm diuine psone.
mt. 11. Nemo nouit filium nisi pater neque
ptem quis nouit nisi filius et c. p qd hec lra
non videtur intelligi de rege baldouino sed tm
de xpo vnde ibi subditur. Et vocabatur no
men eius verbum dei. quod nomen conuenit
soli filio in diuinis ut pz Jo. 1. verbum caro fac
tum est et c. ¶ Item q postea subdit hz in fe
more suo et in vestimento suo scriptum Rex regu
et dns dnantium. de xpo exponitur ad litteram
a sanctis et doctoribus catholicis. Item illud qd
ibidem interponitur. et exercitus qui sunt
in celo sequebantur eum et c. quod expositu e
de templariis non videtur vnditum. Nam
illa victoria notabilis que ibi describitur fuit
anno quinto regni baldouini ut dictum est
supra qui regnare cepit anno dni m. c. ordo
vero templariorum approbatus fuit anno dni m.
c. 18. et exemplo templariorum hospitalarii
ceperunt in armis exercere licet ante eos fu
issent instituti ut dicit epus acthonensis c. lxv.
et sic non videtur q fuerint in exercitu dicti
baldouini regis qui regnauit .18. annis tm
ut dicit idem acthonensis c. nonagesimo tertio.
Item scdm expositorem pdictum omnia scripta
in tribus dictis capitulis huius libri sunt co
pleta ab annis .cc. et amplius ut patet ex
predictis. lra vero sequens immediate exponitur
ab omnibus de tempore antixpi. q aut de statu
ecclie qui tunc ad contingentia in tanto inter
medio tpre cum adhuc inuentus antixpi
non appareat pinquus nichil scripserit Johes
non videtur conueniens maxime cum dicatur
communiter a doctoribus q Johes in hoc libro scripsit
notabilia circa ecclesiam contingentia usque
ad mundi terminum. ¶ p hec et alia plura
que dici possent contra expositorem pdictum vr
michi saluo iudicio meliori q tota lra a pncipio
17. ca. usque ad locum istum nondum sit im
pleta et q non sum ppheta nec filius pphe nolo
de futuris aliquid dicere nisi illud qd a scriptura

H

sancta uel dictis scorum et doctorum autenticorum
elici pot pp quod expositorum hec dicte sapientioribus
dimitto. // Et cu consumati hic describit
psecutio antixpi de qua sacra scriptura et
sancti loquuntur in pluribus locis cum dicit
Et cu consumati fuerint mille anni .i. tpus
ecclie usque ad tpus antixpi. solvetur sathanas.
cuius ptas fuit restricta p xpi pdicationem
et eius passionem et p aplorum et scorum
pdicatorum doctrinam si relaxabitur antixpi tpre
ad sedere. et seducet gentes que sunt sup 4or
angulos terre quia de omnibus mundi partibus
aliqui adherebunt antixpo seducti a suis
pdicatoribus dyabolo cooperante mendacibus signis
ut dicitur thess. 2o. ca. sicut euangelium xpi
publicatum fuit p aplos dno cooperante et
sermone confirmante sequentibus signis verum
marci ultimo. gog et magog. per gog qui
interpretatur tectum intelligitur antixpus qui
erit demonis habitaculum. per magog. qui
interpretatur de tectio intelliguntur adherentes
antixpo sicut dictum fuit plenius ezech.
39o. Et congregabit eos in plium. contra cetum
fidelium. Et ascenderunt sup latitudinem
terre. ad cogendum omnes antixpo obedire.
loquitur tn hic de futuro p modum preteriti
pp certitudinem pphie quod frequenter fit in
pphia. Et circuierunt castra sanctorum .i. xpianorum
ad eos destruendum. et civitatem dilectam .i. ierusalem
que tunc a xpianis habitabitur
ut dictum fuit ezech. 39o. Et descendit
ignis a deo de celo quia antixpus fulminabitur
p michaelem archangelum xpo precipiente
et magna ps sui exercitus peribit cum eo. sicut
dictum fuit .2. thess. 2o. Et dyabolus qui se
ducebat eos etc. quia tunc restringetur sicut
prius et amplius ptas sua quia religabitur
in inferno. ubi et bestie .i. homines bestialiter
viventes. Et pseudo pphe antixpi qui eos
deceperunt. Cruciabuntur die ac nocte .i.
sine fine p hoc autem quod hic dr. et circuierunt
civitatem dilectam et descendit ignis etc. patet
quod iohes non loquitur hic de tartaris ut
volunt aliqui dicere quod non invenimus tartaros
ierusalem a xpianis habitatam obsedisse nec
ignis de celo descendens eorum exercitu devorasse.
// Et vidi thronum. supius btus
iohes descripsit statum ecclie usque ad generale
iudicium precedentem. hic autem describit ipm
iudicium .d. Et vidi thronum magnum. In quo
designatur iudicantis xpi ptas infinita
candidum. In quo designatur iudicii claritas
quod notum erit omnibus esse iustum
et sedentem sup eum .s. xpm hominem et deum.
A cuius conspectu fugit terra et celum.
Nam tunc immutabuntur a statu in quo
sunt. Et vidi mortuos magnos et pusillos.
Quia sicut dicit aplus .2. cor. 5.
Oportebit nos omnes manifestari ante
tribunal xpi. Et libri aperti sunt .s. conscientiarum
nam omnium merita et demerita
omnibus erunt nota ut sic appareat omnibus
iudicantis iustitia. et alius liber apertus est
qui est liber vite et hic liber idem est quod predestinatio
divina que dr liber methaphorice
eo quod in ea representantur expresse illi
qui ordinati sunt simplr ad consequendum
vitam btam qui liber aperietur in iudicio
quia tunc apparebit manifeste qui sunt ad
beatitudinem assumendi et qui non. et iudicati
sunt mortui ex hiis que scripta erant
in libris .s. conscientiarum. quia non solum iudicabuntur
sm opa et dicta sed etiam sm intentiones
interiores et cogitata. Et dedit
mare mortuos etc. Istud fiet ante iudicium
quod precedet resurrectio mortuorum. licet
hic describatur post. quia frequenter in sacra
scriptura prius facta posterius narrantur.
Resurgent autem tam diversi in mare quam in
arida mortui que p mortem hic designatur
Anime etiam in inferno detente redibunt
ad corpora licet iam sint mortue morte culpe
et gehenne. ideo dr hic. quod infernus dedit
mortuos suos et iudicatum est de singulis
repetitio est eius quod dictum est supra ad
maiorem assertionem. Et infernus et mors
missi sunt in stagnum ignis .i. in penam
gehenne. et p mortem hic intelligitur dyabolus

cuius invidia mors intravit in orbem
terrarum sicut sol dicitur calidus effective et
non formaliter demones enim sunt immorta-
les. Per inferum autem intelligunt peccatores dap-
natos cum demonibus sicut enim consentiunt
eis in culpa sic associabuntur in pena Mat.
25. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus
est dyabolo et angelis eius etc.

XXI

Et vidi celum novum. De
scripto finali iudicio hic
describitur ecclesie status post
iudicium. et primo in generali.
2° magis in speciali. ibi. Et venit unus. Cir-
ca primum primo predicit Johannes innovationem
mundi sensibilis dicens. Et vidi celum novum
et terram novam. Et per ista duo intelli-
guntur elementa media ignis aer et aqua. Hec
enim omnia innovabuntur et in melius mu-
tabuntur. Ideo subditur. Primum enim celum
et prima terra abiit etc. Non est per hoc
intelligendum quod mutetur eorum substantia sed ea ma-
nente meliorabuntur in qualitatibus et perfecti-
tibus suis ut in claritate diaffanitate et
similibus et totum cedit ad gloriam electorum
qui ex creatura laudant deum. Et ego.
Hic 2° Johannes describit innovationem humane
nature quantum ad electos dicens. Vidi sanctam
civitatem Iherusalem id est electorum societatem perfecta
caritate unitam. Novam quantum ad corporum
gloriam. corpora enim sanctorum societatem perfecta
que nunc sunt corruptibilia grossa ponde-
rosa et obscura resurgent immortalia sub-
tilia agilia et clara et quia hoc fiet per glo-
riam animarum ad corpora redundantem
Ideo subditur. descendentem de celo. Nam anime
beate descendent de celo empyreo ut corpora
resumant et in iudicio compareant. Et deo
paratam. dotibus anime et corporis ideo subditur
sicut sponsam etc. Et audivi. Hic 3°
describit Johannes finalem consumationem
et primo quantum ad electos. 2° quantum
ad reprobos ibi timidis autem. Circa primum
dicit. Et audivi vocem magnam de throno
scilicet divine maiestatis dicentem Ecce taber-
naculum dei cum hominibus id est habitatio dei
cum hominibus inseparabilis quia beati habebunt
semper eum presentem per apertam visionem et perfecta
fruitionem et quia per hoc excluditur omne
malum culpe et pene ideo subditur. et mors
ultra non erit etc. quia prima abierunt. Nam
in ecclesia militante que dicitur terrestris Iherusalem
ista sunt et erunt usque ad Iherusalem iudicium
Et dixit qui sedebat in throno scilicet deus trinus
et unus. Ecce nova facio omnia scilicet celos elementa
et electorum corpora ut patet ex predictis. Et
dixit michi scribe etc. ad informationem
ecclesie. Et dixit michi factum est id est consumatum
est gaudium electorum. Ego sum alpha et o. quod
exponitur cum subditur id est principium et finis in quem
omnia ordinantur. ego sitienti id est debito modo
desideranti. Dabo de fonte aque vive id est parti-
cipatione vite beate. Gratis licet enim habentes
gratiam merentur de condigno beatam vi-
tam tamen ipsa gratia per quam opera sunt meri-
toria de condigno gratis datur aliquin gratia
iam non esset gratia Ro. 10. Qui vicerit.
tamen mundum et dyabolum possidebit
hec hereditate perpetua. et ero illi eius dans
gloriam et ipse erit michi filius per assimilationem
perfectam. I Joh. 3. Cum apparuerit similes ei
erimus. quia videbimus eum sicuti est. Ti-
midis. hic ponitur finalis consumatio
quantum ad reprobos cum dicitur. timidis autem
timore mundano declinantibus ad peccata mor-
talia et in eis perseverantibus. et incredulis
id est iudeis sarracenis ceterisque fidem catho-
licam respuentibus. et execratis id est rever-
tentibus ad peccata enormia post eorum condo-
nationem sicut canis ad vomitum et
homicidis. facto vel voluntate deliberata
Et fornicatoribus. per fornicationem intelliguntur
cetera carnis vitia. et veneficis id est magis
sortilegis et ydolatris. cultum deo debitum
tribuentibus creature et omnibus mendacibus
mendacio pernicioso et per hec vitia intelliguntur
omnia alia vitia mortalia. pars illorum id est re-
tributio erit in stagno ardenti id est in pena
que dicitur mors secunda. Et venit. Hic ponitur

describitur status post iudicium magis in spirituali. Sciendum tamen quod aliqui aliter exponunt de tempore ante iudicium et etiam ante adventum antichristi quod intenditur unde ex hoc quod dicitur infra 22° capitulo qui nocet noceat adhuc et qui in sordibus est sordescat adhuc et iustus iustificetur adhuc. Post iudicium vero non erit tempus nec locus meriti vel demeriti. Dicunt igitur quod per angelum hic introductum intelligitur Innocentius papa tertius qui approbavit ordines fratrum minorum et predicatorum qui dicitur hic civitas Iherusalem nova. Secundum illud proverbiorum 18. frater qui adiuvatur a fratre quasi civitas firma. Ambo enim ordines ad idem opus sunt ordinati scilicet ad predicationem evangelii. Dicunt igitur quod fundamenta huius civitatis sunt beati franciscus et dominicus horum ordinum fundatores. Dicit tamen in numero duodenario hec fundamenta quia sunt xii apostolorum imitatores. Murus vero regularis observantia per precepta et statuta. Porte vero religionum ingressus qui dicuntur ad quatuor orbis nam ex omnibus mundi partibus aliqui ingrediuntur istas religiones. Angeli vero in portis existentes sunt ministri et priores provinciales qui per se vel per alios recipiunt ad ordines venientes. et sic alia hic dicta adaptant ad suum propositum prout possunt.

Licet autem hec expositio salvari possit in aliquo sensu mistico non tamen in sensu reali sicut credo. Primo quia dicitur hic quod angelus hic introductus dixit Iohanni. Veni et ostendam tibi etc. quod non potest verificari de Innocentio papa cum post Iohannem fuit per mille annos et amplius. Item quia infra dicitur de hac civitate. et templum non vidi in ea. Dicti autem ordines ecclesias habent. Item quia subditur. Et civitas non eget sole neque luna. et postea nec intrabit in eam aliquid coinquinatum abhominationem faciens et mendacium. Dicti vero ordines indigent illuminatione solis et lune. nec omnes intrantes sunt immaculati. Nec omnes bene intrantes perseverant in bono. sed multi fiunt

apostate et pessimi. Unde dicit augustinus sicut non inveni meliores hiis qui in monasteriis profecerunt. ita non inveni deteriores illis qui in monasteriis defecerunt. propter quod et plura alia que possent induci contra expositionem predictam in sensu dicunt eam realem esse. Videtur michi quod civitas hic descripta est Iherusalem superna. Unde post premissa verba de ingressu huius civitatis subditur. Nisi qui scripti sunt in libro vite et agni. Hii sunt predestinati qui Iherusalem supernam ingrediuntur et nulli alii et ideo sicut iam premisi hic describitur status ecclesie triumphantis magis in spirituali et primo quo ad situm sublimem premittitur tamen persona alloquens beatum Iohannem cum dicitur. Et venit unus de septem angelis etc. per hunc enim intelligitur beatus Iacobus qui supra xvi capitulo dictus est unus de septem angelis habentibus phialas et precessit beatum Iohannem in gloria. propter quod ex dei voluntate potuit ei revelare secreta celestia. Veni ostendam tibi sponsam id est Iherusalem supernam. ut dictum est in principio capituli que dicitur uxor agni in sensu spirituali quia coniungitur ei inseparabiliter et eternaliter. Non sic autem ecclesia militans que cessabit in fine mundi sicut imperfectum adveniente perfecto. et figura adveniente figurato. sicut enim lex vetus imperfecta fuit et figurativa nove legis. sic ecclesia militans respectu triumphantis cuius status omnino perfectus erit in resurrectione generali. Ex tunc enim electi separabuntur a reprobis et erunt in anima et corpore perfecte beati. Resurgent enim in corporibus gloriosis per anime gloriam ad corpora redundantem. et sustulit me in spiritu. Hoc dicit ad ostendendum quod non vidit tunc gloriam electorum prout erit in se sed in aliquo eam representante scilicet in civitate que infra describitur. Quam vidit ymaginaria visione et eius significationem intellexit aliter non fuisset visio prophetica sicut declaratum fuit diffusius in principio libri presentis et in principio libri danielis. In montem magnum et altum. per quem designatur celum empireum quod secundum sanctos

et doctores est locus btorum & in corpalib; h3
situm supmu. Et ondit michi. hic core de
scribe quantu ad pulcrum aspectum cum
dr ciuitatem scam ihrlm .s. supnam. descen-
dentem de celo. Nam anime beate descendent
ad resumendu corpa et coitandu eis gloria
vt dictum e supra in pri° ca. et etiam ibi
incipiet status pfectus btitudinis electorum.
pot etiam alr exponi q btitudo celestis no
pot ab elect hri nisi prius quodamo ad eos
descendat in priti nam corru gle p quod
efficiuntur digni vitu btu est quedam in
choatio glie pp quod in orone dnica secunda
peticio ponitur. adueniat regnu tuu .i. ad
nos veniat q non possumus venire ad ipm
nisi prius ad nos veniat modo dicto. hnte
claritatem dei. nam claritas btorum quantu
ad gliam anime & etiam corpis e queda
pticipatio diuine claritatis p quam beati
sibi conformantur .i. Jo. 3. scimus qm cum
apparuerit siles ei erimus. Et lumie eius sile
lapidi prioso .i. xpo qui dr lapis priosus
.i. pe. 2°. Ecce ponam in syon lapidem su
mmi angularem electum priosum In beati
tudine namq; celesti p glam corpis & aie
conformabuntur hoi xpo sicut membra
capiti. tamq laspidis sicut cristallu. no
minatiui casus est et neutri generis.
scdm acceptoem antiquorum. Compatur aut
xpus iaspidi tu pp plitatem celorum et in xo.
sunt tres nre .s. diuina. et aia intellciua
& corpus. tuq iaspis confortat visum et
beati delectantur in visione xpi. na aspectu
sue ditatis reficiuntur interius et aspectu
sue humanitatis exterius. sm q dicit aug9
exponens illud Jo. 10. Ingredietur et pascua
inueniet. sicut cristallum quod valet cot
sitim et ardorem et sic xpus e remediu
contra sitim et ardorem cupiditatis eo q
tenuit viam paupt. Et habebat.
hic qnr describe supna ihrlm quatum
ad ciuitatis edificium et primo in gnali 2°
magis in spali ibi. Et qui loquebatur me
cum. Circa pmu dr. et habebat murum

magnu .i. spissum. et altum. p que designatur
securitas diuine protectionis q maxime
relucet in statu supne btitudinis qua nulls
hns pot amittere et hntem portas. 12. que
sunt obsuationes mandatorum p quas hr
ingressus ad btitudinis statum m. 19. Si
vis ad vitam ingredi sua mandata. et io
sunt. 12. porte nam obsuatio decem preceptorum
decalogi cum duob; preptis caritatis facit
ad vitam ingredi. Et in portas angelos
12. Nam electorum aie deferuntur ad celu
p ministeriu anglorum. luc. 16. ffactum est aut
vt moreretur mendicus et portaretur ab
angelis in sinu abrahe. et noia scpta sunt
nomina. 12. tribuu filiorum isrl .i. omnium
fidelium qui indifferenter admittuntur ad regnu
sine acceptione psonarum. Ab oriente porte
tres &c. nam ex omnibus orbis ptib; colli-
guntur electi intrantes ianuas padisi.
Dnr aut porte tres qd quamlibet orbis pte
principalem nam in fide trinitatis recipiuntur
electi ad glam celestem. et murus ciuitatis
hns fundamenta 12. i. duodecim articulos
fidei nam scdm q dicit aplus he. 11. fides
est substantia sperandarum rerum .i. bo-
norum celestium que sunt res spande et in
hac diffinitione fidei accipitur sba pro in-
choatione siue fundamento eo q fundame-
tum est inchoatio domus. per fidem vero
formatam inchoatur btitudo celestis in nob
sicut plenius fuit dcm heb. 11. Et in ipis
xii. nomina aplorum et agni .i. xpi nam .12.
articuli fidei sunt de xpo .vi. ptinentes ad
eius ditatem et .vi. ad eius huanitatem
et hoc scdm colorem distinctionem articulorum
quamuis aliqui distinguant. 14. articulos
fidei .vii. de diuinitate et .vii. de huanitate.
Dnr aut noia aplorum in ipis fundamentis
scpta quia pmo publicauerut fidem xpi pdi-
cando et pro ipa moriendo. Et qui loque-
batur. hic qnr describe edificiu ciuitatis
celestis magis in spali et pmo ponit intentu
d. Et qui loquebantur mecum .s. angelus.
habebat mensura harundinea aurea .i.

filez harūdini in figura quia non posset
ee aurea . et cum hoc harūdo vera . ut me
tiretur ciuitatem quantum ad spatiū intra
muros contentū . Et portas eius et murum .
quātū ad eius altitudinē nam habita me
sura spacij intra murum contenti habetur
mensura muri nam interior pars muri
et dictum spatiū cotiguant̄ . Et ciuitas in
quadro equilatero posita est . i . disposita qd̄
patet ex eo quod subdr̄ . et longitudo eius
tanta est quanta et latitudo . qd̄ non possꝫ
ee nisi quadrum eet equilaterū ꝑ hoc aūt
intellr̄ quadratura quatuor virtutum car
dinaliū que manent in patria scd̄m docto
res catholicos tn̄ sm̄ alios actus q̄ȝ in via
nam actus prudencie est ibi nullum bonū
deo ꝑponē vel equare . ffortitudinis aūt deo
firmissime inherere temperancie vero nullo
defectu noxio delectari . Justicie vero deo sub
ditū esse . Et mensꝰ est . hic exequitur
ꝑpositum et primo quātum ad ciuitatꝭ spa
cium . 2° q̄ȝm ad murum ibi . Et mensꝰ
ē muros . 3° quantum ad fundamenta ibi
ffundamenta . 3° q̄ȝtū ad portas ibi . et xij .
portas porte . Circa pᵐ dr̄ Et mensꝰ ē
ciuitatem . i . spatium ciuitatis ꝑ stadia . 12 .
milia . non pot intelligi q̄ ista 12 . milia
stadia contineant totū spatiū ciuitatis
et p̄cise nam illud spatiū oꝫ ee quadrum
equilaterū ut dictum ē . xij . aūt non est
nūs quadratus . Dr̄ aūt nūs quadratus
qui resultat ex ductu vnꝰ numeri in
seipm̄ . sicut ex ductu binarij in seipm̄
resultat quaternarꝰ nam bis duo sunt
quatuor ter tria sunt nouem . quat̄ 4ᵒʳ
. 16 . et sic de aliis ꝑ quod patet q̄ inter . 9 . et . 16 .
non erat aliquis nūs quadratus . et ideo
si spatiū ciuitatꝭ eet xij . miliū stadiorū
p̄cise non possꝫ ee quadrū equilaterū ꝑꝑ qd̄
dicendum q̄ ista 12 . milia stadia mensurat
vnꝰ latus huiꝰ quadri et ꝑ consequens totū spatiū
continet duodecies xij . milia stadia q̄ sunt
in vniuerso . 144 . milia stadia . et ē numerꝰ
quadratus resultans ex ductu duodenarij in
se ipm̄ . hic aūt nūs continet nouies . 16 . Cū
igitur octo stadia faciant miliare vnum
et duo miliaria leucam vnam . sequitur q̄
ꝑdictum ciuitatꝭ spatiū continet . 18 . milia
miliariorum et . 9 . milia leucarum et quodlibet
latus muri 12 . milia stadia et totus eius
ambitus . 48 . milia stadia q̄ nūs ponitur
quadratꝭ equilaterꝰ nec tamen computatur
hic spissitudo muri sꝫ tantum supficies in
terior ut patet ex ꝑdictꝭ hec aūt significat
magnitudinē loci beatorū sm̄ q̄ dr̄ baruch
3° . o isrl̄ q̄ȝ magna ē domꝰ dei et ingens pos
sessionis eius . ꝛc . tn̄ celum empireū qd̄
ē locꝰ boꝝ est . q . incōpabiliter maiꝰ q̄ȝ ciui
tas hic descripta nam in hoc libro maiora
ꝑ minora frequenter significantur sicut
s̄ . c̄ . 4° . per 24 . seniores intellr̄ vniusitas
sanctorum que ē multo maior ut dictū fuit
ibidem . longitudo et altitudo et latitudo
eius . s . spatij . Equalia sunt et de longiᵗᵘᵈⁱⁿᵉ
et latitudine iam patet ex dictꝭ nam spa
ciū quadrū est equilaterum . De altitudinē
vero quātum ad murū non fit hic mentio
sꝫ postea . sꝫ de altitudine spatij qd̄ accipr̄
sm̄ altitudinem montis in quo describr̄
actus hec ciuitas sita sm̄ q̄ dr̄ . s̄ . eod . c° .
Et substulit me in spū in montem magnūm
et altum et ondit michi ciuitatem scām
ꝛc . et scd̄m hoc altitudo huiꝰ montꝭ est
xij . miliū stadiorum sicut longitudo spatij
et eius latitudo ut ꝑdictum est . Et
mensꝰ est . hic cōiter agr̄ de mensura mu
rorum cum dr̄ . et mensꝰ est muros eius .
et licet esset vnꝰ murꝰ tn̄ dicit muros in
plrī ꝑꝑ quatuor eiꝰ latera spatiū ꝑdictum
includenꝭ . 144 . cubitorum mensura hominis
. i . accipiendo cubitū humanū qui continet
pedem et dimidiū sm̄ vnā acceptionē . s . a
cubito brachij usqꝫ ad manū . sm̄ aliam
vero duos pedes . s . a cubito brachij usqꝫ ad
summitatem digitorum ex quo pꝫ q̄ nō accipr̄
hic mensura longitudinis muri scd̄m sui
ambitum nec etiam sm̄ latus vnū . Nam
murꝰ habꝫ quatuor latera . et quodlibet

longitudinis 144 cubitorum non posset claudere spacium predictum nec etiam duodecimam eius partem nec etiam minimam. scilicet unum stadium quadratum nam unum solum stadium continet 125 passus et quilibet passus quinque pedes et per consequens unum stadium quadratum continet 312 cubitos et dimidium quadratos secundum maiorem acceptionem hominum cubiti ut patet ex predictis et ideo dicendum quod hic accipitur mensura muri secundum eius altitudinem que est multo minor quam eius longitudo cuius mensura accipitur secundum mensuram spacii cuius quodlibet latus est longitudinis xii milium stadiorum et per consequens quodlibet latus muri qui contiguatur spacio in parte interiori ut supradictum est. propter quod hic tacetur mensura longitudinis muri quia sufficienter habetur per mensuram supradictam spacii contenti. Dictum est autem supra quod per murum intelligitur securitas beatitudinis propter quod altitudo dicitur 144 cubitorum qui est numerus quadratus ut dictum est supra et significat stabilitatem beatitudinis sicut corpus quadratum firmiter stat in quolibet latere. propter quod etiam virtuosus comparatur quadrato. i. ethicorum. mensura hominis que est angeli. per hoc designatur quod homines electi ad equalitatem angelorum assumuntur Mathei 22º. erunt sicut angeli dei in celo. et erat structura muri eius ex lapide iaspide sicut supradictum est per murum intelligitur securitas beatitudinis per iaspidem vero ipse Christus propter quod murus dicitur de lapide iaspide nam ipse Christus est securitas beatorum a quo non possunt divertere nec avelli. Ipsa vero civitas aurum mundum. Civitas autem est civium unitas et ideo per ipsam intelligitur societas beatorum. per aurum vero quod ceteris metallis est preciosius intelligitur caritas que preter cetera dei dona est donum excellentius ideo dicitur. Ipsa vero civitas aurum mundum Nam societas supernorum civium unitur ferventissima caritate secundum quod dicitur in prosa. Superne matris gaudia etc. que ab aliquibus dicitur esse beati Gregorii ab aliis Hugonis de sancto victore in qua subditur. nec languor hic nec senium nec fraus nec terror hostium sed una vox

letantium et unus ardor cordium. simile vitro mundo. i. purum sicut vitrum quod recipit lumen non solum exterius sed etiam interius per quod significatur quod societas beatorum in resurrectione penetrata erit luce glorie interius et exterius per gloriam corporis et anime. Et fundamenta. Hic consequenter describitur civitas superna quantum ad ornamentum fundamentorum cum dicitur. Et fundamenta muri civitatis omni lapide precioso ornata ex quo patet quod non accipitur hic fundamentum ad similitudinem illius quod in edificiis absconditur sub terra nam ibi ornamentum non habet locum sed accipitur ad similitudinem partis inferioris edificii que tamen apparet super terram. Et fundamentum primum iaspis. dictum est supra quod xii articuli fidei intelliguntur per ista fundamenta inter vi articulos pertinentes ad Christi deitatem primus est de unitate dei qui est principium credentibus tollendi errores varios gentilium plures deos ponentium Ideo per iaspidem designatur qui oculos purgat visum acuit et confortat ut dicitur libro de proprietatibus rerum et ibidem proprietates sequentium lapidum secundum quod inferius assignatur. secundum saphirus. secundus articulus est de trinitate personarum cuius fides augmentat corpus ecclesie in statu quod primus erat in una gente modica iudeorum sed modo per fidem trinitatis predicatam se extendit ad multitudinem gentilium conversorum Ideo significatur per saphirum qui corpus humanum vegetat et integra membra conservat. 3us calcedonius 3us autem articulus est de opere creationis quod soli deo convenit et valet fides huius articuli contra demonum illusiones ut non adorarent sicut creatores Ideo significatur per calcedonium qui valet contra illusiones demonum et virtutes conservat. 4us smaragdus Quartus autem articulus est de opere sanctificationis per gratiam que curat casum peccati mortalis et dat verba persuabilia in oratione devota. Ideo significatur per smaragdum qui valet contra morbum caducum et in causis dat verbum persuasivum

Quintum sardonix. Quintus autem articulus est de opere resurrectionis corporum cuius fides humilem facit et pudicum cogitationem inferendo quod corpus nostrum corruptibile quod finaliter ad gloriam resuscitandum debet teneri in humili gestu et apparatu racione mortalitatis presentis et munde racione glorificacionis future propter quod significatur per sardonicem qui facit humilem et pudicum. 6um sardius. Sextus autem articulus est de opere glorificacionis cuius fides generat in animo gaudium et pellit timorem quia cogitans glorificari non timet pro Christo mori sed etiam alii gaudet Mt. 5. Cum vos oderint homines et exprobaverint et eiecerint nomen vestrum tamquam malum mentientes propter me. Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. Ideo significatur per sardium qui gaudium attendit et pellit timorem. 7um crisolitus. Primus articulus pertinens ad humanitatem Christi est de conceptione et nativitate eius ex virgine cuius fides confortat humanam naturam in conceptione Christi verbo unitam et valet contra timores nocturnos viciorum eo quod nato Christo in noctis medio dixit angelus pastoribus nolite timere. Luc. 2. et ibidem subditur. Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Ideo significatur per crisolitum qui confortat intellectum et per hoc naturam humanam per intellectum ab aliis animalibus distinctam i. [illegible] et pellit timores nocturnos. 8um berillus. Secundus articulus est de passione Christi morte eius et sepultura cuius fides [illegible] reddit in tribulationibus huius mundi. 1 pe. 4. Christo in carne passo et vos eadem cogitatione armamini. Ideo significatur per berillum qui [illegible] nitidum reddit et nitentem facit et benignum. 9um topasius. 3us articulus ad humanitatem Christi pertinens est de descensu anime eius ad inferos cuius fides valet contra pericula a demonibus inferenda quia per hunc descensum fuerunt spoliati et potestas eorum diminuta. Ideo significatur per topasium qui valet contra iram et contra lunaticam passionem

que frequenter per demones iratos excitatur vel augmentatur. 10um crisopassus. Quartus vero articulus est de resurrectione Christi que est causa nostre resurrectionis future propter quod fides eius valet contra corruptionem corporis et anime per peccatum carnale. Nam omnis corruptio tolletur in resurrectione. Ideo significatur per crisopassum qui valet contra lepram. 11um iacinctus. Quintus articulus est de ascensione Christi ad celos in humanitate assumpta cuius fides dat vigorem fidelibus ut ipsum sequantur tamquam eius membra. Col. 3. Que sursum sunt querite ubi Christus est in dextera dei sedens que sursum sunt sapite etc. propter quod significatur per iacinctum qui dat membris vigorem et salutiferum facit saporem. 12um ametistus. 6us articulus est adventus ad iudicium in quo apparebit Christus in forma humanitatis glorificata cuius fides reddit hominem sollicitum et vigilem ut in illo tremendo iudicio de factis dictis et cogitationibus suis possit reddere rationem. Ideo significatur per ametistum qui facit vigilem et repellit malam cogitationem.

Et xii porte. Hic consequenter agitur de ornamento portarum cum dicitur xii margarite per singulas scilicet portas. Licet autem margarita sit nomen unius speciei que gallice vocatur pelle tamen hic et in pluribus locis sacre scripture accipitur generaliter pro quolibet lapide precioso. Quales sint lapides preciosi istarum xii portarum non exprimitur propter quod probabiliter creditur quod sint eiusdem speciei cum 12 predictis et etiam eiusdem significacionis. Et platee civitatis etc. hoc iam expositum est supra.

Et templum. Hic consequenter describitur superna ierusalem quantum ad dei cultum. Ad cuius intellectum sciendum quod cultus dei tempore veteris testamenti fuit figuralis respectu cultus qui observatur tempore novi testamenti. 1 Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. Cultus vero novi testamenti est suo modo figuralis respectu cultus celestis. Nam militans ecclesia representat prout potest celestia premia. Unde dicitur in illa prefa-

Supne ciuis gaudia repitet ecclia q
quid representatio fit in templo mali
et p corpalia obsequia status vero supne
btitudinis non est figuralis alicuius exper
tati uel non spiti nam deus ibi clare vr
et pnciale hz et veneratur pp qd dicit
btus) ob. Templum non vidi in ea. qr
deus non cole ibi p aliqua figuralia s
in sua pntia vo subdr. Dns deus omps
templu illi est et agnus. (Nam beati re
ficiunt interi in aspectu diuitat. et
exteri in aspectu huanitat xpi et sic
vtramq naturam colunt et adorant in xpo
humanitas est diuinitati iuncta. Et ciuitas
non eget sole et luna .i. illustratore corpali.
Nam claritas dei et. qua pfecte illustrant
electi. Et ambulabunt gentes .i. electi. In
lue eius nam oia faciut ex illustratice
dei. et reges terre afferent gloriam suam
in illa. Rex dr a regendo oia vero corpo
ralia et homines p angelos sanctos admi
nistrantur et reguntur. pp qd hic et in plu
rib aliis sacre scripture locis angeli reges
terre dnr. Ex electis vero qui p eorum admini
tratoes ad beatitudine deducuntur eorum gla
augmentatur et sm hoc afferre glam
suam in supna ihrlm hic dre. Et porte ei
non claudentur p diem. Nam a tpre passi
onis xpi p qua apte sunt ianue celi ma
nent et manebunt apte. nam ibi statim
recipiuntur anime purgate. Dr aut tpus
a dicta passione dies qr tunc scis preibus in
limbo detentis data fuit lux glie pp qd xpus
dixit latroni pendenti in cruce. hodie me
cum eris in padiso luc. 23. Nox enim non
erit illic. q. d. porte de cetero non claudent
qr dictum est q non claudentur p diem. et
afferent angeli gloriam et honore gentiu
in illam. mo predicto (Nec intrabit in eam
aliquid coinquinatum vitio carnis. aut
abhominatione faciens .i. pctm contra natz
Et mendaciu .i. ypocrisim que est mendacia
in facto et ut excludatur ome aliud pctm
subdr. (Nisi qui scripti sunt in libro vite .i. in
diuina predestinatione et sic iste liber dr
etiam liber agni .i. xpi in quo scriptum est vnus
deus cum pre.

XX

Et ondit michi fluuiu et c.
hic vltimo describitur supna
ihrlm quantum ad refectione
ciuium et diuidr in duas
ptes qr pmo describr hoc conuiuiu. 2o coniuncto
exercicium ibi. Et ome maledictum. Circa
primu sciendum q refectio bonorum non intelligr
a nob nisi p similitudine corporalium ad refec
tione aut corpus duo requiruntur .s. cibus
et potus primo ergo describr potus cum dr
Et ondit michi fluuium aque viue p que
intellr spus scus. vn dicit saluator Jo. 7.
Qui credit in me sicut dicit scriptura flu
mina fluent de ventre eius aque viue qd
exponens euangelista subdit. hoc autem
dixit de spu quem accepturi erant crede
tes in eum spus aut sanctus cuius appart
bonitas et suauitas reficit btos p modum
dulcis potus ideo significatur p fluuium
aque viue .i. dantis vitam glorie procedete
de sede dei patris et agni. Nam spus scus
ex pre filioq procedit. In medio platee
eius ad reficiendum totum consorciu beatorum.
Et ex vtraq. hic 2a describitur refec
tio celestis quantum ad cibum cum dr. Et
ex vtraq pte fluminis .i. hinc et inde. lignu
vite .i. xpus qui sm diuitatem e vbiq sicut
et spus scus cum vnu sunt in essencia.
afferens fructus xii. qui etiam dnr fructus
spus gal. 5. Nam indiuisa sunt opa trinitatis
et p ons filii et spus sancti Sciendum tn
q isti fructus alr hnr in via p graciam et
alr in pria p glam sicut dictum e de quatuor
virtutibus cardinalibus ca. precedenti quarum
sunt alii actus viatoris et comprehensoris
Primus igitur fructus vt gal. 5. dr e ca
ritas qui in pria est i dm visum totaliter
p amorem transformari. 2us est gaudium
qui e in deo viso delectari. 3us est pax .i.
in ipo totalr quietari. 4us. est paciencia qui
i via est in aduersis non frangi In patria

vero ubi nulla est adversitas est in deo fir-
miter stabiliti. 5us est benignitas .i. bona
igneitas que est in bis ad amorem proximi in-
flamari quantum ad affectum unde in eis
est ung ardor cordium ut dr in illa prosa Su-
pne matris gaudia etc. Sextus est bonitas
.i. diffusio proprii boni ad proximum secundum effectum
nam boni est sui diffusivum. Bonum autem uni-
us redundat in alterum nam unus gaudet
de alterius bono sicut de suo proprio. 7us est lon-
ganimitas que est equanimis expectatio boni
futuri. aie vero bonorum equanimiter expectant
gloriam corporum. 8us est mansuetudo que in via
est ire moderatio sed in patria non habet locum
ira quantum ad suum male. quod est accensio sang-
uinis circa cor. sed quantum ad suum formale quod
est appetitus vindicte habet ibi locum quia
bi vindictam appetunt obstinatorum peccatorum secundum
illud ps. lvii. letabitur iustus cum viderit
vindictam manus suas lavabit in sanguine
peccatoris. et quoniam appetitus iste moderatus est
in bis secundum regulam divine iustitie ideo secundum
hoc est ibi mansuetudo. 9us est fides que si
accipiatur ut est virtus theologica non est
in patria cum sit de non apparentibus heb. xi.
sed ei in patria succedit visio clara. Si autem
accipiatur fides pro fidelitate sic est in beatis
maxime. 10. est modestia que excellenter est
in patria. nam inferiores aie sunt omnino supe-
rioribus subiecte. 11us est continentia est autem
continens qui concupiscentias inordinatas patitur
sed ab eis non seducitur contra passiones for-
titer se tenens cuiusmodi concupiscentie non sunt
in patria propter quod non est ibi continentia quantum ad
concupiscentias pati. tamen est ibi quantum ad non seduci
nam bi non possunt ad aliquod malum flecti
Duodecimus est castitas que principaliter importat
munditiam est in patria nam in eam non
intrat aliquid coinquinatum ut dictum est s.
Per menses singulos reddens fructum suum
mensis apud hebreos incipit a prima lunatione
propter quod novitatem designat. per singulos intel-
ligitur continuatio et sic per menses singulos in-
telligitur eternitas huius fructus quia semper manet

in sua novitate et sua duratione. et hoc
modo dr ysa. ult. Et erit mensis ex mense et
sabbatum ex sabbato etc. Et folia ligni ad sanitatem
gentium. per folia intelliguntur verba etiam
secundum communem loquendi modum. Igitur folia
ligni sunt verba xpi in euangelio contenta
que sunt ad sanitatem gentium. Nam per
predicatores euangelii gentes per orbem converse
sunt ad xpm. Et omne. hic consequenter describit
communicationem excitium circa quod sciendum quod in
conviviis carnalibus homines solent relaxare
linguas suas ad blasphemias et convitia
propter quod dives epulo positus in inferno maxime
cruciabatur in lingua luc. 16. hoc autem
removetur a convivio celesti cum dr. et omne
maledictum non erit in ea amplius. sed
gratiarum actio et vox laudis et sedes dei et agni
in illa erunt. Nam ibi maxime relucet
eorum maiestas. et servi eius .s. angeli sancti
et beati servient illi. exequendo quidquid placitum
est ei. et videbunt faciem eius clare et aperte
et nomen eius in frontibus eorum .i. manifeste
patebit omnibus quod sunt servi eius. Et nox ultra
non erit etc. hoc expositum est supra. hic tamen
repetitur ad maiorem affectionem. et quia servire
deo regnare est ideo sequitur. Et regnabunt
in secula seculorum .i. eternaliter a parte post.
Et dixit michi. hec est ultima pars prin-
cipalis huius libri que ponitur in fine per modum
epilogi In quo primo ponitur huius libri comme-
datio. 2o prescriptorum brevis recitatio ibi. Cum
notet. 3o dictorum confirmatio. ibi Con-
testor enim. Circa primum dr. Et dixit michi.
angelus. hec verba. a te prescripta. fidelissima
et vera sunt. Nam a prima veritate processerunt
Ideo subditur. et dominus deus spirituum prophetarum. licet
unus spiritus sanctus tangat mentes omnium
prophetarum. tamen effectus eius sunt multi
et varii in mentibus ipsorum. ostendere servis suis
per Iohannem que oportet fieri cito. quia sunt pre-
ordinata a deo cuius ordinatio non potest frustrari
Ideo subditur. Et ecce venio velociter ad ipsa im-
plendum et sic apparet huius libri veritas. 2o
tangitur eius utilitas cum dr. beatus qui

custodit etc. 3° eius auctoritas ex parte scriptoris cum
dicitur. Et ego Johannes etc. qui adhuc viuens in terris
fuit maior homine par angelis. Propter quod angelus
renuit accipere reuerentiam quam sibi voluit
exhibere cum dicitur. Et postquam audissem etc.
et patet littera. Quarto tangitur huius libri aliqualis
intelligibilitas cum dicitur. Et dixit michi ne
signaueris etc. i. non occultes omnino intel
lectum verborum propter quod in pluribus locis po
nuntur aliqua satis plane ex quibus aperitur
via studiosis ad alia intelligenda aliqualiter
saltem in multis sicut superius declaraui
in locis suis. tempus enim prope est impletionis
prescriptorum. Qui nocet. Hic consequenter ponitur breuis
recitatio prescriptorum nam superius actum est de dis
tinctione electorum et reproborum et quantum ad
hoc dicitur. qui nocet. peccando contra proximum
Noceat adhuc i. nocebit ita quod ponitur hic
optatiuum pro indicatiuo et loquitur de reprobis
prescitis qui moriuntur in peccato mortali. Et
qui in sordibus est. peccando in seipso. sordescat
adhuc. i. sordescet. et iustus. recte viuendo
ad proximum. Justitiam faciat adhuc. i. faciet
et loquitur de iustis predestinatis qui decedunt
in gratia finali. et sanctus viuendo munde ad se
ipsum. 2° in superioribus frequenter dictum est
de retributione bonorum et reproborum et quantum
ad hoc dicitur in persona Christi. Ecce venio cito etc.
et quod hoc possit ostendit dicens. Ego sum alpha et
o. i. causa effectiua et finalis omnium sicut
alpha est littera prima grecorum et o vltima. Beati
qui lauant stolas suas. aquis penitentie in presenti
quod autem in aliquibus libris subditur. In sanguine
agni non est de textu nec habetur in antiquis
Vt sit potestas eorum in ligno vite. i. in futuro fru
antur ipso Christo cuius deitate reficiuntur beati
interius et eius humanitate exterius. et per portas
intrent ad vitam eternam. Foris canes. i. gu
losi et detractores contra bonos latrantes.
et venefici. i. mundi veneno pleni. Et im
pudici seipsos inficientes. et homicide cor
porales et spirituales. Et ydolis seruientes. quod
peccatum est directe contra deum. Et omnis qui
amat et facit mendacium ille amat qui delec
tatur mendacia proferendo sed ypocrita facit
mendacium nam ypocrisis est mendacium in
facto. Ego Ihesus misi angelum meum testificari
vobis hec. scilicet punitionem malorum et premiationem
bonorum. In ecclesiis que sunt per orbem vniuersum
3° in superioribus frequenter dictum est de Christi
excellentia et quantum ad hoc subditur in eius
persona. Ego sum radix et genus Dauid. i. de
radice Yesse sicut Dauid et de genere eius quantum
ad humanitatem secundum quod dicitur Ys. 11°. Egredietur
virga de radice Yesse et flos de radice eius as
cendet et qui flos est Christus secundum sensum litteralem
sicut diffusius fuit ibi dictum. stella splendida
et matutina. quantum ad deitatem illustrans omnem
hominem venientem in hunc mundum. Jo. 1°. Et
sponsus et sponsa dicunt veni. hec est vera littera
et sic habent libri correcti. dicit autem spiritus sanctus Christo.
veni. scilicet ad iudicium ad iustos premiandum quod
dupliciter potest intelligi. Vno modo quia facit
iustos hoc dicere qui premiari desiderant a Christo
iudice eo modo loquendi quo dicitur Ro. 8°. Spiritus
postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus
i. postulare facit secundum omnes expositores catho
licos. Alio modo quia sicut filius missus fuit in
mundum a patre et spiritu sancto sicut in persona eius
dicitur Ys. 48°. Misit me dominus et spiritus eius sicut ibidem
plenius fuit ostensum. sic in aduentu ad iudi
cium mittetur a patre et spiritu sancto. Et sponsa
i. ecclesia militans que desiderat coniungi ecclesie
triumphanti quod fiet in iudicio finali. Et qui
audit. a spiritu per inspirationem et ab ecclesia per predica
tionem. Dicat veni. desiderando secundum aduentum
Christi. vnde Luc. 21°. dicit saluator loquens de eius
aduentu ad iudicium. His autem fieri incipientibus
respicite et leuate capita vestra. i. exhilarate
corda. vt exponit Gregorius. quoniam appropinquat re
demptio vestra. et qui sitit. desiderando gloriam.
veniat. per gratiam. Et qui vult accipiat aquam
vite. i. gratiam que est vita anime. Gratis. nam
habetur per Christi meritum in baptismo dum tamen non ponatur
obstaculum. Contestor. hec est vltima pars
in qua ponitur predictorum confirmatio quia nichil
ibi continetur superfluum aut diminutum. ideo
subditur. Si quis apposuerit ad hec. scilicet discrepantia

sicut faciebant ebion et cherintus heretici qui
tempore illo addebant aliqua discrepancia a ve
ritate evangelii et aliqua diminuebant de eius
veritate dicentes Christum ante mariam non fuisse
per hoc tamen non excluditur quin possint aliqua
dici licite que faciunt ad declaracionem totius
sacre scripture et sic fecerunt doctores sancti.
Dicit qui testimonium perhibet istorum scilicet Christus.
Etiam venio cito ad iudicium cuilibet in morte
Nam qualis unusquisque invenitur in morte
talis presentabitur in iudicio. Generaliter autem
veniet omnibus ad iudicium in generali re
surrectione. Veni domine ihesu. hoc dicit Johannes
conformando se spiritui sancto et ecclesie et subditur
eius oro pro omnibus fidelibus tamen dicens. Gratia
domini nostri ihesu Christi cum omnibus vobis Amen.

Explicit Apocalipsis. De mandato E-
gregii viri domini Petri ... de Rybera
scriptus ...

Finitus liber ut dicunt iure magistri.
Expectat meritum scriptor habere suum.



LYRA.

IN SACRAM

SCRIPTURAM.

5